

# ELEMENTA IVRIS GERMANICI

TVM VETERIS, TVM HODIERNI,  
TOMVS II.

EX

GENVINIS PRINCIPIIS ERVIT

ET

COMMODA AVDITORIBVS METHODO  
ADORNAVIT

IO. GOTTL. HEINECCIUS, IC.

POTENT. PRVSS. REG. A CONSIL. SANCTIOR. ET IVR.  
AC PHILOSOPH. IN ILLVSTR. FRIDER.  
PROFESS. PVBL. ORDIN.

---

ACCEDVNT INDICES LOCVPLETISSIMI.

---



HALAET  
IMPENSIS ORPHANOTROPHEL,  
CITO CCXXXVII.

V I R O  
ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO  
D O M I N O  
CHRISTOPHORO FRIDRICO  
L. B. DE SECKENDORFF  
DYNASTAE IN VNTERNZENN EGENTHAVSSEN  
ROCKENBACH CET.  
ORDINIS AQVILAE NIGRAE PRVSS. EQVITI  
CONSILII SANCTORIS ET PALATINI  
CELSISSIMI PRINCIPIS  
MARCHIONIS BRANDENBVRGICI  
ONOLDSBACENSIS  
PRAESIDI  
IVDICII PROVINCIALIS BVRGGRAVIATVS  
NORIBERGICI IVDIGI  
E T  
TRACTVVM VFFENHEIMENSIS, MAYNBERN-  
HEIMENSIS, PRICHSENSTADIENSIS, CASTEL-  
LENSIS ET STEPHANSBERGENSIS  
PRAEFECTO SVPREMO

L. P. D.

IO. GÖTTL. HEINECCIUS, 16.



**M**iraberis procul dubio, VIR  
ILLVSTRISSE ATQVE  
EXCELLENTISSE, me ho-  
minem, ne oculis quidem TVIS familia-  
rem, id sibi fumere, vt libello, si ex TVA  
dignitate spectetur, perexiguo, sin ex vi-  
ribus meis, vix mediocri, illustrissimum  
nomen TVVM, tamquam vnicum ac  
praecipuum ornamentum praefigere me-  
cum constituam. Et tantum sane abest, vt  
ego, id TIBI mirum videri, mirer, vt,  
si hoc impune feram, id mihi vel maxime

DEDICATIO.

videretur mirandum. Enimvero si hanc epistolam meam ea, quae illustrissimae genti TVAE propria est, humanitate perlegere volueris: argumentis quibusdam haud leuibus spero me effecturum, ne damnes hoc consilium meum, sed iustissimas mihi illius rationes fuisse, ipse, pro aequitate TVA, vltro fatearis. Permutatae nimirum solent esse caussae, propter quas ii, qui quid rerum suarum scriniis suis elabi patiuntur, summorum atque illustrium virorum patrocinium expetunt, ac proinde iisdem ingenii sui monimenta veluti consecranda existimant. At si recte ponas calculum, nescio an omnes ad duas potissimum referre possis, quarum altera honesta ac laudabilis, altera indigna honestorum ingenuorumque hominum persona esse videtur. Quemadmodum enim olim Alexander magnus eorum, qui se colerent, duo esse genera dicebat, aliosque Φιλοβασιλέας, alios Φιλαλεξάνδρους ad-

DEDICATIO.

adpellare solebat: ita et eorum aliqui, qui  
 libris suis magnorum virorum nomina  
 praescribunt, horum fortunam; aliqui  
 ipsos viros, eorumque virtutem colere ac  
 suspicere videntur. In his vero, VIR  
 ILLVSTRISIME, et ego, mihi crede,  
 nomen meum profiteor, qui nulla vel ho-  
 norum ambitione, vel alia inhonestiore  
 cupiditate, sed sola SECKENDORF-  
 FIANI nominis veneratione, TVISque  
 meritis adductus, libellum TIBI inscribo,  
 nihilque aliud expeto, quam vt existare  
 patiaris hoc qualecumque Φιλοσεκκηνδορ-  
 Φικς animi monumentum. Equidem quo-  
 ad longissime potest mens mea respicere  
 spacium praeteriti temporis, et pueritiae  
 memoriam recordari vltimam, etiam tum,  
 vix puer, tanta gentis TVAE veneratio-  
 ne imbui coepi, vt maiore non potuissem,  
 et me postea facto adultiore, tanta ad il-  
 lam facta est accessio, vt nec de litteris,  
 nec de republica, nec de ecclesia cogita-

DEDICATIO.

re vniquam possem, quin SECKEN-  
DORFFIORVM merita, sine exemplo  
maxima, animo meo adfidue obuersaren-  
tur. Memini, me puerum saepe admirari  
masculam illam ac flexanimum VITI LV-  
DOVICI SECKENDORFFII eloquen-  
tiam, qua et optimos principes ad legenda  
maiorum vestigia, et ciues ad obsequium  
et fidem grauiter inflammabat, quoties-  
cumque in publico ordinum prouincia-  
lium principatus Altenburgici concilio  
verba publice, exigente id muneris ratio-  
ne, faciebat, idque me verae eloquentiae  
iam tum amantissimum adeo adfecit, vt  
mihi nouum Germanorum Periclem, qui  
oratione sua totam prouinciam moueret,  
et facile in quamcumque partem adduce-  
ret, audire ac coram intueri viderer.  
Quemadmodum igitur iam illo tempore  
me, harum rerum vix intelligentem, in ad-  
mirationem rapiebat venerandi senis ora-  
tio: ita multo magis suspicere ac stupere  
coe-

coepi viri incomparabilis ingenium, quum  
 ea esset aetate, qua de illo quodammodo  
 iudicare, fructusque vberimos ex aeternis  
 eius operibus capere possem. Siue enim  
 historiam sacram atque ecclesiasticam,  
 qua iuuenis magnopere delectabar, lustrarem,  
 siue in vniuersam reipublicae atque  
 ecclesiae recte gubernandae rationem,  
 ad quam studium omne atque industriam  
 meam illo tempore conferebam, inquirerem:  
 siue denique diuinæ veritatis, quam a  
 maioribus quasi per manus traditam accepimus,  
 praesidia, quorum sane neminem oportet  
 esse incuriosum, cui beata illa aeternitas  
 curae est, indagarem: vbique regnare vidi  
 SECKENDORFIVM, vt in illo Germaniae nostrae  
 et Eusebium aliquem, et Solonem, et Athenagoram  
 vel Lactantium quemdam reuixisse existimarem.  
 Quid dicam de illustri hoc bonae mentis  
 domicilio, in quo iam docendi munere iussu  
 atque auspiciis

DEDICATIO.

REGIS POTENTISSIMI fungor? Sane quum huc primum me conferrem: tam recens erat eximiorum illustrissimi illius viri meritorum in academiam nostram memoria, vt nullus esset virorum doctissimorum, qui tum eandem spartam mecum ornabant, quin SECKENDORFFIVM, primum academiae cancellarium, eiusque bene de illa merendi studium quotidianis sermonibus celebraret, eumque laudibus incorruptissimis in coelum ferret, eius denique incredibile desiderium multis post annis omni occasione ostenderet. Qua re quanta de nouo iniecta mihi sit SECKENDORFFIANI nominis veneratio, facile intelligent, qui me norunt, quamuis ab illa virtutis ἀκμῆ remotissimum, maximi tamen semper facere ingenia illustria, in quibus natura, efficere quid possit, videtur experta. Accedit, quod postea, eodem tempore, quo Francofurti

iuxta

DEDICATIO.

iuxta Viadrum docendi munere fungebam,  
 ab AVGVSTISSIMO IMPERATORE  
 ad palatium regium legatus mitteretur vir,  
 fagi togaeque artibus excellentissimus,  
 FRIDRICVS HENRICVS S. R. I.  
 Comes de SECKENDORFF, isque me,  
 quamuis de facie ignotum, sua gratia non  
 indignum existimaret, nec quidquam  
 omitteret eorum, quae tunc ad dignita-  
 tem meam tuendam pertinere videbantur.  
 Cuius quidem insignis voluntatis argu-  
 menta producere possem non leuia, nisi  
 verendum mihi esset, ne de iis obiter dicen-  
 do, de tanti viri laudibus aliquid detriuisse  
 potius, quam eas pro dignitate exornasse  
 videar. Haec vero sunt, VIR ILLV-  
 STRISSIME, quae me, alioquin verecun-  
 dissimum, impulerunt, vt nomen SE-  
 CKENDORFFII, id est TVVM ipsi li-  
 belli meiatrio praescriberem. Nemo enim  
 est eorum, qui virtutem TVAM inspexe-  
 runt propius, quin admirabilem pruden-  
 tiam

DEDICATIO.

tiam TVAM ac in rebus gerendis promptitudinem, et, quae genti vestrae fere propria est, humanitatem perpetuumque bonas litteras iuuandi studium mirifice laudet ac admiretur. Nemo, qui non praeclaras ingenii dotes, quas boni omnes in VITO LVDOVICO et FRIDRICO HENRICO venerantur, in TE quoque enitescere fateatur. Nemo denique, qui, dum SECKENDORFFIOS Germaniae nostrae, tamquam in eius decus atque ornamentum natos, gratulatur, TVI quoque non honorificam faciat mentionem, qui et potentissimi REGIS nostri et celsissimi PRINCIPIS TVI animos ita TIBI sola virtute et fide deuinxisti, ut vterque TE in oculis ferat, hic etiam splendidissimis muneribus TE exornarit, dignumque existimarit, quem summae rerum in palatio ac prouinciis suis praeficeret. Quod sane tantorum principum testimonium omnibus etiam ornatissimis aliorum laudibus



D E D I C A T I O.

bus ac praecomis longe esse anteposita-  
 dum, nemo non intelligit. Quae quidem  
 ita sunt, non sine verecundia quadam; sed  
 alicui tamen animo, hoc dedicandi officio  
 defungor, quo et pietati meae, qua SE-  
 CKENDORFFIANVM nomen a puero  
 colui, satisfacio, et TIBI eam venerationem  
 restatam facio, qua TE iam pridem, ab-  
 sens licet et ignotus, sum prosequutus. Est  
 enim ita natura comparatum, ut affectus  
 migret in calamum, nec impetrare a no-  
 bis possimus, ut non in eorum laudes ex-  
 currat stilus, quorum virtutem animus  
 pro eo ac decet, veneratur. In his idem,  
 quod ad me attinet, neminem me imbe-  
 cillitatis suae sibi magis conscium esse arbi-  
 tror, neque de scriptis meis magnopere  
 laboro, quae nec rerum vbertate, nec  
 verborum elegantia cum aliorum eiusdem  
 generis operibus vlla ex parte comparan-  
 da esse, facile intelligo. Attamen vel  
 hunc libellum meum ideo vellem apud

po-

D E D I C A T I O.

posteros exstare, vt simul sempiternum ex-  
 stet venerationis erga TE meae monimen-  
 tum. Id vero non TVI caussa opto, quem  
 vna cum gente TVA immortalem facile  
 praestabit virtus, sed mei caussa, cuius  
 vel maxime interest, posteros non igno-  
 rare, quanti mihi fuerit SECKENDORF-  
 FIVS, quantumque gestiuerim in eorum  
 esse numero, qui eius merita ac virtutem  
 pro eo ac decet, venerantur. Ceterum  
 iam nihil superest, quam vt ex vetere for-  
 mula hunc libellum TIBI DEM, DICEM,  
 DEDICEM, TEque vehementer etiam  
 atque etiam rogem, vt eum ea fronte ea-  
 que humanitate recipias, qua soles recipere  
 omnes, in quibus est aliqua bonae men-  
 tis animique a litteris elegantioribus non  
 alieni significatio. Equidem vt in euol-  
 uendo illo aliquot bonas horas perdas,  
 nec a TE petere sustineo, neque id me  
 sperare patitur negotiorum, quibus quo-  
 tidie distringaris, moles. At crediderim  
 ta-

## DEDICATIO.

tamen, TE in libello tenui quaedam non omnino iniucunda reperturum. Verfat-  
tur enim ille in veterum Germanorum  
monibus ac institutis, pro quibus et ma-  
iores TVI iam inde ab antiquissimis tem-  
poribus tamquam pro aris et focus, con-  
tenderunt. Animaduerteres, in eo ex  
ipsis antiquitatis Germanicae parietinis  
erui iura patria, quibus tamdiu res Ger-  
manorum stetit, eorumque vestigia, quae  
in ipsis Germanorum foris et hodie de-  
prehendimus, non sine adparatu indaga-  
ri. Denique non pauca vel non animad-  
uersa ab aliis, vel perperam explicata,  
hic in luce meridiana posita esse obserua-  
res, indeque colligeres mecum, non so-  
lo iuris Romani ambitu circumscribi ci-  
uilem illam sapientiam, quam iurispru-  
dentiam vocamus, sed eos demum face-  
re operae pretium, qui ius istud peregrin-  
um in subsidium tantum a Germanis re-  
ceptum esse, cogitant, ac proinde cum  
illo

DEDICATIO.

illo et ius Germanicum ita coniungunt,  
 vt pares sint in vtriusque facultate. Enim-  
 vero quamuis, vt in rem praesentem ve-  
 nias, sperare nequeam: non dubito ta-  
 men, quin aequo animo libello locum  
 daturus in bibliotheca TVA, eiusque  
 auctorem gratia tua haud indignum sis iu-  
 dicaturus. Ego, quantum in me est, effi-  
 cere conabor, ne me illa vnumquam indi-  
 gnus praestem, Deumque optimum  
 maximum precabor, vt TE, splendissi-  
 mamque gentem TVAM, omni feli-  
 citatis genere beet, et rebus humanis,  
 vtriusque reipublicae bono, diutissime in-  
 teresse iubeat. Vale VIR ILLVSTRIS-  
 SIME ATQVE EXCELLENTISSIME,  
 et auctori, TIBI deuotissimo, faue. Halae  
 Magdeb. prid. Non. Sextiles anni  
 MDCCXXXVI.

# CANDIDO LECTORI

S. P. D.

IO. GOTTL. HEINECCIUS.

---

**S**ed enim expedit nomen, CANDIDE LECTOR, fidemque, quam de altera iuris Germanici parte propediem edenda dederam, libero. Prodit enim, quem minatus sum, operis illius tomus posterior, qui et omnem maiorum nostrorum feueritatem atrocitatemque poenarum, et totam rem iudiciariam, causasque civiles aequae, ac criminales, cognoscendi rationem complectitur. Fecerimne operae pretium, TVAEQUE satisfecerim expectationi, TVVM erit, aestimare, qui hoc ipso viri candidi laudem tueberis, si nec amore, nec odio, in transuersum actus, defaecato animo veneris in rem praesentem, et non modo quantum de his rebus scriptum a me sit, sed et, quid in tantis antiquitatis Germanicae tenebris, tantaque iurium Germanicorum multitudine, scribi ab homine occupatissimo potuerit, TECVM paullo accuratius cogitaueris. Accedit, quod, dum iuri patrio enucleando animum primum adpuli, inire coeperim viam, paucorum adhuc tritam vestigiis, mihi que non minus laboris ac molestiae deuorandum esse viderim, quam ei, cui illi nocte per squa-

b

lidam

lidam densissimamque siluam vel per fyrtes et scopulos iter faciendum fit, vbi, vt ait POETA:

ἀμφὶ δὲ πάντες

Ἄτραπιτοὶ θαμνέσσι διεγρόμενοι σκοπέλοισι,  
 ἀνθρώπων ἀπέρυκτον ἑυπάτον ἕνεκα πολλοὶ  
 εἰσοπίσω χάζοντο, τεθηπότες αἰπὰ κέλευθα,  
 Πᾶυροι δ' ἰσρὸν ὕμνον ἀνήιον ἰδρῶντες.

*Circum circa omnes*

*Viae, crebris interclusae scopulis,*

*Facilem hominum accessum arcent. Nam plurimi*

*Retro cedunt, arduo itinere absterriti,*

*Et perpauci sursum per sacram ascendunt viam  
 sudantes.*

Multa ergo hic passim obseruauī, quae in antiquis legibus plane desiderantur, et quae tamen accuratius explicata fuisse, nostra plurimum interesset: multa, quae ob mutatos hominum mores, temporumque ac rerum publicarum conuersiones obscurissima nobis hodie esse oportet: multa denique, quae, vt ita dicam, veluti per nebulam tantum vidimus, et in quibus coniecturis potius, quam certis rerum argumentis, vtendum fuit. Tenui tamen institutum, et eodem ordine eademque methodo, quae in primò horum elementorum tomo placuerat, et reliqua iurisprudentiae Germanicae capita enarraui, vt iustum

iustum haberes illius corpus, in quo praecipua iuris pars principia qualicumque ordine ac nexu explicarentur. Sublidiis porro iisdem, quibus in priore tomo, etiam in hoc posteriore, usus sum, nisi quod mihi, in re iudiciaria mediæ seu describenda versanti, maximo usui fuerit *Auctor des richtsteiges über das land-recht*, cuius quidem libelli praestantiam eo minus adhuc perpexerunt homines, quo pauciores et dialecti veteris Saxonicae, qua usus est auctor ille prudentissimus, gnari, et harum rerum, quae ad ius Germanicum pertinent, curiosi sunt. Fuerunt veterum iureconsultorum quidam, qui universam rem iudiciariam, modumque tum ius dicendi, tum exercendi iudicia publica, libris singularibus descripserunt: eoque, ut iam alios eius generis libros praetermittamus, pertinent *CALLISTRATI libri VI. de cognitionibus*, *IVLII PAVLLI libellus de centumviralibus iudiciis*, et, quos primo loco nominari oportebat, *DOMITII VLPIANI omnium tribunalium, vel praetribunalium libri decem*, quibus illum omnem rei iudiciariae rationem exposuisse arbitror, quamvis eos ad extraordinarias tantum cognitiones, quibus praetores praesidesque provinciarum vacare solebant, pertinuisse existimet *ὁ πάλαι CUIACIUS Observ. Lib. VII. Cap. XXIII*. Iam quidem praeclara ista bonaque frugis plenissima opera nobis fata inviderunt: sed quemadmodum ex veterum palatiorum parietinis saxorumque et columnarum robore, situ

ac pulchritudine de pristino ipsorum splendore ac magnificentia iudicamus: ita ex fragmentis, quae nobis reliquit TRIBONIANI diligentia, non possumus non coniecturam capere, pulcherrima fuisse haec opera, et auctoribus suis dignissima. Enimuero his omnibus Germani, si saperent, iure quodam suo opponerent opusculum illud, *den richtsteig*, quod, quum et communem et feudalem litigandi modum, et ipsam crimina vindicandi rationem luculentissime describat, iure vocare posses *librum omnium tribunalium*, vel *protribunalium*. Sane hic vnus est medii aevi Germanorum, qui non solum actiones atque accusationes omnes in certas classes descripsit, verum etiam, quibus formulis singulae in foro proferendae, quae exceptiones a reo opponendae, quid quolibet casu a iudice ieterloquendum pronanciandumque sit, quid denique in vniuersum et actorem et reum, et aduocatum, et iudicem cum scabinis obseruare oporteat, tam accurate ac perspicue ostendit, vt, qui hunc libellum legit atque intelligit, is sibi ipsis maiorum nostrorum tribunalibus interesse, iudicemque scabinos in consilium mittentem, et de capite et fortunis ciuium ius dicentem, coram contemplari atque audire videatur. Quod quum ego mihi experiundo dedicisse videar: non potui non mirari hominum nostrorum socordiam, qui tam praeclarum opus ita negligunt, vt vix sexcentesimus quisque eorum,



rum, qui iurisprudentiae operam nauant, illud exstare sciat, tantum abest, vt multi illud inspiciant, vel fructum aliquem inde capere se posse, credant. Enimuero est haec saeculi nostri labes, vt pleraque, quae a maioribus nostris scripta sunt, fastidiant posteri, iisque exteriorum libros praeferant, quamuis nec rerum vbertate, nec natua verborum elegantia, cum illis comparandos. Quod vt alio exemplo demonstrarem, semel me etiam vsus esse memini testimonio elegantis ingenii poetae, cui *vulpeculam Reinecke* debemus, et puduit me prope modum inde saepius illustrare iurisprudentiam Germanicam, non quod non plura in eo poemate vel maxime ad rem facerent, sed ne in reseria nugas agere velle viderer. Et tamen verissimum est, Germanos non modo hoc poemata multis Graeciae ac Latii monimentis opponere posse, si iustum rebus suis pretium statuerent, verum etiam incredibilem rerum praestantissimarum thesaurum in eo esse reperturos, si a se impetrare possent, vt illud in manus sumerent. Sic sane, vt alia, ab instituto nostro aliena, praetermittamus, saepissime hic poeta rem iudiciariam Germanorum attingit, eamque tam luculenter, quamuis aliud agens, describit, vt eum id vnum egisse crederes. Sic *libro I. Cap. IV.* gallum gallinaceum inducit in scenam, cum clamore caedis accusantem vulpeculam, ipsumque cadauer ad tribunal ferentem. Hic pri-

mumgallum, cognatorum et adfinium comitatu stipatum, quiritationem instituisse monet:

*De hane quam vor den koninck stan,  
Vn sach ene sere drofflick an.  
He hadde by syk twey hanen grot,  
De drovych weren vmme desen doet.  
De eyne was ghebeten kreyant,  
De beste hane, de man vant  
Twischen Hollant vn Franckeryck,  
De ander was em seer ghelyk,  
Vnd beth Cantart, seer kone vn vprycht,  
Se drogen malk en bernende licht.  
Der hennen broeder waren dese twee,  
Se repen beyde wrach vnde wee.  
Vmme Krassevoet, erer suster, doet  
Dreuen sy ruwe vn drouenyffe grot.  
Noch weren twey ander, de drogen de boren,  
Men mochte ere drouenyffe vern boren.*

At infra suo loco obseruauimus, accusatorem, cognatorum et amicorum globo circumdatum, in iudicium venisse, idque ei permisisse ius patrium, dumne plures, quam triginta, secum traheret. Praeterea ibidem ostendimus, eos cadauer simul attulisse, vt et de corpore delicti constaret, et tam tristis adspectus iudices

dices eo facilius ad misericordiam flecteret. Denique nemini ignotum, et a nobis pluribus demonstratum est, accusationes criminales prolatas fuisse ab accusatoribus, vultu totoque corporis habitu ad luctum et tristitiam composito, editoque clamore, repetitisque vocibus: *zeter, wapen, iodute*, quibus et vocabulum *wracke*, id est, *rache*, addit ANTON. MATTHAEVS *de crimin.* p. 514. Quam eleganter vero haec omnia expressit poeta? quam ubique et genium linguae, et τὸ πνεῦμα servauit? Addit deinde ipsam accusationem, quam infra protulimus, ad veterem illam formam, quam EX AVCTORE *des richtsteiges* infra suo loco descripsimus, fere ubique compositam, nisi quod loco adloquutionis *Here her richter*, hic legamus: *Gnedyghe here, her Konynk*, et insidiae, quas gallinae struxerit vulpecula, paullo verbotius enarrantur. Porro infra ostendimus, cadauer infepultum mansisse, donec lata esset sententia, nisi iudex illi iusta fieri permitteret. Id quoque *capite V.* eiusdem poematis eleganter exprimi videmus, dum leo, rex animalium, hunc in modum adloqui fingitur gallum gallinaceum:

*Hane hennynk, nu horet heer,  
Iurbe dote dochter, dat gute boen,  
De wyl wy der doden rechtigheit doen.  
Vnd laten er de vigilie syngen,  
Vnd se to der erden bryngen,*

*Dat schal scheen myt groten eren,  
Denne wyлле wy vns met dessen heeren  
Vmme desen mord wol bespreken,  
Wo wy dat beste mogen wrecken.*

Quum praeterea ius Germanicum magnum discrimen statuat inter crimina manifesta et nec manifesta, (*handhafftige vnd übernächtige thaten:*) id quoque discrimen attingit poeta *capite XIX. libri I.* dum regem ita loquentem introducit:

*Hier synt vele klagers vn schynbare daet,  
Dit alle wyll yw wesen quaet.*

Quumque criminis manifesti reum accusator vna cum sex testibus posset conuincere: eodem modo conuictam esse vulpeculam, docet poeta *Cap. XX.*

*Intleste, dat ick korte dese wort,  
Quemen etlyke tueghe dar vort,  
Dat waren vprychtighe warastige mans,  
Se tuegheden ouer Reynken heel vn gantz,  
Schuldig tho wesen in der misbedaet.*

Quemadmodum porro iudices tulisse sententiam ostendimus de consilio scabinorum: ita idem factum esse a leone, ait poeta verbis proxime insequentibus:

*Do ghynk de konynk in den raed  
 Si sloeten eyndrachtygen vn eynes modes  
 Reyneke de Voss is schuldig des dodes.  
 Men schall ihn binden vn vangen,  
 Darto by synem halse ophangen*

Denique suo loco probauimus, non semper carnicum opera vros esse iudices, sed aliquando scabinos, aliquando occisi cognatos, aliquando adparitorem, supplicium more maiorum a reis condemnatis sumfisse. Id quoque *cap. XXI.* exprefit poeta:

*Yfegrym, Hynlze vn Brunn, de bare,  
 Desse nemen Reynekens meyst ware.  
 Dyt weren, de en bunden vn vengen,  
 Desse dachten en ock vpthohengen.*

Haec ex primo tantum libro excerpere placuit. Non minus vero fcitu digna sunt, quae secundo tertio et quarto de re iudiciaria vbique immifcet. At nescio, an reliquis omnibus praeferenda sint, quae *Lib. IV. Cap. V.* de fingulari lupi accusatoris et vulpeculae certamine canit, vbi omnes ritus, quae in his forensibus certaminibus obseruabantur, eleganter describit. Habemus ibi formulam reum ad certamen prouocandi, oblata chirotheca:

*Ick effche yw to kamps to deffer tyd,  
 Ick fpreke, dat gy eyn vorreder vn morder fyd,  
 Ick wyll myt yw kempen lyff vmme lyff,  
 Sus mach eyns endygen vnse kyff.  
 De vthbuth den kamp, dat is dat recht,  
 Eynen handschen deme andern to donde plecht,  
 Den hebbe gy byr, nemet to yw:  
 Draden schall sick dat vinden nu.*

Ex eodem loco et capitibus fequentibus difci-  
 mus, par iftud bene compositum dediffe pigno-  
 ra, et fatisdediffe per fideiufflores, de certami-  
 ne certo die ineundo; dieque huic certamini  
 praefinito, lupum primum intraffe arenam,  
 eumque fequitam effe vulpeculam, tum porro  
 praefectos arenae (*de kreytwarders*) attuliffe fan-  
 ctorum reliquias, et vtrumque iam manus con-  
 ferturum conceptiffimis verbis iuraffe. En for-  
 mulam iurisiurandi, quam legere operae pre-  
 tium fuerit:

*De kreytwarders brachten de hilligen vord:  
 Dat was de Lupart vn de Loß,  
 Dar moße fweren beyde Wulff vn Voß,  
 Vmme wat fe dar quemenen in den Streit,  
 De wulff de fwor den erften eyd.  
 He fwor, dat Reynckewere ein vorreder,  
 Eyn deff, eyn morder, eyn myßdeder,*

*Eyn*

*Eyn obraker, vn eyn valsche ketyff,  
 Dyt gylt ons beyden lyff vnmme lyff.  
 Reineke swor wedder in deme suluen krejt,  
 Dat de Wulff swore eynen falschen eyt.  
 He swor ock, dat Ysegrim de here  
 Vp en loghe, vn vnrychtygh were,  
 He scholde nimmer war macken den eyt.*

Sunt et reliqua, quae capite IX. istius libri legimus, notatu dignissima. Ex eo enim patet, quomodo, alterutro succumbente, iudex certamini finem imponi iusserit, quo ritu arenae praefecti iussu iudicis utriusque imperarint inducias, quanta cum congratulatione victor a cognatis atque amicis ex arena deductus sit ad iudicem, et hic, collaudata eius virtute, sententiam tulerit absolutoriam. Quae omnia ea, quae infra de hoc certamine forensi ex legibus patriis disseruimus, mirifice illustrent, ut mirum sit, haec vetera monumenta tam alto supercilio a plerisque despici, quum inde plus utilitatis capere liceat, quam vulgo existimatur. Sed sufficiant pauca haec specimina, quibus illis excutere ruborem volui, qui se indignos praestant Germanorum nomine, et praeclara illa maiorum suorum opera cum puluere ac situ certare patiuntur, quae multis Graecorum et Latinorum operibus, si mens non laeua esset, anteferenda existimarent. Eadem vero opera pudorem  
 meum

meum purgare volui, quod in restituenda iurisprudentia Germanica ne horum quidem scriptorum testimonio vti dubitauerim. Si enim iureconsultis Romanorum licuit, HOMERO denunciare testimonium, etiam in rebus nullius momenti, veluti dum quaestio incidit Domitiana, an fues in pecudum numero sint? §. 1. *Inst. de leg. Aquill.* quis Germano iureconsulto vitio verterit, eum in ritibus veterum illustrandis poetae Germani, et, quod caput rei est, *συγγεῖνος* testimonio vti non dubitasse? Ceterum de instituti ratione quidquam addere superuacuum omnino foret, quum causam perorasse mihi videar praefatione priori tomo praemissa. Nec de stilo, quo omnia exposui, quidquam hic addere attinet. Quamuis enim operam dederim, vt omnia non quidem ornata et copiosa oratione, quam hoc scriptiois genus omnino respuit, at pura tamen et Latina, quoad fieri posset, explicarem: non dubito tamen, quin dies noctesque in perlegendis expendis etque medii aevi monumentis versanti aliquid barbariei adhaeserit, ipseque stilus sribiliginem quamdam attraxerit. Quemadmodum enim, qui in sole ambulant, quamuis id non faciant eo consilio, vt colorentur, colorantur tamen: ita ii, quibus scriptores barbari in manu sunt, quamuis eos non eo consilio legant, vt ab iis exemplum Latinitatis capiant, quin ab eorum barbarie sibi quam maxime caueant, paullatim tamen



tamen nescio quid barbarici et sordium sibi adfricari, et inuaduerunt, ut ipsi mirentur, se tam cito factos esse barbaros. Denique et id moneo, me huic posteriori tomo subiunxisse indices locupletissimos, non modo rerum et verborum, quae in toto hoc iuris Germanici corpore sparsim occurrunt, verum etiam omnis aetui auctorum, ex quibus ius Germanicum vel collegi, vel aliunde desumptum, illustravi. Nolim profecto existimes, CANDIDE LECTOR, me id eo consilium fecisse, ut bibliothecae meae, saepe non admodum diffusae, ostentarem thesuros, vel librorum rariorum possessionem iactarem. Neque enim ea est fortuna mea, ut adeo multa eius generis in casses meas incidant, neque unquam putavi in eo omnem eruditionis laudem positam esse, si quis quaedam ex rarioribus codicibus proferre possit, quum non semper, quae rariora sunt, et in unius viri docti scrinis latent, ideo etiam praestantiora reliquis ubique obuiis, esse videantur. Sed ideo hunc indicem subiunxi uniuerso operi, ut tiro-nes inde discant, qui auctores ad ius Germanicum illustrandum faciant, qualesque libri euoluen- di legendique sint iis, qui in eo operae pre- tium sint facturi. Haec sunt, CANDIDE LECTOR, quae TE volui. Id enim ne petendum quidem a TE existimo, ut operarum sphalmata, quo- rum quaedam oculos meos fugisse, ipse obser- uauit,

uavi, non mihi, sed operis, attribuas. Neque enim viri CANDIDI nomen tuereris, nisi haec aequo animo ferres, quae ne ii quidem, qui otio abundant, nedum nostri ordinis homines caere possunt. Fruere potius hoc qualicumque ingenii mei foetu, et Deum optimum maximum, qui vires mihi suffecit, mecum concelebra, eumque precare, ut eius auspiciis:

*Moribus antiquis stet res Germana, virisque!*

Halae Magdeb. | vii. Id. Sextiles c | o | d | c | c | x | x | v | i.



# INCHVS CAPITVM

TOMI HVVS SECVNDI.

LIBRI II.

## DE IVRE RERVM

PARS II.

### DE DELICTIS ET CRIMINIBVS.

TIT. XVIII. de delictis et criminibus generatim.

p. 1

TIT. XVIII. de furtis.

p. 27

TIT. XX. de rapinis.

p. 58

TIT. XXI. de damno iniuria dato.

p. 72

TIT. XXII. de iniuriis.

p. 90

TIT. XXIII. de crimine maiestatis.

p. 109

TIT. XXIII. de adulterio, stupro, aliisque criminibus, quae apud Romanos ex lege Julia de adulteriis vindicabantur.

p. 132

TIT. XXV. de vi publica et priuata.

p. 184

TIT. XXVI. de ficariis, veneficis, incendiariis,

p. 218

TIT. XXVII. de parricidio, et aliis homicidiis atrocioribus.

p. 261

TIT. XXVIII. de variis falsi criminibus.

p. 276

TIT. XXVIII. de reliquis criminibus, quae Germanorum leges vindicant.

p. 294

TIT. XXX. de variis delictorum poenis.

p. 327

LIBER

ELENCHVS CAPITVM

LIBER III.

DE RE IVDICIARIA ET IVRE  
ACTIONVM

- TIT. I. de iurisdictione et iudiciis Germano-  
rum. p. 353
- TIT. II. de actore, reo, aduocatis, procurato-  
ribus. p. 431
- TIT. III. de in ius vocatione, feriis et dilatio-  
nibus. p. 461
- TIT. IIII. de actionibus, eorumque editionibus in  
iudiciis. p. 489
- TIT. V. de exceptionibus et litis contestatione.  
p. 512
- TIT. VI. de probationibus et purgationibus.  
p. 533
- TIT. VII. de sententiis et re iudicata. p. 614
- TIT. VIII. de appellatione, aliisque sententiam im-  
pugnandi modis. p. 635
- TIT. VIII. de iudiciis criminalibus. p. 654





ELEMENTORVM  
IURIS GERMANICI  
TOMVS II.

---

LIBRI II PARS II.

DE

DELICTIS ET CRIMINIBVS.

---

TIT. XVII

DE DELICTIS ET CRIMINIBVS  
GENERATIM.

§. I.

**P**Riore hujus libri parte non modo, Cur de delictis  
quae de iuribus IN RE dicenda vide- hoc de-  
bantur, diximus, verum etiam iura mum  
AD REM, quae quidem ex CONVEN- postērio  
TIONIBVS oriuntur, explicauimus, re tomo  
quantum satis est, addituri etiam hanc par- agatur?  
(El. I. G. Tom. II.) A tem

tem terribilem, quae de MALEFICIIS, eorumque poenis praecipit, nisi praeter opinionem adeo excreuisset libelli moles, ut consultius videretur, librum secundum in duas sectiones partiri, eamque, quae superesset, doctrinam in posterius hoc volumen reicere.

## §. II.

Germani de delictis diligenter in legibus suis egerunt. Quo sanctiores erant maiorum nostrorum mores: eo magis illi ab omnibus delictis ac flagitiis abhorrebant, eoque magis dabant operam, ne spes improba impunitatis homines ad peccandum inuitaret. Hinc totam paene veterum Germanorum iurisprudentiam, in vindicandis criminibus versari, aduertimus. \*) *Nemo enim eorum, ut eleganter scribit TACITVS de mor. Germ. Cap. XIX. vitia ridebat, neque corrumpere et corrumpi ibi saeculum vocabatur.*

\*) Hinc in prologo LEGIS SALICAE legimus, *Francis ideo visum esse leges condere, ut iuxta qualitatem causarum sumeret CRIMINALS ACTIO terminum.* Quin ex hac iurisprudentiae Germanicae facie non abs re collegit THOMAS. *diff. de iurisdic. et magistratuum differentia secundum mores Germ. §. LII. sequae iurisdictionem omnem primario constituisse in incoercitione criminum, et causarum civilium diiudicationem partem veluti accessoriam fuisse iurisdictionis criminalis.* Parcius certe negotia civilia attingunt LEGES SALICA, RIPVARIA, ALAMANNICA, SAXONVM, FRISIORVM, ANGLIORVM et WERINORVM, quae paene in solis distinguendis puniendisque criminibus versantur. Contra leges earum gentium, quibus cum Romanis consuetudo paullo maior intercessit, veluti GOTHORVM, BYRGVNDIONVM et LANGOBARDORVM

BARDONVS in explicanda iurisprudencia priuata reliquis fuit paullo prolixiores, vt eos Romanos imitari voluisse, omnino credibile fit.

### §. III.

DELICTVM Germanis erat quoduis factum Quid  
vel reipublicae, vel singulis, noxium, aduer- deli-  
sus legum sanctionem admissum. Quamuis tum?  
enim alioquin ex dolo malo, vel saltim ex  
culpa profectum esse oporteat, quidquid de-  
licti nomine venit, ac proinde nihil apud  
Romanos diuisione obligationum in eas,  
quae ex DELICTO, quaeue QVASI EX DELICTO  
nascuntur, frequentius: Germani tamen, ne  
CASVM quidem ab omni animaduersione exe-  
merunt, \*) inter dolum vero et culpam vix  
quidquam discriminis statuerunt.

\*) Exemplo esse poterit LEX SAXONICA, quae quum  
*Tit. XII.* ex instituto agat de damnis casu datis,  
multam tamen et aestimationem seu composi-  
tionem. et weregeldum praestare iubet eorum  
auctores, eosque §. V. a sola *faida*, quam vo-  
cabant, et de qua paullo post agemus, absolue-  
bat. Gemina his sunt, quae legimus in LEGE  
FRIS. *addit. tit. III.* immo et in legibus infe-  
quentium temporum, veluti IVRE PROV. SAX.  
*Lib. II. Art. XIV.* vbi de eo, qui moderamine  
inculpatae tutelae usus est, (*der den andern durch  
nothwehr zu todt geschlagen,*) sancitur, *Bekennet  
er es, ehe man über ihn klaget, vnd beut sich dar-  
umb zu recht, man soll ihm seinen hals nicht  
vertheilen. Dem richter aber soll man ertheilen  
auff ihn das höchste gewette der pferminge, die man  
ihm pflegt zu wetten, vnd den freunden ihr wehr-  
geld.* Et *Art. XXXVIII.* (a quo tamen ali-  
quantulum discepan, quae in IVRE PROV. SVEV.  
*Cap. CLXIV.* occurrunt,) de eo, qui, auem peti-

urus, hominem occidit: *Darumb vertheilet man ihm seinen leib nicht, noch seinen gesund, ob der man wol stierbet. Er muß ihn aber gelten als sein webergeld stebet.* CONF. WEICHB. MAGD. Art. XXXVIII. et SPEC. SVEV. Cap. CCXXVII. Et videntur sane maiores nostri existimasse, non facile huiusmodi incidere casum, quocum non aliqua saltim hominis culpa vel socordia coniuncta fuerit.

## §. IV.

Delicta  
vel vera  
vel quasi  
delicta.

Quamvis vero Germani ne casum quidem a poena omni eximerent; inter culpam vero et dolum vix aliquid discriminis statuerent: (§. III.) posses tamen statuere, iis quoque delicta vel VERA, vel QVASI DELICTA fuisse, et ad illa quidem ea, quae ex dolo malo, vel culpa saltim latiore; \*) ad haec, quae ex casu proficiuntur, non incommode referri.

\*) Hinc passim leges Germanicae animaduerti iubent in eos, qui non quidem dolo malo, vel data opera, aut occiderint, aut aliud dederint damnum, sed tamen non eam adhibuerint diligentiam, quam negotii indoles requirit, veluti si quis alium petiturus, alium verberasset; LEX WISIG. Lib. VI. Tit. V. §. IV. vel chirurgus venam male secando caussam mortis dedisset; IBID. Lib. XI. Tit. I. §. VI. vel mulier dormientem secum infantem noctu oppressisset: CAPITVLAR. Lib. VII. §. CCXCVII. edit. Lindenbr. vel siluam culpa quacumque incendisset. LEX WISIG. Lib. VIII. Tit. I. §. II. et III. Permultum enim interesse videbatur humani generis, homines non modo non improbos; sed et cautos, nec vilius incuriam alteri detrimento esse.



## §. V.

Neque tamen omnia ad viuum refecabant Germani, nec semper vrere aut fecare boni iudicis esse existimabant, sed rationem habebant et fati, et infirmitatis humanae, \*) si forte furiosus, mente captus, vel infans deliquisse dicerentur. Quamuis enim ne hos quidem plane impune peccare vellent: vitae tamen et corpori eorum parcebant leges veteres. IVRE PROVINC. tum SAXON. *Lib. III. Art. III.* tum SVEV. *Cap. CXLV.* cauetur: *Vber ainen rechten toren vnd vber ainen sinnlosen man soll man nicht richten,* quamuis damnum ab eo datum curator eius resarcire teneatur. Et *Cap. CXVI:* *Ain ehind, das vnder viertzeben iaren ist, das mag seinen leib noch seines leibes ain tail nicht vorwürchen.* Attamen ex peculio huiusmodi impuberis reo poena; et ex bonis propriis et huic poena et iudici multa debebatur, si septennio maior esset. Gemina his sunt, quae reperiuntur in IVRE PROV. SAX. *Lib. II. Art. LXV.*

An et furiosi et infantes delinquant?

\*) Quin quemadmodum olim Augustus reorum nomina auolebat, quorum ex sordibus nihil aliud, quam voluptas inimicis, quaereretur: SVETON. *Aug. Cap. XXXII.* ita aliquando legislatores Germani veniae dabant locum, si quem admissi criminis adhuc occulti mox poeniteret. Sane CAROLVS M. in *capitular. de part. Sax.* quum pleraque delicta atrociora summo supplicio coerceri vellet, tamen *Cap. XIII.* subiecerat: *Si vero pro his mortalibus criminibus, latenter commissis, aliquis sponte ad sacerdotem confugerit, et, confessione data, agere poenitentiam voluerit: testimonium sacerdotis de morte excuset.*

## §. VI.

Delicta  
quae-  
dam a  
populo  
in comi-  
tiis vin-  
dicata  
tempore  
Taciti.

Deinde iudicia de delictis Germanis vel POPVLI erant, vel PVBLICA, vel PRIVATA. Quemadmodum enim Romae in caput ciuis Romani animaduertere iniussu populi nemo poterat: *l. 2. §. 16. ff. de orig. iur. SIGON. de iudic. Lib. III. Cap. I. et II.* ita et Germani in comitiis suis agebant de criminibus, ad rempublicam pertinentibus. TACITVS *de mor. Germ. Cap. XII. Licet apud concilium \*) accusare quoque, et discrimen capitis intendere.*

\*) Quum vero paullo ante *Cap. XI* animaduertat TACITVS, in conciliis illis Germanorum coercendi ius penes sacerdotes fuisse: de his ipsis fortassis iudiciis non minus, quam de poenis, quae tempore belli infligebantur, intelligendus est eius locus *Cap. VII.* *Ceterum neque animaduertere, neque vincire, neque verberare quidem, nisi sacerdotibus, permiffum, non quasi in poenam, nec ducis iussu, sed velut Deo imperante, quem adesse bellantibus credunt.* Ita non opus erit interpretatione IVSTI LIPSIJ, qui de pacis tempore accipit TACITI locum, quum de temporibus belli manifesto agat.

## §. VII.

Et tem-  
poribus  
Franci-  
cae stir-  
pis re-  
gum.

Et fatis diu quidem hunc morem viguisse in Germania, vt maleficiorum, rempublicam turbantium, si a principibus vel ordinibus imperii essent admissa, coercitio penes regni ordines esset, iam pridem obseruauit HERM. CONRINGIVS *de iudic. reip. Germ. §. XXIII.* Ita sane anno erae Christianae DCXIV. Alethum, patricium, in Massalacensibus comitiis capitis damnauit Chlotharius;

rius;

TIUS: FREDEG. *chron. Cap. XLIV.* anno DCCXCII. Carolus M. Pippino, filio, eiusque coniurationis fociis, in comitiis Ratisponensibus vitam ac bona abiudicauit: ANNAL. MOISSAC. *ad ann. DCCXCII.* denique et Tassilonem, Bauariae Ducem, et Albertum, Bambergensem, regni procerum suffragiis periisse, neminem ignorare arbitramur. ANNAL. REVERBIAN. *ad ann. DCCLXXXVIII.* et REGINO *annal. ad ann. DCCCLV.*

## §. VIII.

Quid? quod, ne extincta quidem Carolidarum stirpe, a more illo patrio descitum est. Nam et multo post ordinum suffragiis capitibus damnati fortunisue euoluti sunt sub Conrado I. Erchangerus et Berchtholdus, comites: ECCARD. *de casib. mon. S. Galli p. 16. 18.* sub Ottone M. Guntramnus, comes: CHRISTOPH. HARTMANN. *annal. Heremi pag. 56. 62.* sub Conrado II. Ernestus, Dux Alamanniae: WIPPO *vit. Conradi p. 416.* sub Henrico III. Conradus, Dux Bauariae: HERM. CONTRACT. *ad ann. MLIII.* sub Henrico V. Henricus, Dux Lotharingiae. ANNAL. HILDES. *ad ann. MCVI.* Eadem denique fuisse Henricorum, Superbi et Leonis, fata sub Conrado III. et Fridrico I. in vulgus notum est. \*)

Nec non  
infe-  
quenti-  
bus tem-  
poribus.

\*) Ita non modo de ciuilibus principum caussis, verum etiam de criminalibus, non alio fere, quam vniuersi imperii principum iudicio actum est, maxime si quid aduersus Imperatoris ac imperii maiestatem moliti esse dicerentur. Exemplis pluribus id ex instituto demonstrarunt HERM.

CONRING. *de iudic. reip. Germ. §. XLIX.* GVNDL. *de lege maiestat. Cap. II.* et IO. GEORG. CRAMER. *de natura et indole delictor. et poenarum in caussis Statuum imp. Romano-Germ. Francof. iuxta Viadr. MDCCXXVIII.*

## §. IX.

Quaedam erant publica.

Reliqua crimina, non a principe aliquo vel ordinibus imperii, sed a priuatis, admissa, nec ad rempublicam ἀμέσως pertinentia, vindicabantur iudiciis publicis, qualia et hodie ex vltima antiquitate supersunt, dicta *die hochnothpeinliche halßgerichte*. Vt adeo crimina, ob quae sollemni ritu iudicium huiusmodi instituitur, recte vocentur PVBLICA,

## §. X.

Haec qualia sub Francis?

Maleficiorum huiusmodi puniendorum instituendique iudicii publici potestas olim erat penes COMITES et SCABINOS, quibus eam iurisdictionem dari animaduertimus CAPITVLAR. *Lib. III. §. L. edit. Lindenbr.* quamuis aliquando et missi regii causas criminales cognoscerent, si vel sui copiam non facerent, vel litem suam fecisse viderentur comites. CAPITVL. *Lib. IV. §. LXVI. et CLXXXIII. \*)*

\*) Quamuis enim comites haberent optiones suas, veluti *centenarios*, et *thunginos*, vel *decanos*: quorum illi de rebus minoribus, hi de minimis iudicabant: non tamen ad tribunal suum reuocare poterant causas criminales, si essent capitales. CAPITVLARE III. *anni DCCCXII. Cap. IV.* *Vt nullus homo in placito centenarii neque ad mortem, neque ad libertatem suam amittendam, aut ad res reddendas vel mancipia iudicetur. Sed ista aut*  
in

*in praesentia, COMITIS, vel MISSORVM nostrorum, iudicantur.* Quae repetuntur totidem verbis  
CAPITVLAR Lib. III. §. LXXIX. Ansegisf.

## §. XI.

Sed fieri non potuit, quin paullatim haec **Qualia** iudiciorum publicorum ratio paullulum im- **eadem** mutaretur. Comitibus enim dignitate sua, **infe-** non tamquam officio, sed tamquam honore **quenti-** auito, fruuentibus, haec iudicia regum, prin- **bustem-** cipum ac comitum auspiciis exercere coepe- **poribus?** runt aduocati et sculteti cum scabinis suis, quamuis et hi passim adhuc vocarentur comites, \*) *grafen, burggrauii, gograuii, cetera.*

- \*) Hinc recte obseruat GVILLIMANN. in *Habsp. Lib. IV. Cap. IV.* ex eoque HERT. *de consult. legib. et iudic. in special. imp. Rom. Germ. rebusp. §. XIX.* pagis et comitatibus, ad comites iure hereditario paullatim deuolutis, Imperatores *alios superimpofuisse comites, qui res fiscales, tanquam curatores, disponerent, saepius de controuersis cognoscerent, praecipue CRIMINALIA iudicarent, ante omnia, vt maiestas imperii obseruaretur, curam adhiberent.* Est sane apud ipsum GEILLIMANNVM *Lib. III. Cap. VII.* charta ann. DCCCCIII. in qua Luitfridus, Habsburgicus Comes, quaedam donat monasterio S. Trudberti, et tamen id facere se ait, comitatu fungente Wolwino. En verba p. 135: *Ego itaque Villegerus in ipso monasterio, in vice cancellarii, anno tertio, regnante Ludouico, filio Arnolphi, SVB COMITE WOLVVINO, octauo Kal. Mai. Luna X. rogatus etc.* At postea, vt fit, haec iudicia pleraque adquisuerunt ipsi imperii ordines, vt rarissime hodie iudicia publica in territoriis ordinum exercentur auspiciis imperatoris augustissimi, sed principes ea exercenda curent per scultetos, praefectos, go-

graviōs, et similes. Argumento sunt iudicia VEHMICA vel WESTPHALICA, quae quum initio ipsius auspiciis Imperatoris, (*vnter Königs-banne*) instituerentur, MARQV. FREH. *de iudic. Westph. p. 11.* postea territoriorum quibusdam dominis cesserunt, dictis ideo *freystuhl-berren*, quemadmodum qui his tribunalibus praeerant *freygrassen*, et adfessores *freyschöppen*, vel *stublgenossen*. THOMAS. *diff. de vera orig. nat. et proc. iudic. Westphal. §. XVII. XXV. et passim.*

## §. XII.

Quaedam delicta priuata.

PRIVATA denique delicta vocamus, quaecumque magis ad priuatorum patrimonium, quam ad rempublicam, pertinent, quaeque proinde, non instituto iudicio criminali sollempni, (*vor öffentlich gehegten hochnothpeinlichen halßgerichte,*) sed iudicio ordinario cognoscuntur ac coercentur. De iis loquutum arbitror TACITVM *de morib. Germ. Cap. XII.* Sed et leuioribus delictis pro modo poenarum, equorum, pecorumque numero, conuicti mulctantur. Ea vero ad iudicium etiam inferiorum iurisdictionem pertinuisse, facile potest probari. \*)

\*) Immo iam probatum est. (§. X. \*) Quum enim ex CAPITVLARIBVS demonstratum sit, comitum vicarios, centenarios, tunginos vel decanos, non potuisse ad cognitionem suam reuocare causas, quae cum poena capitali vel libertatis aut rerum iactura coniunctae essent: consequens est, vt de reliquis, criminibus, quae multa vel carcere expiari possent, cognoscere potuerint minores illi magistratus. Hinc recte, et κατ' ἀνάλογίαν iuris Germanici, scripsit GE. BEYERVS *posit. Digest. Lib. XLVII. tit. I. §. I. et II. delicta, quae carcere vel multa puniantur, Germanis*

*nis priuata esse, quamuis ei sententiae calculum suum adiciere vereatur THOMAS not. ad Pandect. ibid. p. 342.*

## §. XIII.

Haec de delictis *publicis* et *priuatis* dicta <sup>Delicta</sup> sufficiant. Praeterea vero Germanis non <sup>alia ca-</sup> minus, quam Romanis, alia CAPITALIA, alia <sup>pitalia,</sup> NON CAPITALIA fuisse, facile est ad intelligendum, <sup>alia non</sup> quamuis paullo alia notione Germanis CAPITALIA dicantur, non quæ caput etiam ciuile, quippe illis ignotum, sed quæ naturale tollunt, NON CAPITALIA, quæ corporis cruciatibus vel multa expiantur. Inter quas poenas ac cruciatus quum praecipua esset decaluatio cum ictu fustium, si, ut ipsi loquebantur, reo *corium et capilli tollerentur*, vel si iste *cute et capillis priuaretur: constitut.* HENRICI II. Imp. apud ECCARD. ad leg. Salic. pag. 202. facile patet, cur delicta huiusmodi medio aeuo describi soleant, *daß sie an haut vnd bahre gehen*, IVR. PROV. SAX. Lib. II. art. XIII. quemadmodum de capitalibus dici solet, *daß sie an hals vnd hand gehen.* IBID. Lib. II. Art. XXVI. \*)

\*) Iudicia *capitalia* vocabantur, *das bobē vngericht*, eoque pertinebant homicidia, furta, rapina, stupra violenta, et quaecumque accusabantur cum clamore, *mit geschrey vnd gerüßte.* IVS WEICHB. Art. XXXV. Reliqua non capitalia dicta sunt *das schlechte vngericht*, quemadmodum iurisdictio ciuilis simpliciter audit *richtē* vel *gerichten.* Vnde facile patet, quid in litteris feudalibus sibi velint verba: *mit richt vnd vngericht.* v. C. KRESS. de iurisd. omnimoda, formula *richt vnd vngericht in feudum concessa* §. XXVI.

## §. XIV.

## §. XIV.

Capita-  
lia pau-  
cissima  
antiquis  
Germani-  
nis fue-  
runt.

Quemadmodum vero et aliae gentes antiquis-  
simae rarius ultore gladio in reos criminum  
faeuiebant, quum, rarioribus adhuc malefi-  
ciis, pro magno peccato pauxillum poenae  
fatis esse bono principi ac magistratui, existi-  
marent: FEITH. *antiqu. Homer. Lib. II. Cap.  
VIII.* ita quo vetustiores sunt Germanorum  
leges, eo rarius illas vrere et secare, id est,  
supplicia capitalia facinorosis irrogare,  
animaduertas. Attamen pauca quae-  
dam, quae contra rempublicam officiumque  
boni ciuis, vel contra pudorem naturalem,  
admissa fuerant, sanguine eluenda putabant  
temporibus etiam antiquissimis. \*) HERT. *no-  
tit. regn. Franc. Cap. V. §. L.*

\*) Pertinet huc locus paullo obscurior TACITI *de  
mor. Germ. Cap. XII: Distinctio poenarum ex  
delicto. Proditores et transfugas arboribus sus-  
pendunt. Ignauos et imbelles et corpore infames  
caeno ac palude, iniecta insuper crate, mergunt.  
Diuerfitas supplicii illuc respicit, tamquam SCE-  
LERA ostendi oporteat, dum puniuntur, FLAGITIA  
abscondi. Quid vero SCELVS? quid FLAGITIVM?  
et quid adeo inter vtrumque interest, vt poenis  
quoque ea discernenda existimarint? Saepissime  
veteres distinguunt scelera vel facinora et flagi-  
tia, veluti LIV. *Lib. XXXIX. Cap. XVI.* Minus  
tamen esset, si FLAGITIIS tantum effeminati forent,  
(ipsorum id magna ex parte dedecus erat,) a FA-  
CINORIBVS manum, mentem fraudibus abstinuif-  
sent. SALLVST. *de bello Catilin. Cap. XXIII.* Sed  
in ea conuentione fuit Q. Curius, natus haud  
obscuro loco, FLAGITIIS ac FACINORIBVS coopertus.  
Sed rem plerisque ignoram in aprico ponit lo-  
cus insignis AVGVSTINI *de doctv. Chrif. Lib. III.  
Cap. X.* quem ad superiorem Sallustii locum at-  
tulit*



rulit GOTTL. CORTIVS: *Quod agit, inquit, indomita cupiditas ad corrumpendum animum et corpus suum, FLAGITIVM vocatur. Quod autem agit, et alteri noceat, FACINVS dicitur, et haec sunt duo genera omnium peccatorum.* Itaque male NON. de propr. serm. Cap. IV. n. CCXV. et ISIDOR. Orig. V. 26. obseruant, *flagitium dici vitium, quod virgini infertur: quamuis verum sit, supra quoque ad flagitia referenda esse. Latius enim patere vocabuli notionem, et omnem turpitudinem in se ipso admissam eo nomine venire, ex loco AVGVSTINI patet.*

## §. XV.

Atrocior reliquis est LEX SAXONVM, quae Praeter non solum plura delicta capitalia esse iussit, quam sed et supplicia aliquando ad ipsos cognatos Saxoni- porrexit, quod praeter Persas vix vllam gen- bus. tem probasse, nouimus. BARN. BRISSON. de regno Pers. Lib. II. §. CCXXVII. pag. 597. edit. Lederlin. Ita sane lex illa Tit. II. §. V. de lito, qui hominem occiderat: *Si autem absque conscientia domini hoc fecerit, dimittatur a domino, et vindicetur in illo, et ALIIS SEPTEM consanguineis eius, a propinquis occisi, et dominus liti se in hoc conscium non esse cum undecim iuret. \*)*

\*) Sensus est, dominum liti, si se septem consanguineorum suffragio purgarit, et detestandi criminis causa fetum expulerit, ab omni poena immunem esse: at familiae occisi ius fore, litum illum licarium vna cum septem eius cognatis occidere, nisi cum ea transegerint. Quod quam iniquum sit, nemo non animaduertit. Ut hinc rationem reddere liceat, cur *legem Saxonum crudelissimam* vocet WIPPO in vita Conradi p. 430.

## §. XVI.

## §. XVI.

Effectus delictorum non capitulum. Quamuis vero rariora in vetere Germania essent supplicia capitalia: non tamen impune facinora sua ferebant homines improbi. Nam et flagella ac virgæ illis in mundo erant, et, si redimerentur illa, rei criminum cum iudici FREDVM, tum aliquando læsæ familiae FAIDAM, aliquando et COMPOSITIONEM VEL WIDRIGILDVM, vel CAPITALE, nec non DILATVRAM debebant. De quibus singulis dicendum paullo accuratius.

## §. XVII.

Quid fredum? FREDVM est a Germanico *friede*. Qui enim delictum atrocius admiserant, ii, veluti sacri homines, nusquam securi erant, vel, uti medio aevo loquebantur, nusquam pace fruebantur, (*sie waren aus dem frieden in den unfrieden gesetzt*, quia indignum suo praesidio iudicabant tam execrabile caput. \*) Ut ergo hanc defensionem publicam recuperaret reus, praestanda erat fisco pecunia, quae FREDVM, quasi redemptio pacis dicebatur. Ita saepissime vocatur in LEGIBVS SALICA, RIPVARIORVM, CAPITVLARIBVS, ALAMANNORVM, BAVVARIORVM, SAXONVM, FRISONVM, ANGLIORVM, LANGOBARDORVM, ut dubitare nefas sit, fuisse hanc communem Germanorum omnium consuetudinem. GLOSSA LEG. LANGOB. *Freda bannum, fredum regalis compositio pacis*. Exemplum est apud GEEGOR. TVR. *de virtut. B. Martini Lib. IV. Cap. XXVI.*

\*) Atta-

- \*) Attamen ex mediū aeni legibus securitatem reo praestabant sua cuique *domus, templum* et iudicium, ut eo ire et redire sine fraude sua posset. Vid. *LEG. SAX. tit. III. §. IV. FRIS. addit. Tit. §. I. LEG. OPSTALBOM. Art. XVII.* Vti enim templū alyi gaudebant, domusque sine pacis domesticae violatione inuadi non poterat: ita iudicium non auspicabantur Germani, quin securitatem sancirent. Id quod vocabant *dem gericht einen frieden wūrchen*. Qua de re paullo post plura dicemus.

## §. XVIII.

Non fīcus vero tantum facinorosos homines persequabatur: verum etiam ipsa, quam laeserant, familia, cui fas erat, eos bello priuato adgredi, nisi hū in tempore cum illa transigissent. *TAC. de morib. Germ. Cap. XXI.* *Suscipere inimicitias seu patris, seu propinqui, quam amicitias, necesse erat.* Et paullo post: *Nec inimicitiae implacabiles durant. Luitur enim homicidium certo armentorum ac pecorum numero, recipitque satisfactionem vniuersa domus, viiliter in publicum, quia periculosiores sunt inimicitiae iuxta libertatem.* Quemadmodum igitur ipsum libellum priuatum vocabant *eine fehde*: ita et satisfactionem illam, quam recipiebat vniuersa domus, *FAIDA* dicebatur, quasi quae ad redimendum illud bellum priuatum daretur. \*)

- \*) Hic mos quantumuis barbarus videatur plerisque, tamen cum reliquis Graecis, tum humanissimis eorum, Atheniensibus, placuit. Nam et apud hos homicidae aut solum vertendum erat; aut transigendum cum laesa familia. *HOMER. Iliad. Libro IX. v. 628:*

Καὶ μὲν τίς τε κασιγνήτοιο Φόνοιο  
 Ποιὴν ἢ ἑ παιδὸς ἐδέξατο τεθνεῶτος;  
 Καὶ ῥ' ὁ μὲν, ἐν δήμῳ μένει αὐτῆ, πόλλ'  
 ἀποτίσας,  
 Τῆ δὲ τ' ἐρητύεται κραδίη, καὶ θυμὸς  
 ἀγήνωρ

Ποιὴν δεξαμένω.

*Etenim quis fraternam ob caedem  
 Satisfactionem, aut sui filii accepit occis.  
 Quin homicida in patria maneat, qui multa  
 dedit,  
 Et illius adquiescat cor; et animus magna-  
 nimus,  
 Accepta satisfactione?*

ad quae verba illustranda plura notauit scholia-  
 stes, EUSTATHIUS. Quin huius consuetudinis pas-  
 sim meminit DEMOSTHENES.

### §. XIX.

Et hic quidem noxios bello priuato perfe-  
 quendi mos vniuersam Germaniam peruase-  
 rat. Hinc et *mimicitiae* seu *faidae* mentio fit  
 in legibus paene omnibus, veluti SALICA Tit.  
 II. §. II. BAIVVAR. Tit. II. §. VIII. SAXONVM;  
 Tit. II. §. V. Tit. III. §. IV. Tit. XIII. §. III.  
 FRIS. Tit. II. §. V. LANGOB. Lib. I. tit. IV. §. V.  
 et alibi passim. Huiusmodi homo dicebatur  
*faidosus*, neque prius ea conditione libera-  
 batur, quam, soluta faida, cum laesa fami-  
 lia transegisset. Quod perspicue exprimit  
 LEX FRIS. Tit. II. §. II. *Si homicida non fuge-  
 rit, nihil soluat, sed tantum INIMICITIAM PRO-  
 PINQVORVM occisi hominis patiatur, donec quo-  
 modo potuerit, eorum amicitiam adipisca-  
 tur.*

### §. XX.

## §. XX.

Exstant talis belli priuati, et subsequutae Eius ex-  
 transactionis exempla quam plurima, non <sup>empla</sup>  
 modo in formularum scriptoribus, veluti <sup>sub</sup>  
 apud MARCVLF. *Lib. II. Cap. XVIII.* nec non <sup>Francis.</sup>  
 in FORMYL. *SIRM. Cap. XXXIX.* et in FORM.  
 BIGNON. *Cap. VIII.* imprimis vero apud EGI-  
 NARDVM *Epist. XVII.* et GREG. TVRON. *Lib. V.*  
*Cap. V. et XXXII. Lib. VI. Cap. XVII. Lib.*  
*VIII. Cap. XVIII. Lib. X. Cap. XXVII.* et ma-  
 xime *Libro VII. Cap. XLVII.* vbi pluribus  
 refert, quae pericula ab occisi Austregifili  
 propinquis passus sit Sicharius, antequam,  
 interuenientibus Gregorio, Turonensium  
 archiepiscopo, et ipsis iudicibus, pecunia-  
 que ab ipsa ecclesia Turonensi soluta, cum  
 familia ista in gratiam rediisset. \*)

\*) Ceterum ex his omnibus exemplis patet, non  
 solum in homicidio, verum etiam in rapina, aliis-  
 que grauioribus delictis locum fuisse faidae: 1) Homicida fugiente, familiam occisi de eo occi-  
 dendo persequendoque fuisse sollicitam: 2) Ple-  
 rumque sese interposuisse sacerdotes, et viros il-  
 lustres, et dedisse operam, vt transactione con-  
 cordia coalesceret: 3) eam in rem non solum pe-  
 cuniam solutam, verum etiam 4) litteras, quas  
 vocabant securitatem de homicidio, datas: quin 5)  
 familiam, occisi, iacta in sinum homicidiae festuca,  
 quam werpitionem Franci vocabant, iuri suo  
 et accusationi sollempniter renunciaffe, vel prae-  
 stito iureiurando adfirmasse, se bona fide in gra-  
 tiam rediisse. CAPITVL. CAROLI CALVI *Tit. XXXIV.*  
 §. X. Quare haec exempla praecipue notanda  
 sunt, tamquam quae maxime faciunt ad rem  
 illam intelligendam.

## §. XXI.

An et  
post  
Franco-  
rum im-  
perium  
manse-  
rit?

Quamuis vero ex CAPITVLAR. *Lib. V. §. CCCXXXII. edit. Baluz.* constet, improbasse hanc consuetudinem Reges et patres concilii VI. Parisiensis: tantum tamen abest, vt ea ideo exoleuerit, vt potius multo post expressissima eius occurrant vestigia. Nam REGINO *de discipl. eccles. Lib. II. Cap. XXII.* agit de poenitentia ecclesiastica, imponenda iis, qui pro *vindicta fratris, aut aliorum parentum, hominem occiderint*: et quamuis nulli dubitemus, quin et postea caedes saepe fuerint armis vindicatae, idque facile nobis persuadeat maxima, quae tum vbique grassabatur, armorum licentia: non tamen legere me memini, ei furori leges eorum temporum suffragari. \*)

\*) At quamuis leges illi consuetudini non amplius suffragarentur: non desunt tamen exempla. Au-  
Dorsane CHRONICI GOZECENS. p. 219. *Ministerialis quidam domini comitis palatini nomine Amelungus, a quodam Alberto de Studerenbeym excoectus, mansis quinque in Nienstede, et quatuor in Trauinckele ab eo susceptis, est ILLI RECONCILIATVS, quem dominus palatinus, ipso rogante, cum iisdem mansis nostrae obtulit ecclesiae.* Quale exemplum aliud quoque eadem pagina occurrit.

## §. XXII.

Quid  
compo-  
sitio, wi-  
dregil-  
dum,  
wergel-  
dum?

Cum FADA quodammodo conuenit COMPOSITIO, quae et ipsa multa erat, laeso vel eius agnato soluenda, et hinc etiam WIDREGILDVM, quasi *eine wiedergeltung*, et, si homo occisus esset, *weregeldum* \*) quasi *mann-geld* vocabatur. GAR. DV FRESNE *glossar. med.*

et

et infim. *Latin. voce componere et compositio*, pag. 1137. Tit. I. ECCARD. *ad leg. Salic. p. 64. 78.* Ea compositio vel LEGITIMA erat, CAPITULAR. CAROLI CALVI Tit. XXXIX. vel ARBITRARIA, quae, tametsi lege definita, tamen pro atrocitate delicti multiplicari poterat. Vnde dicebatur *compositio duplex*, in LEGE LANGOB. apud HEROLD. p. 256. *compositio tripla*, CAPITULAR. Lib. III. Cap. XLIII. *satisfactio quadrupla*, apud GREGOR. TVRON. *hist. IV. 38.*

Differant WIDREGILDVM et WERGELDVM. Illud enim est a *wiedergelten*, hoc a *were* vel *wair*, quod vim nonabat, et *geld*, quasi *mann-geld*. ECCARD. *ibid. p. 97.* Vocatur etiam LEVDIS, vel LEODIS. LEG. SAL. tit. XXXIX. et Tit. XLIV. §. XVI. LEG. ANGL. tit. VI. §. V. Conf. CANG. *voce leudis et ECCARD. ibid. p. 43.*

## §. XXIII.

Haec vero compositio in capitalibus etiam Poenae delictis, nec non, quae poena corporis af- etiam  
flictiva coercebantur, habebat locum. Nul- capitales  
lum enim fere Germanis erat delictum, cu- redimi  
ius poenam non liceret pecunia redimere, si poterant  
pecunia.  
simul satisfaceret laesis, praeter crimen laesae  
maiestatis. LEX BAIUVAR. Tit. II. Cap. I. §. IV.  
et sequ. *Ut nullus Baiuvarius \*) alodem, aut  
vitam, sine capitali crimine perdat, id est, si aut  
in necem ducis consiliatus fuerit, aut inimicos  
in prouinciam inuiderit, aut ciuitatem cape-  
re ab extraneis machinuerit, et exinde proba-  
tus inuentus fuerit, tunc in ducis potestate sit  
vita ipsius, et omnes res eius, et patrimonium.  
Cetera vero, quaecumque commiserit peccata,*

*quousque habet substantiam, componat secundum legem. Conf. Tit. I. Cap. VII. §. III.*

\*) Neque Boiorum tantum haec consuetudo fuit, verum etiam aliarum Germanicae originis gentium. Sic e. g. et LEGE SALICA Tit. LXI. cauetur, ut si quis, admisso homicidio, non habeat, unde secundum legem componat, is, certo ritu adhibito, profiteatur, sibi nihil facultatum esse quod *chrenechbradam*, (ex ECCARDI p. 104. sententia reene herute) vocabant. Et tunc demum, si nullus suorum per compositionem voluerit redimere, de vita componat. EGINARD. Epist. XVIII. Duo ferri fugerant ad limina Christi martyrum, Marcellini et Petri, pro eo quod frater eorum quemdam socium suum occidisset, rogantes, ut eis liceat solvere illum *weregeldum* pro fratre suo, et ut ei MEMBRA PERDONENTVR.

#### §. XXIV.

Quid capitale? Quid de latra? Hinc facile intelligitur, quid CAPITALE, quidque DELATVRA sit. Quemadmodum enim fit, conditione furtiva contentus, reum furtivam eiusque aestimationem restituere tenetur: ita et apud Francos, aliasque gentes Germanicas, idem obtinebat, eaque praestatio CAPITALE vocabatur, LEG. SAL. Tit. II. §. I. De DELATVRA, cuius ibidem fit mentio ECCARDVS *ibidem* p. 15. sententiam suam his verbis exponit: *Delatura sunt illi sumtus, qui sunt in causae persequutione, dum insciando is crescit. Proprie delatura idem est, ac dilatura, hoc est, mora sua, cuilibet nociva. Sic quoque ex dilatio Gallorum delay factum est. Sumtus, qui causae impenduntur, Gallis frais dicuntur, a fredo. Unde Glossa vetas delaturam exposuit fredo. \*)*

\*) Haec



\*) Haec, quae eruditionem viri doctissimi pro-  
dant, non tamen adeo multum extricant. Cer-  
tissimum est, delaturam non esse fredum. Nam  
ab hac eam diserte distinguunt LEGES SALICA  
tit. XIV. et ANGL. et WERIN. Tit. VII. §. II. et  
III. Nullo etiam idoneo argumento nititur cla-  
rissimi ECCARDI coniectura de lite inficiando cre-  
scente, sed coniectura mera est. Vix porro du-  
bitandum videtur, quin scribendum sit *dilatura*,  
et hanc aliquid, quod pro mora datur, intel-  
ligendum sit. Potuisset vir doctus ex ipso DV FRES-  
NE glossario T. II. p. 47. discere, *delaturam* in  
LEGE RIPVAR. tit. XXXV. §. III. edit. Heroldi  
dici DILATIONEM, adeoque nihil esse verosimi-  
lius sententia CUIACII, BIGNONII et WENDELINI,  
qui DELATVRAM vel DILATVRAM interpretantur  
de eo, quod interest accusatoris, propter dil-  
ationem et moram, id est, uti hodie loquuntur,  
de *impensis protractae litis, vel retardati proces-  
sus.*

## §. XXV.

Sequentibus temporibus, quum ius Saxo-  
nicum et Suevicum in foris Germaniae vi-  
geret, is saltem mos mansit, ut, praeter aesti-  
mationem rei, tum iudici, tum accusatori,  
poena deberetur, illaque vocaretur *die WET-  
TE*; haec *die BVSSÉ*. Hinc VOCABULARIVM VE-  
TVS IVR. SAXONICI: BVSSÉ *ist das geld, so ein  
mangiebet in burgerlichen sachen, \*) die er ver-  
bühret hat. WETTE heisset die buß, die man  
dem richter giebet.*

\*) In causis enim criminalibus vocatur *das wehr-  
geld*. Ceterum *wette* in genere est quaevis poe-  
na, qua satisfit reipublicae, non modo pecu-  
niaria, verum etiam capitalis. Hinc versiculi  
veteres apud MEIBOM. de *Irminsula* Cap. IV. p. 10.  
de principe, diis post infastum praelium immo-  
lando:

Sol ich nun in Gottes Fronen hende  
 In meinen allerbesten tagen  
 Geben werden, und sterben so elende,  
 Das muß ich wol höchlich klagen.  
 Wann mir das glück füget hette,  
 Des streites einen guten ende,  
 Dürfft ich nicht leisten diese WETTE,  
 Netzen mit blut die bire wende.

Veteres pro wette dicebant witze, ceu patet ex NOTKERI Psalm. VI, 4. Psalm. XVIII, 9. OTTFRIED. euangel. II, 9. v. 157. Vnde Goslariae iudicium vrbatum hodie vocatur *das wiet-ambt*, rectius *das wett-ambt*, vti alibi *das wett-gericht*. Quum vero Belgis lex hodieque dicatur *die wette*: opinabile profecto est, *wette* idem esse ac poenam legitimam, seu legibus definitam.

## §. XXVI.

Inde  
 reddi  
 potest  
 ratio iu-  
 dicio-  
 rum cri-  
 mina-  
 lium sol-  
 lemni-  
 um, (der  
 halß-ge-  
 richte.)

Ita generatim de delictis philosophabantur maiores nostri. Harum vero observationum vsum forenssem ostendere, facillimum foret, nisi ad specialiora properaremus. Vt tamen vel paucis tantum argumentis hunc vsum monstremus, iam vnusquisque animaduertet, 1) cur in causis criminalibus et hodie iudici adfidere oporteat scabinos, et alias pro nullo habeatur iudicium, *wobey die gerichtsbank nicht besetzt gewesen.* 2) Cur etiam in praefecturis et nobilium iudicijs, vbi non nisi rusticorum imperitorum iurisprudentiae criminalis, copia est, ex his tamen etiam non nulli, paene dicis causa, adhibeantur. 3) Cur haec iudicia, saltim postrema vice, dum sententia feralis fertur, peragantur sub dio, 4) iudice gladium euaginatam vel bacillum, vel vtrumque praeferente,

rente, quia 5) alicubi manu dextra chirotheca ferrea munita, et 6) area armatis hominibus circumdata.

### §. XXVII.

Quumque supra dictum sit, homini criminalis reo, nullum locum praeter templum, iudicium et domum, satis tutum fuisse: (§. XVII.) non obscurum est, 7) cur praecipua sollemnitas iudiciorum publicorum consistat in eo, ut pax sanciat, (quod vocant *dem gericht einen frieden würcken*, vel *das hochnothpeinliche halsgericht hegen*.) idque fiat 8) non folius auctoritate iudicis, sed de scabinorum sententia. \*)

\*) Iudex enim, occupato tribunali, et adfidentibus utrimque scabinis, et actuario ante eum sedente, praescone pone eundem stante, interrogat scabinum ordine primum: *Ich frage euch, ob es so hoch am tage sey, daß, ich des allerdurchlauchtigsten, N. N. hochnothpeinlichen hals-gericht hegen möge, einem ieden zu seinen rechten?* Quod adfirmante scabino, verbis usque: *herr richter, dieweil euch die gerichte befohlen, und leute seynd, die hochnothpeinlich hals-gericht und rechts begehren, so ist es an der zeit, daß ihr des allerdurchlauchtigsten N. N. hochnothpeinliche hals-gerichte hegen möget:* noua sequitur quaestio: *Ich frage euch, wie ich des allerdurchlauchtigsten N. N. hochnothpeinliche hals-gericht hegen solle?* ad quam alter scabinus: *herr richter, gebietet recht, verbietet vnrecht, und dinges vnlust, und daß niemand sein selbst, oder eines andern wort für euch in gehegter banck rede, er thue es dann mit vrlaube.* Eo facto iudex ita decernit: *Ich hege des allerdurchl. N. N. hochnothpeinlichen hals-gericht zum ersten mable, ich hege es zum andern mable, ich hege es zum dritten*

mable mit vrthel vnd recht. Ich gebiete recht, vnd verbiete vnrecht, vnd dings vnlust, vnd daß niemand sein selbst, oder eines andern wort vor gericht rede, er thue es dann mit gericht's vrlaub. Nihilominus et ex tercio scabino quaerit: Ich frage euch, ob ich des allerdurchl. N. N. hochnothpeinlich halß-gericht, einem ieden\* zu seinen rechten, gnugsam geheget habe? Ad quae hic respondet: herr richter, ihr habet es gnugsam geheget einem jeden zu seinem rechte. Demum officium suum facere iussus praeco, et ipse gladio euaginato armatus, exclamat: Des allerdurchl. N. N. hochnothpeinlich halß-gericht ist geheget mit vrthel vnd recht zum ersten mable, zum andern mable, zum dritten mable. Hat jemand vor diesen hochnothpeinlichen halß-gericht zu klagen, der komme für, wie recht ist, die gerichte wollen einem jeden rechts verhelffen. CARPZ. von inquisitionen vnd achts-process. Tit. XI. Art. II. et III.

## §. XXVIII.

Nec non quid sibi rationem, 9) cur accusator quoque gladio velit clamor vel quiritatio: (das zetter-ge-schrey.) Nec minus ex his facile quis explicauerit instructus euaginato, tamquam qui rei familiarum metuat, accusationem instituat, et quidem 10) cum clamore vel quiritatione, mit geruffte oder zeter-geschrey. \*) CONST. CRIM. Art. LXXXVII. CARPZ. von inquis. vnd achts-process. Tit. XI. §. IV. Iudicii enim capitalis, des hohen vngerichts eam esse naturam ac indolem, vt accusatio proferatur cum clamore, (mit geschrey vnd geruffte,) iam supra monuimus. (§. XIII. \*)

\*) Hinc quoque ambages, quas praecipue in Saxonia, tamquam iuris Germanici veteris reliquias, sanctius custodiri, animaduertimus. Primum enim accusator veniam petit consistendi coram iudice:

Herr

richter, ich bitte umb vrlaub vor dieses hoch-  
 einliche halß-gericht zu treten, vnd mein  
 wort zu reden. Data deinde venia, pergit:  
 richter, dieses verbrechen ist von N. N. in  
 gericht begangen worden, derowegen ge-  
 ich ihn mit recht zu beklagen, vnd bitte mir  
 es zu verstaten, vnd mich zu berichten, wie  
 mit solcher meiner peinlichen klage für dieß  
 halßgericht solle vorkommen?  
 quam quaestionem scabinus, rogatus a iudice  
 sententiam respondet: Er solle vorkommen  
 gewaffneter rechten hand, mit ausgezogener  
 geschliffenen wehre, vnd mit geruffte, zweyer vnd  
 drey, wie recht vnd gewöhnlich ist. Pergit accusator:  
 Herr richter, so bitte ich denn mir den frohn-bothen  
 zu leyhen, daß er seine geschliffene wehr ausziehe,  
 vnd mir dieselbe mit gewaffneter hand vortrage.  
 Quo concessio, ter clamatur: ZETTER vber N. N.  
 als thäter, daß er N. N. wieder Gott vnd recht  
 von leben zum todte gebracht. Eo demum pera-  
 cto, accusator accusationis formulam recitat,  
 et, contestata cum reo lite, petit sententiam.  
 At quid illud ZETTER, quod tamen hodie pau-  
 cissimis intellectum, homines tamen non mi-  
 nus, quam dirum aliquod Circes carmeh, abo-  
 minantur? Nilhil aliud hoc vocabulum significat,  
 quam arma. Nam praeterquam quod alibi loco  
 ZETTER vociferantur: WAPEN VEL WAFFEN, immo  
 Bremae IODVYT. KRESS. ad Const. Crim. Art.  
 LXXXVII. etiam FRIDRICVS I. Imp. II. Feud. 27.  
 ZITTERHAND vocat *calidam manum*. Calida au-  
 tem manus veteribus, idem, ac armata manus.  
 LEX ALAM tit. X. Si quis curtem episcopi ARMA-  
 TVS contra legem intrauerit, quod Alamanni HAI-  
 STERHANDI dicunt. Vbi sane haisterhand, idem  
 est ac heiße hand, et ea vox Alamannica ibi de  
 armata manu exponitur. Nullum ergo est du-  
 bium, quin hic clamor adumbrarit bellum istud  
 priuatum, quo familia laesa reum criminis capi-  
 talis persequebatur.

## §. XXIX.

Cur poe-  
nae  
quae-  
dam re-  
diman-  
tur, et  
delicta  
leuiora  
a iudice  
ciuili  
coerce-  
antur?

Denique eadem obseruationes ad id pro-  
sunt, vt possis reddere rationem, 11) cur et  
hodie quaedam poenae, veluti fustigatio, re-  
legatio, carcer, certa pecuniae summa possint  
redimi. 12) Cur in Saxonia, et alibi passim, ii  
quoque, quibus ciuili, quam vocant, est iuris-  
dictio, et delicta quaedam leuiora coercere  
possint, veluti vulnera minus cruenta, iniu-  
rias minus atroces, et alia huius generis, quo-  
rum recensum satis prolixum dant ORD. PO-  
LIT. MAGDEBURG. *Cap. LVIII. §. II.* et CARPZ.  
*prax. crim. Quaest. CIX. n. XXVI. sequ.* 13)  
Cur iisdem concedatur ius erigendi numellas,  
quibus 14) subditos, qui quid contra bonos  
mores admiserint, coerceant, et exempla fa-  
ciant, alios obsequii admonitura. BERLICH.  
*Part. I. Concl. I. n. XIII. \*)*

\*) In alia omnia discedunt COLER. *Decis. CCXLI.*  
*n. III.* BESOLD. *thesaur. pract. voce halbscissen*  
Sed hi, distinctioni Romanae inter imperium  
*merum* et *mixtum* adfueti, ex principiis iuris Ro-  
mani aestimant iurisdictionem Germanicam. Id  
vero quam absolum sit, ex instituto demon-  
strauit THOMAS. *de iurisdic. et magistratuum differ.*  
*secundum mores Germanor.*



## TIT. XIX.

## DE FVRTIS.

## §. XXX.

**Q**uamuis delicta paullo ante in PRIVATA et PVBLICA etiam a Germanis distincta esse, ostenderim: (§. VI.) difficillimum tamen est, ea discernere accurate, quia hac de re non fuit eadem omnium gentium Germanicarum sententia, et, quod aliis priuatum visum est delictum, id aliae pro publico crimine habuerunt. Itaque delicta promiscue, et eo quidem ordine, quem in iurisprudencia Romana obseruari nouimus, expendere iuuabit.

## §. XXXI.

Et ad FVRTVM quidem quod attinet, quo primo loco erit agendum, fatis exploratum videtur, Germanos plerosque illud non pro priuato, sed publico, delicto habuisse, quippe quod non minus, quam aliud crimen quodcumque, ad perturbandam reipublicae tranquillitatem comparatum sit, ac proinde publicam mereatur animaduersionem. Quamuis enim more aliarum gentium vix a latrocinii vicinorum populorum absterent: CAES. *de bell. Gall. Lib. VI. Cap. XXIII.* tamen res hospitum vel ciuium nemo impune vel furtim, vel vi, surripiebat, ceu ipsae patriae leges satis superque probant. \*)

\*) Attulit huiusmodi legem, vel consuetudinem saltim, quae pro lege est, ex veteribus NIC. DAMASCENVS *de mor. gent. p. 8.* vbi de Celtis, id est, Germanis et Gallis: *Μείζω ἐστὶν ἐπιτιμία κατὰ τῷ ξένου ἀνελότου, ἢ πολίτην. Ἐπεὶ τῷ μὲν γὰρ θάνατος ἡ ζημία, ὑπερ τῷ δὲ πολίτη Φυγή. Multo maior est poena eius, qui hospitem, quam qui civem occidit. Quum enim ille capitis damnetur: hic exsilio tantum mulctatur. Quum ergo exteri impune occiderentur, latrocinii quippe nullam infamiam habentibus, et tamen hospitis caedes morte, civis exsilio expianda videretur: quis dubitet, quin idem ius circa furta, et rapinas obseruarint? Quamuis, si dicendum quod res est, rariora furta fuisse videantur, in tanta veterum frugalitate, idemque de maioribus nostris dici possit, quod de Scythis refert IUSTINVS *hist. Lib. II. Cap. II.* Nullum scelus apud eos furto grauius, quippe sine tacto munimentoque pecora et armenta inter silvas habentibus quid saluum esset, si furari liceret? Aurum et argentum perinde adspernantur, ac reliqui mortales adpetunt. Lacte et melle vescuntur. Lanae iis vsus ac vestium ignotus, quamquam continuis frigoribus vrantur: pellibus tamen ferinis aut murinis vtuntur. Haec continentia illis morum quoque iustitiam edidit, nihil alienum concupiscentibus. Quippe ibidem diuitiarum cupido est, vbi et vsus.*

### §. XXXII.

**Furtum in-contractione olim consistebat.** Sed vt ad has ipsas Germanicarum gentium leges progrediamur, primum obseruandum est, Germanis non minus, quam Romanis, furti essentiam in contractione magis rei alienae, quam in ablatione, consistere visam esse. Nam furti postulabant non solum eos, qui alteri rem clam abstulerant, sed



sed et, qui res alienas clamdomi habebant.  
 LEG. WISTG. *Lib. VII. tit. II. §. VII.* LEG. RI-  
 PVAR. *tit. LXXVIII. CAPITVLAR. Lib. VI. §.*  
*CXCII.* LEG. BAIUVAR. *tit. VIII. cap. VII. §.*  
*III. DECRET. THASSILON. §. VIII.* easque dolo  
 in alion restituēbant vero domino. LEG. BA-  
 RVAR. *tit. VIII. Cap. XIV. §. IV.* immo et eos,  
 quorum ope et consilio furtum factum esse  
 dicebatur. CAPITVLAR. *Lib. V. §. CXC. Lib.*  
*VII. §. CCLIX.* LEX BAIUVAR. *tit. VIII. §. VI.*  
 LANGOB. *Lib. I. tit. XXV. §. VIII. sequ. \**

Hinc formulæ veterum: *Quasi consentiens furti,*  
 FVRTVM componat; CAPITVL. *Lib. VI. tit. CXCII.*  
*scilicet criminis habeatur:* LEX BAIUVAR. *tit. I. cap.*  
*VI. §. III.* et aliæ, quibus simillimæ sunt vetē-  
 res iuris Germanicæ paroemiæ: *Der hebler ist so*  
*gut, als der stehler;* vel: *hebler und stehler gehö-*  
*ren an einen galgen.* HERT. *Lib. I. paroem. iur.*  
*CII. p. 567.* Eodem sensu PHOCYLIDES *Nutbetic.*  
 v. 128.

Φωρῶν, μὴ δέξῃ κλοπίμη ἀνδρῶν παραθή-  
 κην.

Ἀμφοτέρω κλέπτες, καὶ ὁ δεξάμενος, καὶ  
 ὁ κλέψας.

*Deposita, quæ subtractum est, ne suscipie, furto.*  
*Fur, tam qui recipit, quam qui furatur, ha-*  
*bendus.*

### §. XXXIII.

Ipsa quoque recta ratio Germanos æque, Erat vel  
 ac Romanos, docuit, furtum vel REI, vel rei, vel  
 vsus, vel possessionis esse. De primo furti vsus, vel  
 genere rem extra omnem dubitationis aleam possessionis.  
 positam esse, arbitramur. Alterius vestigium de-  
 prehendimus in LEGE BVRG. *tit. IV. §. VII.*  
*VIII.*

VIII. *additam. I. tit. XVII.* De tertio luculentissimus est locus in LEGE WISIGOTH. *Lib. V. tit. V. §. II.* *Si quis pignus alteri deposuerit pro aliquo debito, et illud ipse, qui deposuerit, furatus fuerit, pro fure teneatur.* Quamvis a Romanis haec discere potuerint WISIGOTHI, eaque in usus suos vel ideo transferre, quod rectae rationi viderentur vel maxime conuenire.

### §. XXXIV.

Itemque vel manifestum, vel nec manifestum. Ex eodem fonte ad Germanos notitiam aliquam furti non modo MANIFESTI et NEC MANIFESTI, VERUM ETIAM CONCEPTI, OBLATI, PROHIBITI, et NON EXHIBITI, permanasse existimamus. De fure sane, bis terue deprehenso, id est, *manifesto*, nisi fallimur, agitur, in DECR. THASSIL. *de legib. popul. §. XVIII.* et LEGE LANGOB. *Lib. I. tit. XXV. §. LXX.* et multo clarius in LEG. BAIUVAR. *tit. VIII. Cap. V.* De *nec manifesto* cautum est a Ludouico Pio, Imp. CAPITVL. *addit. I. §. LXIV. ut de furto INCERTO oratio et excommunicatio a corpore et sanguine Christi fiat, quousque culpabilis confiteatur. \*)*

\*) Pertinet hoc capitulum ad furta incerta a monachis patrata, contra quos orationes fundi, et excommunicationis fulmen spargi iubet imperator, et quidem, uti STÉPH. BALUZ. in *not. ad Capitular. p. 700.* obseruat, contra morem illius saeculi, immo contra *canonem XV. concilii Wormatiensis*, quod tantum abest, ut monachos, furti nec manifesti reos, absentos reddiderit, ut iusserit eos *in ultima missae celebratione pro expurgatione sua corpus et sanguinem domini nostri, Iesu*

Iesu Christi, percipere, quatenus ita inde innocentes se esse ostendant. Quod quum moris partem pii, ac probi videretur optimo Imperatori: illi legem hanc plane contrariam opposuisse videtur, ut diris his recitatis metu ab usu illo sacrosancto acerentur. Vid. BALVZ ad Reginon. de discipl. eccles. Lib. II. Cap. CCLVI.

## §. XXXV.

De CONCEPTO id mirum est, quod, quum Vel contrarium illum ipsi Romani iampridem lege Aebutia sustulissent, Germani non modo priuatis ius esse vellent, in res furtiuas inquirendi, sed et ritus quosdam, priscae illi conceptioni per lancem et licium non plane ab-ceptam, rum a-  
similes, recepissent. Et quidem LEGE WISIGOTHOS.  
Lib. VII. tit. II. §. I. praecipitur, ut, qui rem furtiuam requirit, quid quaerat, iudici occulte exponat, ostendatque per manifesta signa, quid perdidit, ne veritas ignoretur, si non euidencia signa monstrauerit. Quae antiqua et vere Germanica esse, probatu facile est. \*)

- \*) Permittit igitur haec lex, rem furtiuam priuata etiam auctoritate requiri, sed ut, qualis res sit, quam quaerat, apud iudicem prius profiteatur. Id vero WISIGOTHOS non a Romanis didicisse, sed ex maiore patria in nouas, quas condiderant, colonias intulisse, vel inde patet, quod in Suecia expressissima eius moris uestigia multo post superfuerint. LOCCENIUS enim antiqu. Sueo-Goth. Lib. II. Cap. VI. p. 48. ex LEG. OSTROGOTH. Cap. XXXII. et IVR. PROV. SVEC. Cap. XIII. profert insignem, hunc locum: Si quid alicui furto sit abreptum, hoc indicandum erit vicinis. Si vero quis alicuius domum suspectam habeat, quasi furto ablata res eo deportata sit, is, comitantibus eum sex viris, inuestigari illam istic legitime desiderabit, indicio tamen, QVAE ET QVALIS sit an-

*tes, factio. Quin ibidem ex LEG. WESTROGOTHICIS tit. De furto observat, homines istos, furtum requirentes, ingredi debuisse discinctos, et NVDIS PEDIBVS, et femoralibus super genua constrictis. Quae omnia ipse LOCCENIVS erudite contendit cum ritu furta concipiendi Attico et Romano, de quo nos plura antiqu. Rom. Lib. IV. tit. I. §. XVI. sequ.*

## §. XXXVI.

Tum apud Burgundiones et Francos.

Sollemnem et BVRGVNDIONIBVS fuisse rerum furtiuarum inquisitionem, ex eorum LEGE, et quidem tit. XVI. §. I. patet, vbi additur, *nec mulieri rerum furtiuarum, et maxime animalium inquisitionem esse denegandam.* FRANC. hanc animalium persequutionem vocabant *vestigii mintationem*, de qua prolixè LEX SALICA tit. XL. et multo dilucidius LEX RIPVAR. tit. XLVII. §. 1. *Si quis animal suum per vestigium sequitur, et tertio die in domo cuiuslibet, vel in quolibet loco, inuenerit, liceat ei absque intertatio reuocare. \*)*

\*) MINARE vocabulum satis Latinum, idemque esse ac ducere, cum ab aliis, tum a GE. ECCARDO ad leg. Sal. p. 73. est demonstratum. At Francos non modo est ducere, sed et ductum sequi, per vestigiorum ductum ire. INTERTIARE vero erat per tertiam manum sequestrare: nam et Graeci sequestrem *εἰρπίτον* vocabant. ECCARD. *ibid.* Sensus ergo legis Ripariae est, si res furtiua intra triduum concepta fuerit, eam sibi statim vindicare posse dominum, sin post triduum, eam sequestrari oportere, et tertio custodiendam dari. Quae sequestratio vel *intertatio* quo ritu apud Francos facta sit, docet LEX SALICA tit. XL. et L. nec non RIPVAR. tit. XXXIII.

## §. XXXVII.

## §. XXXVII.

Furti quæriti vestigium exstat in LEGE SA-  
 LICA tit. XLVII. §. IV. Si quis per malum  
 ingenium in curtem alterius vel casam, vel  
 oblatet aliquid de furato miserit, nesciente do-  
 mina, cuius possessio est, ubi inuentum fuerit,  
 quæ hoc miserat, MMD. den. qui faciunt sol.  
 LXII. cum dimidio culpabilis iudicetur. Et in  
 RIPARIA tit. XLV. Si quis, nesciente homine  
 inuenit rem in domum, vel in eius possessio-  
 nem introduxerit, et ibidem inuenta fuerit,  
 sol. culpabilis iudicetur, vel, quidquid ei  
 accesserit, aliud tantum (id est, alte-  
 rum satrum, vel duplum) restitutat. De  
 PROHIBITO IN LEGE BVRO. tit. XVI. §. I. Qui-  
 quis per vestigium quolibet animal sequutus  
 fuerit, et ad domum alterius, vestigio duce-  
 re, peruenierit, si is, ad cuius domum venerit,  
 eum PROHIBVERIT domum suam intrare, ad res  
 suas requirendas, pro hoc, quod res reposcit,  
 is qui eum de domo sua ab inquisitione repule-  
 rit, pro fure tenetur obnoxius. Similia sunt  
 IN LEGE RIPARIA tit. XLVII. §. II. Quod si  
 in domo fuerit, et ei scrutinium, cuius est do-  
 mus, contradixerit, ut FVR habeatur.

## §. XXXVIII.

Denique et furti NON EXHIBITI crimen maio-  
 ribus non ignotum fuisse, dicendum est, si exhibi-  
 recte capimus verba LEG. BAIVVAR. tit. VIII.  
 §. IV. Et si, (qui furtiuam rem domi suae de-  
 positam recepit,) quaerenti domino \*) eam ne-  
 gauerit, ille FVR est, sicuti qui furauerit, et  
 (El. I. G. Tom. II.) C ita

*ita componat, sicut lex habet.* Loquitur sane legis auctor non de inquisitione domino denegata: (id enim ad furtum *prohibitum* pertineret,) sed de *re furtiva*, *negata quaerenti domino*, quod ad furtum *non exhibitum* pertinere, vnusquisque intelligit.

\*) Hanc tamen inquisitionem procul dubio, non nisi praeiis iustis indiciis, fieri oportuit: qualia non erant fortilegia, quibus ad inuestigandos fures plus iusto indulgebant Germani veteres, non modo superstitionis paganae tenebris adhuc immerfi, sed et postquam Christianae lucis primum veluti diluculum viderant. Quin et hodie eius superstitionis vestigia expressissima supersunt in plebe, veluti *cribationes, clavis gyratio*, (*das sieb- und schlüssel-lauffen.*) *oracula mulierum fatidicorum*, (*der klugen frauen*), quales olim Velleda apud TAC. *bist. Lib. IV. Cap. LXI. et LXV.* Aurinia apud EVM. *de morib. Germ. Cap. VIII.* et Ganna apud SVIDAM *in voce Δελαγσα.*

### §. XXXIX.

Denique vel diurnum, vel nocturnum.

Mirus vero legum, non modo Germanicarum, sed et reliquarum gentium, tantum non omnium, concentus est in distinctione furti *DIVRNI* ET *NOCTVRNI*. Quemadmodum enim leges tum diuinae, tum Graecae et Romanae, furem nocturnum impune occidi patiebantur, diurnum non aliter, quam si sese telo defendisset: ita eandem *διαρπον* et leges Germanicae faciunt, veluti *WISIGOTHICAE Lib. VII. tit. II. §. XV. et XVI.* *BVRG. Ad-dit. I. tit. XVI. §. II. III. et IV.* *CAPITVL. Lib. V. §. CXCI. et Lib. VI. §. XIX. edit. Lindenbr.* *BAIVVAR. tit. VIII. Cap. V.* Attamen *LEX FRIS.*

*tit.*

tit. V. §. n. agens de hominibus, qui sine compositione occidi possint, in eum numerum refert etiam furem, qui in fossa, qua domum alterius intrare conatur, fuerit reperiens, nec vltimum discrimen inter furtum diurnum nocturnumque hoc casu statuit.

## §. XL.

Quod ad poenam furum attinet, quae gentes Germanicae, et in hoc crimine rationem sequitae exemplum, fures non tenentur capitibus damnabant: (§. XIV.) quaedam sanguinentes furta MAGNA ET PARVA, illa poenis capitalibus; haec multa, aliisque poenis laeuoribus, expianda esse, statuebant. Quamuis utroque casu et laeso satisfactionem debeat, facile animaduertent. (§. XXIV.) Sed quum ea in re non eadem omnium fuerit sententia: diuersas diuersarum gentium leges hic expendere, operae pretium fuerit.

## §. XLI.

Primum WISIGOTHI receperant regulam: Cuiuslibet rei furtum, et quantalibet pretii aestimatione taxatum, ab ingenio nouies, a seruo vero sexies, ei, qui perdidit, sarcitur, et uterque reus centum flagellorum verberibus coercetur. Qui vero non soluendo erant, fures, vel pro quibus seruis furacibus dominus aestimationem illam nouemcuplam inferre recusabat, ii seruituri rei furtivae domino perenniter subiacebant. LEX WISIG. Lib. VII. tit. II. §. XIII. \*)

Qualis illa apud Wisigothos?

\*) Idem exemplum fiebat in furti conscios, *LEX. WIS. ibid. §. VII.* itemque in eos, qui thesauros regios vel fiscum expilauerant, *IBID. §. X.* vel qui instrumenta molendinaria suffurati erant. *IBID. §. XII.* Minore tamen poena atque aestimatione defungebantur, qui animalibus domesticis tintinnabula furtim subtraxerant. Iumento enim vel boui subtractum solido, vaccae tremissibus duobus, veruecibus vel quibuscumque pecoribus tremisse vno luebatur. *IBID. §. XI.* De quo ritu tintinnabula adpendendi pecoribus quaedam non vulgaria collegit *LINDENBROG. in glossar. voce tintinnabulum.* Multo minus itaque heredi furis vlla poterat poena irrogari, quamuis et ipse ad rei aestimationem simplicem teneretur, si hereditas sufficeret. *IBID. §. XIX.* Quod ad seruos attinet, ii; si vna cum ingenuis furtum fecissent, pro parte dimidia praestabant aestimationem, et vtrique centum ictibus flagelli emendabantur. *IBID. §. IV.* sin cum ipso domino; hic solus et poenam et satisfactionem debebat. *IBID. §. V.* Quod et tunc aequum videbatur, si quis seruum alienum corrupisset, eique furtum persuasisset, *IBID. §. VI.* Si seruus vel domino, vel seruo, furtim quid subtraxerat, id ad disciplinam domesticam, non ad iudicis cognitionem, pertinere videbatur. *IBID. §. XXI.* Denique pro seruo aestimationem inferebat dominus, aut seruum noxae dabat, *IBID. §. H. III. et XIII.*

### §. XLII.

Qualis  
apud  
Burgun-  
diones?

Apud *BVKGVNDIONES* multum intererat, furtumne cum effractione coniunctum, an sine violentia admissum esset. Priore enim casu generalis illa erat legis sanctio *tit. XXIX. §. III.* *Effractores omnes, qui aut domos, aut scrina exspoliant, iubemus occidi.* Posteriore casu ingenuus, si res maioris pretii, et quidem



dem equum, equam, bouem, vaccam, subtraxisset, capitis damnabatur: *IBID. tit. IV. §. I.* et nihilominus aestimatio rei furtivae erit ex tota hereditate praestanda. Similiter res aequae pretiosas, simpliciter restituebat, domine, et poenae nomine triplum praestabat, servus fustuarius CCC. ictuum supplicio deputabatur. *Tit. IV. §. I. III. Tit. LXXI. §. I. ADDIT. I. §. I. et II.* Si minus pretiosas, veluti porcum, veruecem, capram, oves, multa exigebatur XII. solidorum, servusque CCC. ictibus emendabatur. *Tit. IV. §. IV. Tit. LXX. §. II. et III.* Id vero notandum dignum est, leges has transactionem cum fure adeo non permittere, ut is, qui cum fure transegerat, ipse pro fure haberetur, iudex vero, huiusmodi transactionis auctor, XII. solidorum multam solvere teneretur. \*) *IBID. tit. LXXI. §. I. et II.*

\*) Non minus severe transactionem omnem super criminibus prohibebant LEGES aliae, veluti *DECRET. CHLOTHARII §. XI.* et *LEX BAIUVAR. tit. VIII. Cap. XV.* Quod eo magis mirandum, quo notius est, ipsum ius Romanorum transactionem super delictis privatis non prohibere, quamvis pacti super illis pro confessis et iuramentis habeantur. *l. 54. §. ult. ff. de transact. l. 73. C. de furt. l. 4. §. ult. ff. de his, qui not. infam.* Sed non obscura adeo videtur discriminis ratio. Iure enim Romano poena dupli vel quadrupli non fisco, sed ipsi auctori cedebat: Germanico et fisco et laeso multa debebatur, ac proinde transactio et in huius praesudicium inita consuebatur, sicut ac iure Romano.

## §. XLIII.

Qualis  
apud  
Francos  
ob fur-  
tum ma-  
ius?

Apud FRANCOS quoque capitale fuisse furtum maius, constat partim ex LEGE RIVAR. tit. LXXIX. qui ex institutò de homine penduto, id est, in furcam vel crucem acto, agit: *Si quis homo propter furtum comprehensus fuerit, et legitime superiuratus, et iudicio principis pendutus, vel in quocumque libet patibulo vitam finierit, omnes res eius heredes possideant, exceptis capitali et dilatura, quae in locum restituant*: partim ex MARCVLFI adpend. form. Cap. L. ubi aliquis profitetur, se caballum ab homine aliquo in texaga \*) subduxisse, ac inde de furto victum adparuisse, et vitae periculum exinde incurtere potuisse, additque, se, quia laeso satisfacere non potuerit, ideo se illi in seruitutem addixisse.

\*) TEXAGA idem ac clanculum procul dubio a Germanico *decken, verdeckt*, ac proinde *subducere equam in texaga*, est eum furtim subducere, vel furtum equi nec manifestam admittere, vti in LEGE SALICA tit. XI. §. I. II. et VIII. tit. XII. §. II. tit. VII. §. XIV. edit. HEROLDI. Multa de hoc vetusto vocabulo notavit IO. GE. ECCARD. ad leg. Salic. tit. IX. p. 27. sequ.

## §. XLIV.

Itemque  
ob mi-  
nus.

Ob furtum tantum maius locum apud Francos fuisse ferali huiusmodi sententiae, vel inde patet, quod alioquin furta certa pecuniae summa expiari iubeat LEX SALICA, veluti porcorum, tit. II. boum et vaccarum, tit. III. ouium, tit. IV. caprarum, tit. V. canum, tit. VI. auium, tit. VII. arborum, tit.

tit. VIII. apium, tit. IX. frugum, tit. X. mancipiorum, tit. XI. Quin et furta, ab ingenus cum effractione admiffa, fecundum tit. XII. certae pecuniae aestimatione coercentur, quum serui, qui sese huiusmodi delicto polluerant, si minus quam XL. denarios, et plus, quam duos furati essent, CXX. rtius pati, aut totidem denarios exfoluere; si plus, quam XL. denarios subtraxissent, castrationis poenam subire, aut CCXL. denariis hoc supplicium redimere tenerentur. \*)

\*) At quid castrationi, inquis, cum furto? Id quidem me nescire fatebor, sed non magis tu fortassis scies, quid furto cum patibulo et laqueo? Id non ignoro, veteribus hanc poenam fuisse satis frequentem. Eam enim et sacrilegis irrogarunt Frisii, LEX FRIS. *addit. tit. XII.* Franci vero seruos potissimum, in quocumque delicto grauiore, veluti furto, vel adulterio deprehensos, ita puniebant, LEG. SAL. *tit. XXIX. §. VI. tit. XLIII. §. II. RIPVAR. tit. LVIII. §. XVII.* Wisigothi sanctae Veneris reos. LEG. WISIGOTH. *Lib. III. V. §. V. et VII.* Exemplum habet auctor VITAE S. DEICOLI *Cap. IV.* Veneris nepotulos, domi deprehensos aliquando et priuatim eo esse priuatos, quo viri censebantur, historia Petri Abaelardi in vulgus nota satis docet: nec alio pertinet fabula, quam Iustit Periplectomenes apud PLAVT. *mil. glorios. Act. V. scen. vii.*

### §. XLV.

Non magis furibus pepercerunt BOIOARII. Poena Apud illos enim fures in furcam ibant, vel furum saltim capitis damnabantur, si aurum, argen- apud Boioa-  
tum, iumenta vel pecora, aut quascumque res rios.  
vsque ad solidos X. vel amplius furati essent.

Neque capitale istud supplicium eos libera-  
bat obligatione, rei furtivae aestimationem  
laeso praestandi, siquidem *non prius damna-  
bantur ad mortem, quam vel simplex de facul-  
tatibus suis prius composuissent.* LEG. BAIVAR.  
*tit. VIII. Cap. VIII.* Alioquin minoris furti  
poena erat *nuingeldum*, id est, nouemcu-  
plum, vel, si quid ex templo, principis pa-  
latio, basilica, vel molendino, \*) furtim sub-  
tractum esset, fur *triniungeldum*, id est, pro  
vno solido septem et viginti pendere cogebatur. *IBID. Cap. II. §. I.*

\*) Additur elegans ratio, quia *quatuor istae domus  
caesae publicae sunt, et semper patentes.* Ex  
quo facile patet, cur et molendina quibusdam,  
ceu supra observauimus, et hodie habeantur  
sancta, eatenus; vt grauius puniantur, qui pa-  
cem vel securitatem ibi violarint, quod nomine  
*des Burgfriedens* venire discimus *Lib. II. tit. I.  
§. XX.*)

### §. XLVI.

Alaman-  
nos.

At ex ALAMANNORVM lege fures capitis da-  
mnari, non animaduerto. Ordinaria enim  
furti poena erat nonigeldum, seu nouencu-  
plum, ipsaque rei aestimatio, *tit. LXIX. §. I.  
et II. tit. LXX. §. I. tit. LXXII. §. I.* nisi res  
furtivae essent minoris pretii, quae aliquot  
solidorum multa luebantur. *IBID. tit.  
LXXII. §. II. et III. et tit. LXXV. tit. XCIX.*  
Plenius puniebatur, qui ecclesiae, vel duci  
quidquam subtraxerat. Vtrique enim tres  
nonigildos, id est, pro vno solido XXVII.  
pendebat: *IBID. tit. VII. §. I. et tit. XXXII.*

Qui

Qui si quidem, at alii ex ducis palatio, cum subduxerat, duplum laeso, et pro *sol.* debebat. *IBID. tit. XXXI. §. I.* In confirmationem et domus proferre tenebatur, nisi hunc noxae dare. *IBID. §. II.* Si quis denique in ipso, vel ducis exercitu aliquid furatus, in prioro casu *nouem nonigeldis*, id est, pro vno solido LXXXI. posteriore *terme nonigeldis*, id est, pro vno solido viginti septem *calctabatur*. *IBID. tit. XXVII.*

### §. XLVII.

Seueriores multo SAXONES pleraque furtis, Apud Saxones, vel cum effractione coniuncta, vel saltim in Anglios, tra alterius aedes vel sepe admissa, nec non Werinos, maiora, capitalia esse volebant. \*) *LEG. SAX. tit. IV. §. I. II. III. IV. V.* Magnum autem furtum dicebatur, quod maioris erat tribus solidis: ad quam summam si non pertingeret rei furtivae pretium, noncuplum, vna cum *fredo* praestandum erat. *IBID. §. VI. VII.* Sed haec omnia tunc demum locum habebant, si quis intra Saxonum limites furtum fecisset. Si enim extra eos tale quid admisisset: secundum prouinciae, vbi furtum admitterat, leges ei poena solebat irrogari. *IBID. §. VII.* Contra apud ANGLIOS et WERINOS, furtorum omnium poena triplum erat, quamuis *dilatatura*, ceu vocabant, non eadem semper esset. *LEX ANGL. tit. VIII. §. I. sequ.*

\*) Hinc frequens in illo titulo sanctio: *capite puniatur*. Quale vero fures manserit supplicium, non additur, nisi quod in furcas eos iuisse, ibi-

que feminius lapidibus fudibusque occisos esse, exemplis quibusdam fatis antiquis videtur probari posse. Iam vnum nobis suffecerit ex ALFREDI vita B. Ludgeri *Lib. III. §. XXII.* apud LEIBNIT. *script. rer. Brunsv. Tom. I. p. 97.* *Ferebant autem veracissimi viri de discipulis eius, quod quodam tempore, dum ad comitatum pergens, per prouinciales, qui Hassi dicuntur, ipse ageret, per orationes eius homo mortuus reuixerit, qui scilicet propter furtum caballorum Widekindi, ducis Saxonum, huic morti adiudicatus fuerit, ut in campo ad stipitem ligatus, iactatis in eum sudibus acutis et lapidibus, necaretur.* Sed insequentibus saeculis verum inualuit suspendii supplicium, cuius exemplum, quod sub Ottone III. Imp. factum est, habes apud DITHMAR. *chron. Lib. IV. p. 303. edit. LEIBNIT.*

### §. XLVIII.

Apud  
Frisios.

Apud FRISIOS poena furti, quod THIVB-DA (*eine deube*) vocabant, dupli erat, simul tamen a fure conuicto exigebatur FREDVM, regio fisco soluendum, a nobili LXXX. solidorum; ab ingenuo et lito ordinaria summa, quam *weregildum* vocabant. \*) LEX FRIS. *tit. III. §. II. III. IV.* Paulo durius animaduertebatur in feruos, quippe qui flagris caedebantur, nisi dominus *corium eorum solidis IV. redimeret.* IBID. *§. VII.* Quin sacrilegos ductos esse ad mare, ibique in sabulo aures eorum fissas, quin ipsos et castratos, et diis immolatos esse, iam supra monuimus. FRIS. LEG. *addit. sapient. tit. XII. §. I.*

\*) Postea tamen et Frisii fures ad furcam damnabant, saltim Dithmarsii, apud quos quatuor viros secundum LEGEM FRISONVM ob furtum suspendio

pendio interiisse, patet ex CHRON. HOLSAT. Cap. XXXVIII. apud LEIBNIT. Tom. I. accession. histor. pag. 22. nisi hic forte lex Frisiorum transalbinorum sit intelligenda. Attamen et LEG. OBSTALBOM. §. II. fures suspendi iubent anno MCCCXXIII.

## §. XLIX.

Longa est fabula de poena furti apud LANGOBARDOS, quorum LEX *Lib. I. tit. XXV.* de eo delicto fusius agit. Ex ea vero discimus, poenam ordinariam furti manifesti, si *ad decem siliquas* pertigisset rei furtiuæ pretium, fuisse octuplum, vel noncuplum, (poena enim non omnium temporum eadem fuit,) vna cum compositione LXXX. solidorum, quam summam si soluere non posset, fur animæ periculum incurrebat. *IBID. §. II.* Nec manifesti poena erat noncuplum, sed sine compositione vel mortis periculo. *IBID. §. IV.* Plures furti vnius rei octuplum pendebant. *IBID. §. XII.* Sed hic multæ tricae ob diuersam hominum, qui hoc delictum admiserant, conditionem, quibus iam immorari vix operæ pretium fuerit. \*)

Ac denique Langobardos.

\*) Liceat tamen triplicem iuris Romani et Langobardici differentiam subiicere, quam notauit ANDR. DE BARVLO *in ius Langob. tit. XXIV.* De iure Romano, inquit, poena furti manifesti est quadrupli, non manifesti est dupli: de iure autem Langobardico poena furti est octogild. Differunt etiam, quia de iure Romano si plures deliquerint, quilibet tenetur in solidum; et, vno solvente poenam, alter non liberatur. De iure autem Langobardico secus: nam non tenetur quilibet in solidum, sed omnes simul tenentur in solidum, et si vnus conueniatur, potest se adiuuare cum sociis suis,

*suis, et poenam insimul praestare. Differunt etiam, quod de iure Romano si quis furetur possessionem vel usum rei tantum, tamen non habet animum furandi rem, sed usum tantum, tunc enim non tenetur furti ad ipsam rem, nec quadruplicatur ipsa res, sed usus et possessio tantum. De iure autem Langobardico secus est: quia licet aliquis furetur usum siue possessionem, tamen tenetur furti pro tota re, et quadruplicatur tota res. Illud addo, furtum manifestum in LEGE LANGOB. Lib. I. tit. XXV. §. II. XXXIII. XLVII. et LIX. et tit. XXXVI. §. III. vocari fegangi, vel, uti in aliis codicibus est, fengangi, quod videri posset a Germanico fangen, quasi qui in ipsa via, quae Germanis est gang, captus et εν αυτοφωρα deprehensus sit. GLOSSA VETUS apud LINDENBR. in glossar. p. 1399. FENGANGI furtum manifestum. Sed magis est, ut corruptum putemus ex antiquo wargus vel vargus, adeoque fegangus sit quasi vergangus. Vargus autem non modo latronem significabat, vid. SIDON. APOLLIN. Lib. I. Epist. IV. verum etiam exsulem, LEX RIPVAR. tit. LXXXVII. Nimirum a Germanico werffen: ceu vel inde patet, quod GLOSSA interlinearis THVANI vocabulum ita interpretatur: WARGVS deiectus. Vid. IO. GE. ECCARDVS ad leg. Salic. p. 100.*

## §. L.

Poena suspen-  
dii a Fri-  
drico I.  
fancita.

Sic quas poenas veteribus Germanis dederint fures, satis nobis videmur exposuisse, ac proinde iam nihil superest, quam ut et medii aevi mores ex variis iuribus statutariis eruamus, quae paene in eo conuenisse animaduertimus, quod furta magna fracta in patibulo gula essent expianda, quamuis non omnibus gentibus idem furtum magnum videretur, aut paruum, sed diuersa veluti lance aestimarent furti grauitatem. *Quinque solidos*



*Ados pro mensura habuit Fridricus I. Imp. \*)*  
 II. *Furt. XXVII. §. VIII. dum legem tulit:*  
*Si quis unquam solidos valens, aut plus, fuerit*  
*furatus, sagaceo suspendatur: si minus, scopis et*  
*forcipe excorietur et tundatur: Quamvis hæc*  
*ad violenta furta pertinere, probabile sit.*

At multo minoris vita furum olim veniebat Bertolpho, Palatino de Wittlenbach, de quo memoriae prodidit HEISTERBAC. *Lib. VI. Cap. XXVI.* eum ob vnius oboli furtum capitalem sententiam tulisse, ac proinde ipsum morte non sua perisse, misericordia indignum, quam miseris sæpenumero denegarit. Sed non abs re suspicamur, tanta exempla a Bertolpho facta esse, si fures vi et armis aliorum inuasissent custodiam, vel effregissent aedes, parietesque perfodissent: de quo casu et Fridrici I. sanctionem vulgo interpretantur.

## §. LI.

Quod circa eadem tempora compilari coepit IUS PROV. SAX. *Lib. II. Art. XIII.* trium solidorum furtum capitale esse statuit: *Den dieb soll man henken. Geschicht, aber in einem dorffe des tages einen diebheit, die minder, dann drey schilling; die mag der bauermeister wol richten desselbigen tages zu haut und baar, oder mit dreyen schillingen zu lösen geben.* Severius tamen animaduersum est in eos, *die den pfug berahen*, (id est, uti ZOBELIUS in additionibus Latinis interpretatur, *so die pferde von dem pfuge stehlen, nicht wanniemands ein pfug schar vom pfuge stiehet.*) oder mühlen, oder kirchen, oder kirchhöffe. Nam illi crurifragio plectebantur. *IBID. art. XIII.*  
Denique

Eadem  
obtinet  
iure Sa-  
xonico.

Denique *Lib. II. art. XXVIII.* additur: *Wer auch des nachts gehauen holz, oder geschnitten grass stiel, den soll man richten mit der wyde. \*) Stielt ers des tages, es gehet ihm zu haut vnd zu haar.*

\*) At quid, quaeso, die weyde, vel vti in vetustioribus codicibus est, de Wede? Interpres Latinus vertit? *Nocturnali tempore ligna caesa vel gramina iam falciata furatus qui fuerit, SUSPENDITVR.* Et in LOSSIANA aequae ac ZOBELIANA editionibus additur glossa: *Das ist, man soll ihn bengen, vnd dis darum, daß daran des menschen fleiß vnd arbeit ist gewand gewesen.* Vocabulum est antiquissimum, quod Franci pronuntiabant: *wizi* vel *wizze*, vnde Saxonum *dee wette*, poena. Vtitur sane hoc vocabulo NOTKERVS *Psal. VI. 4.* et *Psal. XVIII. 9.* pro supplicio, et *Psal. LXXXIV. 13.* pro tormentis. KERO interpret. *vos barbar. in regula S. Benedicti apud GOLDAST. script. rer. Alam. Tom. II. pag. 87.* Poenam *wizzi*, poenam *wizze*, poenas *wizzi*. Non mirum itaque si *wyde* vel *wede* speciatim de patibulo usurpatum sit.

## §. LII.

Et iure  
Alamanni-  
co.

Eadem paene omnia repeti videas in IVRE PROV. SVEV. *Cap. CXIV.* nisi quod ibi pro tribus solidis quinque requiruntur: *Den diepp soll man henkchen. Geschicht aber ain dewpphait, dew minder ist, dann fünff schilling, dew hört tze haut vnd tze har.* Sed et paulo fusius ibidem explicantur, quae ius Saxonicum de furto, in aratro vel molendino admisso, sanxerat: *Die den pflug raubent, so er des morgens von hauß vert, vnd den gepauren icht tunt, oder nemmet, das dreyer pfenning werd*

werd ist, oder wer in mühl icht stillt, das  
 sinff pfennig wert ist, den sol man radpre-  
 chen, oder stillt er dreyer pfennig wert, man  
 sol im bant vnd har abslaben pey dem höch-  
 sten; das sind viertzig fleg. Quae in sacrile-  
 gos statuit ius Saxonicum, cum iure Sueui-  
 co plane conueniunt in editione BERGERIANA  
 p. 199. MOR III SCHANNATIANA ET MEICHSNERIA-  
 NA. \*) Ea vero, quae de gramine et lignis  
 noctu subductis ibidem occurrunt, in MEICHS-  
 NERIANA speculi Sueuici editione plane de-  
 siderantur.

\*) De sacrilegio eodem Cap. CXIV. in editione Ber-  
 geriana ita legimus: Wer in kirchen oder in kirch-  
 höffen icht stillt, das dreyer pfennig wert ist, den soll  
 man radbrechen, oder man soll im bant vnd har  
 abslaben bey dem höchsten, vnd ist doch darzu  
 in dem bant, etc. At in MEICHSNERIANA multo  
 aliter: Dor in kirch- vnd kirchhöffen stieble, das  
 dreysig pfennig werth ist, darum soll man ihn zu  
 bant vnd har schlaben bey dem höchsten, vnd ist  
 auch darzu in dem bant. Vbi nihil de crucifra-  
 gio. Denuo aliter editio SCHANNATI Cap.

CXCVIII. Sticht man in der kirchen icht, man  
 zoug den demp wol mit recht heraus, also, ob er  
 es des nachtes tut: tut er es des tages, so giltz das pfen-  
 nig wert den rechten daumen, vnd das schilling  
 wert oder mer die bant: tut er is getat ander stat,  
 man schlecht in den andern daum ab, tut er es zu  
 den dritten mal, so schlecht man ihn die hand ab.  
 Sic et de supplicio eius, qui ligna et gramina noctu  
 furatus est, nihil in MEICHSNERIANA legimus:  
 quum in BERGERIANA p. 210. capiti CCCXVII.  
 addita sit facinia: Wer aber nachtz gemätes graz  
 oder gestagen holtz stilt, man soll ober im richten  
 mit der wid; stilt er es aber tags, es get im cze  
 bant vnd har. Vbi SCHANNATIANA Cap. CCI.  
 Wer des nachtes gemätes gras stilt, oder gehauts  
 holtz,

*bolz, man soll über in richten mit dem GALGEN, stilt er es bei dem tag, es get im an haut und haar.*

Tam parum hic sibi ipsi constant Alamanni, ut vix vlla editio alteri per omnia similis sit.

## §. LIII.

Nec non iure statutario multarum civitatum. Et hanc suspendii poenam et reliqua statuta tantum non omnia receperunt, quamvis et in his diuersa sit furti magni aestimatio. *IVS SVSAT. art. XXV. Vortmer, wey by slawender tydt in eines mames huiß gebet, und syn gad mit gewalt offte stillekens nehmet, wert he des verwurmen, den werdt man döden.* STATVTA GOSL. Lib. II. tit. van vredebrake. §. LV. apud LEIBNIT. Tom. III. rer. Brunsv. pag. 300. *Wer stehlet 5. schillinge wehrt, der verßchuld den galgen, is dat myn, sau schal man öhne dor de täne bernen, unde to der stupe schlaen.* Quae repetuntur etiam §. LXIII. STAT. BREM. Ordel CII. *Den deoff schall men hangen, umme dübe, de beter is, dan eine halbe marck, und beneddere eines halben marck soll men ine tor stupe schlahn, und mit einem glöenden schlötel an syne eene backe bernen, und darto schall he de stadt verswären.* Similia sunt in STATVTIS STADENS. MSG. part. XI. Cap. VII. nisi quod haec summam octo solidorum requirunt.

## §. LIV.

Quae poena etiam receptatores et

Illud vero notatu dignissimum est, ex horum fere omnium iurium principiis non minorem poenam mereri visos esse omnes, quorum ope et consilio furtum factum esse dicere-

diceretur, quam ipsos fures. IVS PROV. SAX. adiutores furi-  
rum mansit.  
*Lib. II. Art. XIII. Wer diebe behausset, oder  
 raub hebel, oder einem mit hülfße darzu stär-  
 cket, vnd er des überwunden: man soll über  
 ihm richten, als über ienen, der es selbst ge-  
 than hat. Eadem fere repetit SPECVLATOR  
 SVEVVE Cap. CXIV. §. XI. edit. MEICHSN. et  
 BERGER. At in SCHANNATIANA Cap. CXCVIII. et  
 sequ. Hoc multa occurrant, quae a reliquis  
 editionibus plane discrepant, tamen demum  
 pag. 282. haec regula adiicitur: Wer ratt oder  
 hilff tut ainem menschen, das er stel, der ist  
 der deuphait schuldig. Wer stelen will, vnd  
 gehet hin zu ainem mann, vnd pitt in ainer  
 laitter, er well in ain hauß steigen durch ste-  
 len, oder der ainem deup ain tur, oder ain  
 venster, oder ain smitt, mit wissen deuden-  
 schlüssel machet, oder ander eisen, die zu deup-  
 hait gehören, oder ander hilff deuppen tut das  
 wissent is, der ist als schuldig, als der deupp,  
 vnd man soll in haben zu den deuppen.*

## §. LV.

Iam vero ex his omnibus, quae adhuc di-  
 ximus, satis patet, I. gentes Germanicas li-  
 cet initio pleraeque mitiores in fures fuerint, Axioma-  
 ta quae-  
 dam inde de-  
 ducta.  
 tamen postea, gliscente inter homines luxu,  
 et frequentioribus inde factis furtis, quin et  
 periculo grauiore imminente, eosdem capitis  
 damnasse. \*) II. Eas tamen. discrimen sta-  
 tuisse inter furta violentiora et sine vi maio-  
 re admissa, itemque inter magna et parua,  
 nocturna et diurna, adeoque omnes facino-  
 (El. I. G. Tom. II.) D ris

ris *περισσότερες* expendisse, antequam de vita hominis durius quid statuerent.

\*) Et quidem antiquissimum fuisse apud Germanos suspendii supplicium, supra ex LEGE RIPVARIOR. demonstrauimus. (§. XLIII.) Videntur id retinuisse ex moribus maiorum, qui iam tempore TACITI vigerunt, retinuisse. Veteres enim SCELERA, id est, delicta, aduersus alios admitta, suspendio puniuisse, ratos, *illa ostendi oportere, dum puniantur*, supra ostendimus. (XIV. \*)

### §. LVI.

Carolina sanctio poenam suspendii retinuit, sed variis modis temperauit. Quum itaque gentium plerarumque Germanicarum magna fuerit aduersus fures seueritas: (§. LV, 1.) in promptu caussa est, 1) cur Carolus V. Imp. in constitutione criminali, quamuis *Art. CIV.* profiteatur: *in fällen, darumb vnserere kayserliche rechte nicht setzen vnd zuzulassen, iernand zum tod zu straffen, haben wir in dieser vnser vnd des reichs ordnung auch keinerley todtesstraff gesetzt*, nihilominus tamen retinuerit poenam furti capitalem, et quidem in masculis suspendii, in feminis cullei, sed 2) eam tamen, quod iusto seueriores ei fuisse viderentur maiores nostri, \*) paullo angustioribus veluti limitibus circumscripserit. *Art. CLIX. et ibi* BEYER. §. XVIII.

\*) Hinc, quum in prioribus constitutionis istius delineationibus, quas sub nomine *proiectorum* laudauit et cum textu ipsius constitutionis contulit. KRESSIVS p. 485. fures effractores, vel vi qualicumque vsi, abscisse capitis damnarentur, in ipsis tamen comitiis MDXXXII. ab isto quoque rigore aliquid remissum est, addita clausula: *Darumb in diesem, fall der man mit dem strange, vnd das weib mit dem wasser, oder sonst nach gelegenheit der*

der person, und ertmessung des richters mit der  
 ausstechung der augen, oder abhauung einer hand,  
 oder einer andern dergleichen schweren leibes-  
 straffe gestrafft werden soll. Vbi sane et hoc casu  
 non nihil relinquatur arbitrio iudiciis.

## §. LVH.

Quare non mirum est, 3) quod et constitu- Ipsam il-  
 tionis istius interpretes, illud legislatoris se- lam fan-  
 quuti principium, eam legem tam anguste in- ctionem  
 terpretantur, vt aliquando ne admittere qui angu-  
 dem huiusmodi interpretationem videantur stius in-  
 verba constitutionis, veluti dum in *art. CLIX.* terpre-  
 verba: *gebroschen oder gestiegen*, ita expo- ICti.  
 nunt, ac si scriptum esset: *gebroschen vnd ge-  
 stiegen.* Quin 4) ex eodem reddi potest ra-  
 tio, cur multa, quae de furum supplicio  
 sanxit Carolus V. Imp. plane extra vsum sint,  
 veluti in hoc ipso *articulo CLIX.* suffocatio  
 feminarum in aquis, effusio oculorum, et  
 abscissio manus, quarum poenarum primam  
 iam dudum ab vfu recessisse; posteriores num-  
 quam in vsum venisse, constat.

## §. LVIII.

Quumque illa poenae atrocitate ideo opus Non da-  
 videretur, quia a furibus non modo rebus mnantur  
 hominum, verum etiam ipsi eorum vitae capitis,  
 maximum imminere periculum, experientia nisi  
 edocti maiores intelligerent: intellectu non qui a-  
 difficile est, cur Carolus V. (§. LV, 1.) 5) lienam  
 mitius, ac fere extra ordinem tantum pu- custo-  
 niendos existimarit fures, qui alienam custo- diam in-  
 diam non inuaserint, ac proinde regulariter uase-  
 runt.  
 D 2 capitis

capitis non damnentur 6) fures frugum, ligni, piscium et similia, immo 7) et ferarum. CONST. CRIM. art. CLXVII. sequ. quamuis in hos alicubi multo seuerius soleant animaduertere. SEIDENSTICKER. de furib. ferar. 8) Cur, quamuis Nemesis Carolina artic. CLXX. depositarios, res depositas interuertentes, eodem cum furibus loco haberi iubeat: ultra ictum tamen fustium hodie vix procedendum videatur doctoribus. GE. BEYER ad const. crim. art. CLXVII. sequ. §. X. STRYK. vs. pand. tit. de furt. §. XVII. KRESS. ad const. crim. art. CLXX. §. I. not. †.

## §. LIX.

Quid iustum circa furtum qualificatum? Quum porro, etiamsi alterius inuasa esset custodia, ob poenae tamen atrocitatem varias furti distinctiones adhibuerit Carolus V: (§. LV, 2.) non obscurum est, 9) cur primo omnium distinxerit inter furtum VIOLENTVM, *einen gestiffenen, gefährlichen diebstahl*, quod et QUALIFICATVM vocant doctores, et SIMPLEX, illudque 10) definiuerit, *so ein dieb iemandes bey tag, oder bey nacht, in seine behausung oder behaltung bricht, oder steigt, oder mit waffen, damit er iemand, der ihm widerstand thun wolte, verletzen möchte.* 11) Cur his tribus casibus\*) non solum ob doli, sed et ob periculi magnitudinem fures, etiam primo artis tirocinio facto, ad suspendium vel culleum damnet, nisi 12) *περισσότερον* quaedam, a prudentioribus aestimandae, mitiorem suadeant sententiam. CONST. CRIM. art. CLIX.

\*) At



\*) At, uti casus priores *breeben oder steigen*, Nemesios Carolinae interpretes in vnum conflare, et effractionem et adscensum simul et coniunctim requirere eatenus, vt adscensus saltim sine effractione non sufficiat, iam supra monuimus. (§. LVII.) Quin et tertium casum cum duobus prioribus in vnum conflare, et praeter adscensum et effractionem arma quoque requirere HARPRECHTVM ad §. 5. *Inst. de oblig. quae ex del. obseruat* KRESS. ad d. art. CLIX. §. I. not. 4. p. 487. recte tamen monens, eam interpretationem et verbis legislatoris vim facere, nec in iudicando obseruari. Praeterea non modo maiorem vim requirunt, adeo, vt nec effractionem, clauae adulterina factam, sufficere existiment, dissentiente tamen BERG. *Elect. crim. pag. 35.* nec effractionem ianuarum vel arcarum male munitarum, verum etiam arma seditiosa, et coadunatos homines, talem denique adhibitam vim, quae publicae speciem habeat, et vnde facile oriri poterit seditio. CARPZ. *prax. crim. quaest. LXXIX.* quamuis ne id quidem ex verbis: *so ist eine vergewaltigung und verletzung zu besorgen*, fluere, facile credamus CLASEN. ad art. CLIX. et TABORI ad art. CLIX.

## §. LX.

Deinde 13) furtum SIMPLEX aliud MAGNUM Quid aliud PARVVM esse statuit Carolus V. et 14) circa magnum iudicat, quod sit *quinque florenorum*, (*der fünf gülden oder darüber werth ist*), simplex, sed magnum, tamen? quamuis 15) et hic doctores non simplices florenos Rhenanos, sed aureos, et quidem Hungaricos, intelligant, eorumque sententiam sequutus etiam sit AVGVSTVS, Saxoniae Elector, *Part. IV. Const. XXXII.* Eo vero casu 16) Imperator expendi iubet furti quantitatem, furs conditionem, damnum, quod inde

passus sit laesus, denique, furne *in* <sup>der</sup> *autoφώ-*  
*ρω* fuerit deprehensus, nec ne. (*ob der dieb*  
*darob berücktiget oder betreten sey.*). *lis* vero  
 casibus omnibus 17) poenam de collegiorum  
 iuridicorum sententia definiendam esse mō-  
 net. \*) CONST. CRIM. *Art. CLX.*

\*) Quamvis vero legislator vtatur verbis: *Vnd die*  
*straff darnach an leib vnd leben vrtheilen*: pleris-  
 que tamen locis in furto simplice, primum ad-  
 missō, poena capitalis exulat, veluti iure pro-  
 uinciali Magdeburgico, quod vocant *die polickey-*  
*ordn. tit. LXXI. §. I.* Bauarico, MALEFIZ-ORDN.  
*art. V.* Salisburgensi: BLUMBACH. *ad const. crim.*  
*art. CLX.* immo et passim alibi. STRYK. *vs. pand.*  
*tit. de furt. §. III.* Ienenses tamen eo casu capi-  
 tis damnare fures, si plus quam XX. Ioachimi-  
 cos abstulerint; Tirolenses, si furtum maioris sit  
 XXV. libris (*fünff vnd zwanzig pfund Perner,*)  
 obseruat KRESS. *ad d. Art. CLX. §. II. not. 4. p.*  
*501. sequ.*

### §. LXI.

Quid  
 circa  
 simplex,  
 sed par-  
 uum, si-  
 ue mani-  
 festum,  
 siue nec  
 manife-  
 stum?

Vbi infra quinque solidorum pretium sub-  
 fidit furtum, interesse ait Carolus V, 18)  
 PRIMVM furatus quis sit, an ITERVM, an TER-  
 TIVM. Sed et 19) primum furtum simplex et  
 paruum vel MANIFESTVM, vel NEC MANIFESTVM  
 esse, tradit, illudque 20) in honestioribus  
 quadruplo; in vilioribus numellis, fustiga-  
 tione et relegatione, puniri, ac furem prae-  
 terea rem furtiuam reddere, vel eius aestima-  
 tionem praestare iubet; CONST. CRIM. *Art.*  
*CLVIII.* 21) hoc vero, id est, nec manife-  
 stum, duplo aut certe simplō resarciendum,  
 vel, si fur soluendo non sit, carcere expian-  
 dum

dum esse, monet, simulque 22) praecipit, vt satisfactio simplex mulctae magistratui debita praeferatur, laesus, qui duplum recipit, magistratui postponatur. CONST. CRIM. art. CLVIII. \*)

\*) Epimvero huius totius articuli vix vllum hodie vsum esse, fere omnes fatentur. Quamuis enim supra ostenderimus, diuisionem furti in MANIFESTVM et NEC MANIFESTVM Germanis non minus, quam Romanis, sollempnem fuisse, (§. XXXIV.) adeoque non possumus hic suffragari celeberrimo KRESSIO, eam tamquam peregrinam fastidienti, in *comment. ad const. crim. art. CLVII. §. I. not. 7.* verissimum tamen est, eius fere nullam in foro hodie haberi rationem: verissimum, cessare apud nos actionem in duplum, adeoque furtum huiusmodi plerumque carcere, vel relegatione, si furti aestimationem fur praestare nequeat, expiari.

### §. LXII.

Non multo grauior est hominis, ITERVM <sup>Quid</sup> sine effractione furati, poena. Nam 23) si <sup>circa se-</sup> tam parum abstulerit, vt vtraque expeditio- <sup>cun-</sup> ne ne quinque quidem florenorum praedam <sup>dum?</sup> reportarit, arbitrarie numellis, relegatione perpetua vel confinemente; \*) sin 24) vltra quinque florenos vtroque furto lucratus sit, grauiore poena, pro facinoris circumstantiis (§. LX, 16.) coercetur. CONST. CRIM. Art. CLXI.

\*) Id est, prohibendus est fur, quo minus loco, vbi deliquit, excedat: *Er soll in demselben zirck oder ort, darinnen er verwircket hat, ewiglich zu bleiben verstrickt werden.* Quod quamuis in Palatinatu et terris Wurtembergicis vsu receptum esse, obseruet KRESS. in *comment. ad const. crim. art.*

CLXI. §. I. not. 2. in his tamen ac vicinis prouinciis extra vsum est, vbi pro ratione περιστασεων fur potius ergastulo includi, vel ad operas publicas condemnari solet.

### §. LXIII.

Quid  
circa  
tertium?

At bonae spei decoxisse, omnemque frontem perdidisse existimatur, qui tertium furatus est. Ac proinde 25) hunc sanctio Carolina vocat furem famosum, (*einen mehrern verläumdeten dieb,*) eumque 26) effractori aequiparat, (*er ist einem vergewaltiger gleich geacht,*) adeoque 27) masculinum laqueo, feminam aqua suffocari, vel alio supplicio capitali pro loci cuiusuis consuetudine adfici iubet. \*) *art. CLXII.*

\*) Attamen et hoc non semper tam rigide obseruatur. Nec enim 1) furta tantum numeranda putant doctores, sed et ponderanda, et probe explorandum, an omnia simul quinque florenorum summam excedant, vel attingant saltim. BERLICH. *Part. IV. concl. XLIII. n. XXXIX.* Deinde 2) mitius agendum putant cum fure, qui ablata restituerit. Quin 3) ne tunc quidem locum huic supplicio esse contendunt, si fur iam antea non bis poenas dederit improbitatis. STRYK. *vs. pand. tit. de furtis §. IX.* Quod et IVS MAGDEB. *Cap. LXXI. §. I.* adprobat. Ex quibus omnibus sane facile intelligitur, poenam furti capitalem, quamuis satis antiquam, ac ex iure patrio superstitem, rarius tamen decerni, quam exigere videbatur saeculi improbitas. Nimirum plerumque, si quando Irus in casses incidit, vnam mouet Minos, opulentiores facile absoluit. *Dat veniam coruis, vexat censura columbas.*

### §. LXIV.

## §. LXIV.

Denique quum omnes facti circumstantias Quae-  
 expendi voluerit legislator: (§. LV, 2.) faci-  
 le patet, 28) cur poena capitalis non irroge-  
 tur ob furta domestica, 29) res amotas, 30) ta ali-  
 expilatam hereditatem. CONST. CRIM. art. habent. <sup>dam fur-</sup>  
 CLXV. Cur 31) furtum, ad quod quis impe-  
 riosa longi ieiunii necessitate adactus est, ali-  
 quando extra poenam sit. IBID. art. CLXVI.  
 et ibi KRESS. 32) Cur in plagio, peculatu,  
 crimine de residuis, sacrilegio, arboribus  
 furtim caesis, abigatu, quaedam singularia  
 occurrant, de quibus fortassis alio loco quae-  
 dam monebimus.



TIT. XX.  
DE RAPINIS.

## §. LXV.

Germanis quoque rapina crimen fuit, si quis civi non periret.

**P**rogredimur ad alterum delictum, quod Romanis *priuatum*; Germanis semper *publicum* fuit, puta RAPINAM. Quamuis enim Germani, ceu iam superiore titulo ostendimus, id commune haberent cum gentibus aliis, etiam humanissimis, quod a latrociniis nulla eos religio, nullus pudor, vel infamiae metus prohiberet: CAES. *de bello Gall. Lib. VI. Cap. XXIII.* quia tamen hanc sibi licentiam non aduersus ciues vel hospites, sed aduersus exteros tantum, et extra fines ciuitatis suae, indulgebant: non magis inde colligitur, rapinam eos impune fieri passos esse, \*) quam caedes et furta.

\*) Sunt, qui id sibi persuadent, ac proinde Germanos non minus proteruos sibi fingunt, ac seruum illum PLAVTINVM *Epidic. Act. I. scen. I. v. 10.* qui se ideo minus *furtificum esse, quam antehac*, putabat, quod *raperet propalam*. Sed sic rapinam impune admissam dixeris non modo a Germanis, sed et a gentibus tantum non omnibus, quas extra fines latrocinari olim non puduisse, iam alii obseruarunt. Et quis ignorat, licitas ex lege ipsius Solonis *l. 4. ff. de coll. et corp.* fuisse *Φραγείας τῶν ἐπὶ λείαν ὀιχομένων* seu *societatum praedatum exeuntium*, quas ill. van BYNKERSHOEK *obseru. Lib. I. Cap. XVI.* de iis, qui aduersus hostes excurrunt, GROTIUS *de iure belli et pac. Lib. II. Cap. XV. §. V.* etiam de non hostium depraedatione intelligit? Deinde si extra fines duntaxat praedas agere licuit: consequens sane est, vt id non

non licuerit promiscue intra ciuitatis limites, nisi existimare velis, Germanos plane nullam habuisse rempublicam, quin vitam piscium vixisse, vbi maior deuorat minorem.

## §. LXVI.

Immo ne omnes quidem Germani rapinis illis ac latrociniis vacabant, sed quidam ab illis abhorrebant maxime. Tales praecipue Chauci, *populus inter Germanos nobilissimus, quique magnitudinem suam malebat iustitia tueri, sine cupiditate, sine impotentia.* Hinc quieti, secretique nulla prouocabant bella, nullis RAPTIBVS aut latrociniis postulabantur, teste TACITO de mor. Germ. Cap. XXXV. qui id praecipuum virtutis ac virium argumentum iudicat, quod ut superiores agant, non per iniurias adsequantur. Nec dubium est, quin plures aliae ciuitates hanc Chaucorum abstinentiam sint imitatae, maxime, quas inopia et virium debilitas alios laceessere vetuit.

Quidam et ab exterorum non hostium rebus manum abstinabant.

## §. LXVII.

Sed operae pretium fuerit, ipsa legum verba audire. WISIGOTHI quemadmodum furum, ita et raptorum, vitae parcebant. Neque tamen hi impune rapto vivebant. *Qui enim in itinere, vel in opere rustico constituto aliquid violenter intulerat, vel abstulerat, vbi ex hoc a iudice fuerat interpellatus is, qui abstulit, quadruplum restituere, et si adhuc aliquid caedis vel damni fecerat, legaliter satisfacere tenebatur.* Si seruus quid rapuerat, centum ictus flagello accipiebat, et dominum pro

Poenae rapinae apud Wisigothos.

pro seruo soluere, vel eum noxae dare oportebat. \*) LEX WISIG. *Lib. VIII. tit. I. §. XII.*

\*) Vere ergo WISIGOTHI receperant a Romanis actionem *vi bonorum raptorum*, vti multa alia. Quod saltim argumento est, istos non passos esse rapinas impune fieri. Si cui vero mollior videatur poena quadrupli, quam pro delicti magnitudine: eum cogitare velim, ne Romanos quidem, qui gentibus Germanicis ob latrocinia et rapinas famam, quam maxime differebant, seuerius in raptos animaduertisse.

*Quis tulerit Gracchos de seditione querentes?*

Id vero de suo addiderant Wisigothi, quod in raptorum receptatores, et auctorum facinoris nomina non deferentes, grauius paene quam in ipsos fures animaduertent. Honestioris enim loci personas in vndecupli restitutionem damnabant, simulque centum ictibus flagelli mulctabant; seruos expansos in eculeo ducentis ictibus adigebant ad edenda fociorum nomina. *IBID. §. X.*

### §. LXVIII.

Apud Burgundiones. Seueriores in coercendis raptoribus erant BVRGVNDIONES, quorum cautum erat LEGIBVS *tit. IX. vt si quis Burgundio aut Romanus, per vim aliquid abstulerit, vsque ad pullum, in nouigildo, simulque pretium a lege constitutum solueret.* Ex quibus verbis patet, nihil interfuisse apud Burgundiones, in itinere vel inter operas rusticas, an quocumque alio loco et tempore, itemque minoris pretii, an maioris, rem quis furripuerit. -

### §. LXIX.

Apud Francos. FRANCI IN LEGE SAL. *tit. XVI. §. I. sequ. ex instituto agunt de SVPERVENTIS, quibus nihil aliud,*



aliud, quam rapinas, intelligunt, statuuntque, ut, si quis Romanus hominem ingenuum Salicum, *superuentum exspoliauerit, solidis LXII. cum dimidio; sin Salicus Romanum; XXX. solidis*, si denique quicumque quemcumque hominem iter facientem, aut in ius ambulantem, aut mandata regis perferentem inuaserit, vel moratus sit *CC. solidis culpabilis iudicetur.* \*)

\*) Hic varia occurrunt vocabula Francorum forensia. Sic inuasio violenta vocatur *superuentus*, *ein überfall*; vel *ad saltus*, quemadmodum *ad siluam* est *überfallen*. Qui moram in via publica alicui obiciebant, dicebantur *viam lacinam* vel *viam lacinam* facere, *LEX SAL. tit. XXV. §. I. tit. XXXIV. §. II. LEX RIPAR. tit. LXXXIII.* quod nihil aliud esse, quam Germanorum *wegelagern*, unde raptores et latrones in concilio Tolosano apud DAGHERIVM *luchinones* dicantur, erudite docuit IO. GE. ECCARD. *ad leg. Salic. p. 40.* In his quamuis non consistat rapina, tamen, quia plerumque cum rapina coniuncta sunt, et in titulis eo pertinentibus frequenter occurrunt, ea hic semel explicare visum est.

### §. LXX.

Nec poenam tantum raptoribus statuiebant Apud Francorum leges, verum etiam eos impune <sup>quos raptor impune occide-</sup> occidi patiebantur, tamquam ipsius reip. securitatem violantes. Ita enim CAPITVLARIA <sup>occide-</sup> *Lib. VII. §. CXXII. edit. LINDENBROG: Si quis batur.* *ad faciendam rapinam adgreditur, aut iter agentem in praediis adfederit, aut domum alterius nocturnus spoliator intrauerit, et occisus fuerit, mors latronis ipsius a nemine requiratur.* Praeterea in raptores, interiecto tempore,

pore; paullo feuerius animaduertere placuit, quam antea. Exstat enim in CAPITVLAR. *Lib. VI. §. XCVI.* decretum synodi Ingelheimensis, quod raptores rei ipsius triplum domino dare, regi autem multam LX. solidorum exsoluere, ac praeterea eosdem *in bastonico* \*) *retrufos, usque dum regi placuerit, ibi poenas luere iubet.*

\*) BASTONICVM CAR. DV FRESNE aequae, ac LINDENBROGIVS *in glossariis* interpretantur *arctissimam custodiam*. Hic etiam SPEELMANNO suffragatur, id vocabulum deriuanti a Gallico *baston*, quia custodes carceris illius, tum in muneris sui indicium, tum ad coercendos eos, qui in vinculis aliquid turbarent, baculos gestarint, adeo, vt et ipsi commentarienses apud Anglos a pictis, quos gestarint, baculis *bastons* fuerint dicti. Sed quum haec paullo longius petita sint: probabilius dixeris, intelligi ergastulum, vocabulumque esse a Germanico *batten* vnde *battere* in LEG. SAL. tit. XXXVIII. §. IV. quod idem, ac verberare vel flagellis caedere. *Bastonico* ergo est ergastulum, vbi homines improbi perpetuis operis exercentur, vapulantque, quoties extra officium viuunt.

### §. LXXI.

AbHen-  
rici IV.  
tempo-  
ribus  
mira  
bello-  
rum ci-  
uiliam  
licentia.

Et talis quidem disciplina Francorum sub imperio viguit. Paullo post, saltim ab Henrici IV. regis imperio \*) triste istud fatum Germaniae incubuit, vt quae iure dirimenda erant, armis discernerentur, adeoque homines:

*non ex iure manu confertum, sed magis ferro, rem, vti olim ENNIVS loquebatur, repeterent.*  
In qua rerum perturbatione, quum omnes ius belli

belli gerendi sibi adrogarent, fieri non potuit, quin tota rapinis et latrociniiis infesta esset Germania, et facinora haec omnia iure belli excusarentur. \*) DATT. *de pace publ. Lib. I. Cap. IV.*

- \*) Henrico IV. rege impubere, quum suo quisque omnia arbitrio ageret, vel maxime inualescere coepit hoc malum, quod deinde per tot saecula Germaniam paene ad incitas redegit. Testis est auctor VITAE HENRICI IV. apud Reuber. Cap. I. p. 259. edit. Ioann. cuius verba versibus non pessimis expressit AUCTOR *hisl. belli Henrici IV. contra Saxon Lib. I. v. 11. apud eundem p. 287.*

*Domni regis, adhuc pueri, gens effera laxis  
Dum fluit imperiis, nec habebat iura timoris:  
Non falsum vero, nec iniquum segregat aequo:  
Quod fuerat libitum sibi, quisque sequutus eorum,  
Ecclesias spoliant, viduis sua diripiabant,  
Pupillos miserosque premunt, vi cuncta geruntur.  
Pauperis heredem statuit fortuna potentem.  
Plus nocuit, qui plus potuit, lex nulla coeercet,  
Fasque nefasque sibi fuerat cuiusque voluntas.*

Et quatuus adultior iam Henricus IV. et molestissima episcoporum tutela liberatus, nihil reliqui faceret, ut peste illa liberaret patriam, bella, violentiam ac rapinas prohiberet, pulsam pacem ac iustitiam revocaret, neglectas leges restitueret, et sceleris licentiam rescicaret: VIT. HENRICI IV. cap. I. adeo tamen iam inualuerat malum, ut nec vitia sua, nec remedia pati posset Germania. Nam ut denuo audiamus poetam v. 25. sequi.

*Talia quod populus tolerabat frana superbus,  
Perdoliuit, multumque timens, ne poena sequatur  
Tot malefacta sui, studuit contraria Regi  
Viribus atque dolis. Furor hinc euenerat omnis,  
Hinc belli causae veniunt sub imagine recti.*

Origo hinc bellorum, quae perpetuo gessit Henricus, quaeque et successoribus paene omnibus fatalia fuerunt, in quibus turbis tanta fuit rapiendi

piendi ac latrocinandi licentia, vt nemo paene tutus iter faceret, et, pace licet subinde sancita, ad Maximiliani tamen vsque tempora subinde repullularit iuueteratum malum, quia laudi sibi ducebant viri nobiles et ingenui, rapinis sibi opes quaerere obtentu bellorum priuatorum, seu *faidarum*, vti tum ea vulgo adpellabantur. FRAGMENTVM HISTOR. apud VRSTIS. Tom. II. p. 93. *Medio tempore in parentibus aliarum circumiacentium per diuersos SPOLIATORES VIARVM et NOBILES ipsius terreae fuerunt insolentiae perpetratae quam plurimae.* Addatur GVIL. FRIDR. PISTORII *lobens-beschreib. Götzens von Berlichingen Norib.* MDCCXXXI.

### §. LXXII.

An ideo impune rapinae factae sint? **Q**uam ergo toto illo tempore non modo ingenui sanguinis homines non puderet latrociniorum ac rapinarum, sed et faex hominum bella potentioribus indicere non dubitaret, quale clarigationis exemplum, id est litterae coqui, quibus comiti Solmensi bellum indicitur, exstat apud MVLLER. *im reichstags-theatro pag. 96:* non abs re suspicari sibi visi sunt viri docti, rapinam tum non amplius pro crimine, et extra legum ciuium poenas fuisse. \*) Quod tamen tantum abest, vt verum esse fateamur, vt potius multo feruenter tum animaduersum esse in raptores existimemus, ac temporibus vetustis, quibus vel multa mediocri, vel aliquot ictibus, expiari poterat scelus tam nefandum.

\*) Sic v. c. IO. PAVLL. KRESS. *ad const. crim. art. CXXVI. §. I. not. 2.* Constat alias, quod olim vsque ad tempora Alberti II. qui anno MCCCXXXVIII. *faidas in vniuersum prohibuit, et austregas substituit, curaque inueterati mali sero adgressus est,* grassa-

praesentibus et robariae, modo non contra tabulas  
 factas, nec contra treugas, ad tempus inita, nec  
 contra pacem Dei cum certis hominibus conclusam,  
 nec contra praevia clarigatione exercerentur, ad  
 illius adquirendi modos spectarent. Sed vel haec  
 ipsa verba satis ostendunt, ne his quidem tem-  
 poribus promiscue licuisse in Germania rapere ac  
 laetocinari, quia ad sola bella priuata pertinere  
 videbatur illa rapto viuendi licentia. Potius  
 WERN. ROLEVINK. qui *Cap. X. de mor. Sax.* apud  
*Wern. Tom. III. rer. Brunsv. pag. 646.* suo tem-  
 pore inter nobiles iactatum esse refert prope-  
 rium :

*Rusen, royen, dat en is ghein schande:*

*Dat doynt die besten van dem lande,*

statim tamen addit: *Videres in eis non sine lacry-  
 mis, ut puto, formosos domicellos pro vili victu et  
 vestitu quotidie agonizantes, PATIBVLO et ROTIS se  
 offerentes, ut ineam famemque repellant. Et  
 hinc pag. 647. eos martyres vocat, si non Dei,  
 tamen diaboli.*

### §. LXXIII.

Nimirum bellis istis priuatis hanc legem Quae  
 dixerant veteres, vt primum rite indiceren- differen-  
 tur, de quo clarigationis ritu PISTOR. *differ.* tia inter  
*con. den. febden §. X. pag. 92.* deinde ne quid depraed-  
 fieret contra foedera, quae cum TREVGAE nam et  
 vocabantur, quippe quam perfidiam manus rapinam  
 abscessione puniri iusserat Fridricus II. Impe- fuerit?  
 rator: ALBERIC. *chron. ad ann. MCCXXXIV.*  
*pag. 549.* tum porro ne violaretur TREVGA  
 DEI, quam vocabant, id est ne certis diebus,  
 quibus inducias sanxerant concilia et metro-  
 politani, \*) vis vlli hominum inferretur.  
 Hanc enim treugam Dei et in Germania re-  
 ceptam, sed male seruata fuisse, conque-  
 (El. I. G. Tom. II.) E. ritur

ritur ABB. VRSPERG. *ad ann. MCXVI.* Denique vt parceretur certis hominibus, quos sanctos in bellis priuatis esse iusserant leges, veluti mercatoribus, agricolis, peregrinantibus religionis causa, et clericis *cap. 2. X. de immun. cleric.* IVS PROV. SAX. *Lib. II. Art. LXVI.* IVS PROV. SVEV. *Cap. CCXLVIII.* Quicumque haec non obseruarant, tamquam rapinae rei, poenas dabant, capitisque damnabantur.

- \*) Fufus huius treugae Dei historiam persequitur CAR. DV FRESNE *in glossar. Tom. III. p. 1180.* vbi ex genuinis vetustatis monumentis docet, 1) id nominis primum auditum esse in Gallia, primamque pacem huiusmodi in quinquenium in variis synodis sancitam esse, circa annum Christianum MXXXIV. ab Aquitaniae, Lugdunensis et Arelatenfis prouinciarum episcopis. Eam tamen 2) non omnes prouincias recepisse, et hinc ei refragatos esse plures, et maxime Gerardum, Cameracensium episcopum. 3) Postea hanc pacem vel treugam Dei ad certos tantum dies restrictam esse anno MXLI. sancitumque, *vt nemo mortalium a feriae quartae vespera vsque ad secundam feriam incipiente luce ausu temerario praesumeret quidpiam alicui hominum per vim auferre.* GLAB. RADVLF. *Lib. V. Cap. I.* 4) Quamuis vniuersa paene Gallia hanc sanctionem tum probavit: tamen eam reiecisse Neustriam, quae ferius demum illam receperit, quam deinde et alii populi fuerint imitati, quamuis, 5) non eosdem vbique dies *treugae Dei* statutos esse, comparatis inter se variis decretis et legibus, obseruet.

## §. LXXIV.

Quomodo igitur, qui haec omnia Poena  
 obferunt, iure belli a rapinae poena erant raptorum  
 immunes. \*) ita a raptoribus eo maius sup-  
 plicium timebatur. *IVS PROV. SAX. Lib. II. ex iure  
 Art. XIII. Die einen man berauben, den soll Sax. et  
 man das haubt abschlagen. Et IVR. PROV. SVEV. Sueuico.  
 Cap. CXIV. Wer amen man tze tod flecht,  
 oder in beraubet, den soll man das haubt ab-  
 schlagen.*

\*) Et huc pertinet locus WERNERI ROLEVINK. *de antiqu.*  
*Sax. Cap. X.* ab ipso celeberrimo KRESSIO obseruatus,  
 LEIBNIT. *Tom. III. p. 646.* vbi Westphalorum suorum  
 excusaturus rapinas, solo necessitatis articulo eos  
 esse violentos, ait, si ad soluendum symbolum re-  
 ditus haberent; numquam ob rapinas eos de ta-  
 bernis exituros esse, multa docere eos mala, et im-  
 pellere infaustam paupertatem. Et paucis in-  
 teriectis p. 647. scire eos, quo in loco, et contra  
 quos, et quomodo, et quando res talis peragenda  
 sit. Vnde non semper omnia esse in malam par-  
 tem accipienda.

## §. LXXV.

Quum vero vtrumque illud ius in Germa- Itemque  
 nia tantum non vniuersa vsu viguerit: non ex statu-  
 mirum profecto est, eandem sanctionem tis anti-  
 poenalem etiam in STATVTA pleraque migra- quiori-  
 se. *GOSLARIENSIA sane Lib. II. tit. van vrede- bus.  
 brake §. LXIII. apud LEIBNIT. Tom. III. rer.  
 Brunsv. pag. 500. De enen dodet oder vet, eder  
 ROVET, eder bernet sunder mortbrandt, eder  
 wiff, eder nfaget notteget, deme schall me dat  
 houet affslan. Et IVRE LVBEIC. Lib. IV. tit. II.  
 Art. I. grassatores, (die iemanden auff freyer  
 strassen*

*strassen berauben,)* absentes proscribuntur, (*man mag sie in die acht bringen, und friedlos machen,)* deprehensi capitis damnantur, (*es gehet ihnen an ihr höchstes, leib und leben.*) Gemina sunt, quae in aliis statutis paullo vetustioribus occurrunt. Nam recentiora pleraque constitutionem criminalem, tamquam normam, sequuntur.

## §. LXXVI.

Quam  
poenam  
et san-  
ctio Ca-  
rolina  
retinuit.

Quemadmodum itaque in aliis delictis, ita et in rapina vindicanda, Nemesis Carolina sequuta est principia non iuris Romani, sed Germanici, et quidem non vetustioris, sed medio aeuo vsu recepti, ac proinde publicum ac capitale esse voluit rapinae crimen, dum *art. CXXVI.* ita statuit: *Ein ieder boshaftiger vberwundener räuber soll nach vermög vnserer vorsehren und vnser gemeiner kayserlichen rechten mit dem schwerd, oder wie an iedem ort in diesen fällen mit guter gewonheit herkommen ist, doch am leben, gestrafft werden. \*)* Adeoque I. ex hac sanctione capitalis est rapina, siue priuatim, siue in via publica admissa, nec hic II. tam damni dati, vel personae, quam turbatae securitatis publicae, ratio habeatur.

\*) Sequi se hic ait Carolus V. Imp. partim ius Romanum, partim consuetudines Germanicas, partim decessorum constitutiones. Sed ius Romanum actionem tantum vi bonorum raptorum, vel, quia et raptores fures improbi esse videbantur, actionem furti manifesti dederat in quadruplum, *pr. inst. de vi bon. rapt.* solos grassatores, qui ferro instructi vel saepius rapuissent, et  
latro-



latrones, qui spolia cruenta detraxissent, capitis dampnauerat. l. 28. §. 20. 15. ff. de poen. Adeoque graffatorum tantum et latronum poenam, a iure Romano raptoribus propositam, probat Carota, in reliquorum poena definienda ob oculos habuit consuetudines patrias, veluti iura Saxonum et Sueuorum, nec non constitutiones decessorum, qui ab aliquot saeculis sancientes pacem publicam, proscriptionis poenam comminari stiterant raptoribus omnibus. Vid. *der königl. landfried zu Worms 1495. §. vnd ob iemands.*

## §. LXXVII.

Ex primo itaque axiome patet, 1) rapi-  
nam hodie esse capitalem, siue quis eam in  
loco priuato, siue in via publica, siue vna  
cum caede, siue sine illa, admiserit: BEYER,  
*pos. ad const. crim. art. CXXVI. §. II.* at 2)  
perumque tamen poenam capitalem ita tem-  
perari, vt gladio feriat raptor, graffatoris  
cadauer praeterea, saltim in Saxonia, rotae  
illigetur, latro et rota tundatur, et mortuus  
eidem imponatur. IDEM *ibid. §. IV.* KRESS. *ibid.*  
*§. I. not. 3.* At 3) requiri tamen vim adhibi-  
tam, lucrique cupiditatem, adeoque ad poe-  
nam capitalem infligendam non sufficere mi-  
nas, KRESS. *ibid. §. IV. not. 1.* nec 4) solum  
rapiendi consilium, IDEM *§. V. not. 1.* nec 5)  
excubias sine lucro ex rapina capto actas,  
nec 6) lucrum postea perceptum ab eo, qui  
a criminis admitti societate fuerit alienus, nec  
7) rapinam iussu et in rem domini factam,  
IDEM *ibid. §. V.* BEYER. *ibid. §. VII.* nec deni-  
que 8) permutationem, vi extortam. \*) BEYER.  
*ibid. KRESS. ibid. §. IV. not. 2.*

\*) Eo pertinet πολυθρόλλητον istud: *Tausch ist kein raub*, quam tamen paroemiam absurdam putant CARPZ. *prax. crim. Quaest. XCI. MEV. ad ius Lubec. Lib. IV. tit. II. art. I.* et HERT. *Lib. I. paroem. iur. XCVII. pag. 538.* si quis in fraudem seuerae istius sanctionis rapinae permutationis titulum praetexat, vel pro re nihili rem pretiosam extorserit, adeoque ad talem permutationem adegerit viatorem, qualem HOMERVS factam ait inter Glaucum et Diomedem, dissimilia quippe permutantes, id est,

*χρῦσα χαλκῶν, ἑκατόμβοι ἑνεαβοίων.*

### §. LXXVIII.

Non hic  
vel da-  
mni vel  
perfo-  
nae ha-  
betur ra-  
tio.

Quumque hic magis turbatae securitatis publicae, quam personarum vel damni, alteri illati, ratio habeatur, (§. CXXVI, 2.) consequens est, 9) vt non excusetur, qui vel rem minoris pretii, \*) vel semel iterumque tantum, rapuerit: nec 10) ideo parcendum sit reo, quod primum fecerit nefandae artis tirocinium, nec 11) quod res raptae redditaе, vel 12) earum aestimatio sit praestita, KRESS. *ibid. §. II.* vel 13) raptor inermis homines inuasit. BEYER. *ibid. §. V.* 14) Vt nec sexus hic ratio habeatur, nec dignitatis. BEYER. *§. V. et addend. §. XII.* KRESS. *ibid. §. II.*

\*) Est hoc verissimum, et ipsis constitutionis criminalis verbis, quin et rationi seuerae istius sanctionis, consentaneum. Et tamen sunt, qui et hic paullo mitius agendum existimant cum raptoribus, ne vita hominum ob rem minimam iactetur. Hinc KRESS. *ibid. §. II. not. 1. Aliter*, inquit, *quondam pronunciaffe Wittebergenses, et in casu rapinae vi armata inque via regia factae, quia res rapta exigui pretii erat, tantum deportationem*

tionem. *Bitasse, referunt ZIERIZ et BESOLDVS. Idem. *Indicium attendant Francones. KIRCHGESN. pag. 101. n. 5. Sic in Austria inferiori quoque ad reiterationem, item ad reiterationem et cum laesae compositionem respicitur. FROELICH. n. 340.**

§. LXXIX.

Ex utroque tamen axioma recte colligunt legum criminalium interpretes, 15) mitius merito agi cum iis, qui vias non rapiendi consilio, sed ob aliam causam, obsident, id quod vocant *das wegelagern*, BEYER. *ibid.* §. VII. quique 16) proscriptum, vel 17) raptorem eiusque socium, se spoliantes, in via publica deprehensos, spoliarint: KRESS. *ibid.* §. V. BEYER. *ibid.* §. VII. vel denique, 18) urgente dura necessitatis lege, veluti fame intolerabili, alieni quidquam furripuerint. KRESS. *ibid.* §. IV. not. 2. \*)

Quibusdam tamen casibus paullo mitius puniuntur raptores.

\*) Causis mitigantibus et eam accenset v. c. GVST. HENR. MYLIUS *addend. ad Beyerum §. XVII.* si Christianus synagogam Iudaeorum spoliarit. Ast vix vlla ratio est, cur misereri Christianos oporteat Christiani, qui relicta post tergum non dicam Christiana pietate, sed humanitate, homines innocentes spoliavit, et offendiculum obiecit miseris, quos doctrina vitaeque sanctimonia ad fanitatem reuocari oportebat. Sequutus ergo videtur vir clarissimus ius Romanum, et quidem *l. 6. C. de pagan.* quamvis ea sanctio et de poena tantum ciuili quadrupli agat, et vel sic satis prodat seruens illud in alterius sectae homines odium, quo principes imbuere solebant ii, quorum vel maxime intererat, iudaeos, paganos, haereticos vix homines haberi.

## TIT. XXI.

## DE DAMNO INIURIA DATO.

## §. LXXX.

Damna iniuria data esse refarcienda, et Germani censue-  
runt.

**D**amna iniuria data esse refarcienda, eosque, qui illa dederint, poenam omnino mereri, apud omnes gentes tam fuit extra omnem dubitationis aleam positum, vt neminem futurum credamus, qui Germanorum hac in re diuersum ab vniuerso genere humano iudicium fuisse, contendat. *Neque enim, vti ait PVFENDORFFIVS, citra necessitatem restitutionis abs se iniucem laedendis abstineret vniquam mortalium prauitas: nec ei, qui damnum passus est, facile fuerit, animum ad agendam cum altero pacem componere, quamdiu istius reparationem non obtinuerit. Quod vero et ipsa recta ratio, et reipublicae exigit tranquillitas, id et apud Germanos vsu obtinuisse oportet, nisi eos Centaurorum Lapattharumque vitam vixisse, tibi persuadeas.\**

\*) Qua occasione non possumus, quin eorum notemus *αρχισταυ*, qui quidquid de Scytharum, Thracum, populorumque nomadum barbarie, statumque horum extrasociali, memoriae prodiderunt veteres, id omne et de Germanis veteribus dici posse existimant. A quo siue errore, siue morbo, ne PHILIPPVS quidem CLYVERIVS plane immunis est, de quo recte HVGO GROTIUS *in proleg. ad hist. Gothor.* *Eius ego diligentiam ac eruditionem sic laudo, et audaciam tamen spernentis saepe sine vlllo firmo satis argumento codicum auctoritatem, consensumque vetustatis, et acceptas ab vltimis saeculis famas, multaue fingentis ex inanibus*  
valde

valde coniecturis, nec probaverim unquam, nec fisis probaturus.

## §. LXXXI.

Itaque damnum iniuria datum et apud Delictum tamen hoc Germanos procul dubio inter delicta, et quidem primata, ut videtur, fuit, eoque nomine inter leuiores rei et ad satisfactionem, et ad poenam procul dubie fuerunt obstricti. (§. XVI. sequ.) Nam fuit. eo quoque pertinet locus TACITI *de morib. Germ. Cap. XII. Sed et leuioribus delictis pro modo poenarum equorum pecorumque numero boni illi multantur. Pars multae regi vel civitati; pars ipsi, qui vindicatur, vel propinquis eius, exsoluitur.*

## §. LXXXII.

Id vero magis intelliges, si per variarum Quam- gentium Germanicarum leges iueris, poenas- uis et ca- que, quibus damna iniuria data vindicarint, su da- expenderis paullo accuratius. Sed hic qui- tum re- dem repetendum est, quod supra iam mo- sarcien- nuimus, (§. III.) Romanos damna, do- dum vi- lo tantum vel culpa quacumque; quasdam deretur. Germaniae gentes et casu data vindicasse, LEX SAX. tit. XII. LEX FRIS. Addit. tit. III. §. LXXIX. quamuis et fatendum sit, paullo aliter hic philosophatos esse WISIGOTHOS Lib. VIII. tit. III. §. III. et LANGOBARDOS, Lib. I. tit. XIX. §. XX. \*).

\*) Immo si dicendum, quod res est, non tam casum poenae subesse voluerunt Germani, quam culpam qualemcumque, etiam leuissimam. Vix enim adeo solo casu homo dat damnum, ut non vel negligentia quaedam vel saltim factum lae-

dentis concurriffe praefumatur, quod hunc ex ipsa lege aequitatis atque humanitatis ad damnum refarciendum obliget. Vid THOMAS. *differ. de larua legis Aquill. act. de damn. dat. detract. §. IV.* GAERTN. *ad leg. Sax. tit. XII. pag. 95.* Caue vero, id iniustum esse existimes. Nam non modo ius ciuile et ob lapidem finalem casu ablatum hominem verberari, l. 2. ff. *de term. mor.* et eum, qui struem frumenti casu, non consulta opera, combusserat, noxiam facere, vel, si soluendo non sit, extra ordinem coerceri iussit: l. 9. ff. *de incend. ruin. naufr.* verum etiam ipsa lex diuina simile quid statuit EXODI XXII, 6. quin non nisi inuoluntariorum homicidiorum causa ius asyli in sex urbibus statuit. DEVT. XIX, 5. Apud Graecos quoque et Romanos tantum abest, vt delicta inuoluntaria extra poenam ciuilem fuerint, vt ipsam legem PAPIANVS l. 1. ff. *de leg.* et DEMOSTHENES l. 2. ff. *cod. ἐπανόρθωμα τῶν ἐκροσίων καὶ ἀκροσίων ἀμαρτημάτων*, delictorum, quae sponte vel ignorantia contrahuntur, coercionem esse, dixerint. Vid CULAC. *Obseru. Lib. XIX. Cap. XVI.*

### §. LXXXIII.

Quomodo damna persequuti sint Wisigothi? Quemadmodum vero damnum aliud alio grauius est, et pro diuersa rei familiaris ratione vnum idemque facinus in alia prouincia plus, in alia minus potest adferre detrimenti, veluti si quis arbores in terris, vel arborum parum feracibus, vel siluestribus, inciderit: ita poena non poterat vbique eadem esse. Apud WISIGOTHOS, qui hortum alienum deuastrasset, damni praestabat aestimationem, simulque si feruus esset, L. ictibus flagellorum mulctabatur; *Lib. VIII. tit. III. §. II.* qui siluam alienam deuastrare deprehensus

hensus; vehiculum cum bouibus, quibus ligna auerere voluerat, cum omnibus rebus, quas dominus apud illum repererat, amittebat. *IBID.* §. VIII. Arbores furtim caesae certo pretio aestimabantur, veluti pomiferae solidis III. oliuae quatuor, glandiferae maiores duobus, minores vno, reliquae minus fructiferae proceriores itidem duobus. Sin non caesae, sed incisae essent, aut similes arbores, aut duplum pretium, reddere debebat reus. *IBID.* §. I. Sed et vitis incisae dupli poena erat, praeterquam quod seruus pro singulis decies flagris caedebatur, dominusque pro eo aestimationem praestare, aut seruum noxae dare cogebatur. *IBID.* §. V. In aliis rebus data damna certa aestimatione, et aliquando poena legibus constituta, vindicabantur. *IBID.* §. VI. VII. *sequ. et tit. IV. §. I. sequ.*

#### §. LXXXIV.

Quemadmodum vero iam intelleximus, hanc gentem et noxales recepisse actiones, dominosque seruorum, qui deliquissent, aut Specia-  
tim a  
quadru-  
pedibus  
data. damnum sarcire, aut seruos noxae dare coegisse: ita non minus frequens apud illos erat vsus actionis de pauperie. *LEX WISIGOTH. Lib. VIII. tit. IV. §. XII.* *Si cuiuscumque quadrupes aliquid fecerit fortasse damnosum, in domini potestate consistat, utrum quadrupedem noxium tradat, an ei, qui damnum pertulit, et aliquid exceptit aduersi, iuxta iudicis aestimationem componat.* Vbi sane Ictorum Roma-

Romanorum scrinia expilasse Wisigothos, \*) nemo non animaduertit.

\*) Immo et Ostrogothi, non modo si serui, sed et si quadrupedes damnum dedissent, noxales actiones receperant. EDICTVM THEODERICI §. CIX. *Si seruus aut colonus domino resciente violenter aliqua rapiat, dominus eius intra annum in quadruplum, post annum in simplum conueniatur. Aut pro noxia certe si hoc magis elegerit, ipsum seruum vel colonum nouerit ad poenam iudici contradendum.* Sed haec fortassis non tam noxae deditio fuerit, quam deditio ad poenam. Addere ergo iuuabit §. CXVII. eiusdem edicti, ubi Theodericus: *Seruus, inquit, si furtum fecerit, vel damnum cuiuslibet dederit, nisi eius dominus hoc pro sui qualitate reddere vel sarcire paratus sit, noxae eum dare cogitur: quod et de animalibus faciet, si alicui damna generauerint.*

### §. LXXXV.

Quomodo Burgundiones?

Geminae fere ea in re fuerunt LEGES BVRGUNDICAE, quae satis prolixè tit. X. agunt de seruis occisis, tit. XI. XLVIII. de inflictis vulneribus, tit. XIII. de exartis, id est, de casu, si quis alienam sublucaffet filuam, vel nouale fecisset, (vid. LINDENBROG. ET DV FRESNE in glossar. voce exartus,) tit. XXIII. et addit. tit. II. et XX. de animalibus alterius agrum depascentibus, \*) tit. XLVII. et LXXII. de tenfuris, ad lupos occidendos vel pedicis positis, tit. LVIII. de cane occiso, tit. LXXIII. de aliis animalibus proterue corruptis. Sed omnia capita in eo conueniunt, quod rei par pari referre, et rem eiusdem generis vel certam rei aestimationem, quam compo-



compositionem vocant, praestare, et simul tamen poenam fisco inferre tenerentur.

\*) Notam deditioem BURGUNDIONES videntur ignorasse. Quamvis enim aliquando dederetur animal, quod fecisset pauperiem, attamen fere ignorabant actionem, qua quis alternatiue ageret ad sarcendum damnum, vel seruum noxae dandum. Hinc egerit LEGE tit. XVIII. §. I. cautum est, *vt, si de animalibus subito caballus caballum occiderit, aut bos bouem percusserit, aut canis momorderit, vt debilitetur ipsum animal aut canis, per quem damnum videtur admissum, tradatur illi, qui damnum pertulit.*

### §. LXXXVI.

LEGES FRANCORUM, tum SALICA, tum RI-  
 PVARIORVM, varia distinguunt damna. Illa Franco-  
 enim tit. X. §. I. sequ. ne pecora quidem, rum de  
 quae depascendo damnum dederint, laedi pecori-  
 voluerunt Franci, quamvis ea abigi, immo bus a-  
 et includi, passi sint, dummodo id fieret pa- gros de-  
 lam, nec animo pecora ista sibi habendi. pascenti-  
 Si quis nocuisset animali: praeter capitale et bus.  
 dilaturam, et certam multam iudici soluere  
 tenebatur. Vbi id notatu dignissimum, quod  
 lis inficiando creuerit, eatenus vt XV. soli-  
 dorum multam soluere cogereetur, qui factum  
 negasset, alioquin solam damni aestimationem  
 praestiturus. IBID. §. I. IV. et V.

\*) Hinc poenam LEX SALICA: *ibid. §. II.* minatur iis,  
 qui *caballum vel iumentum IN FURTUM PINXERINT.*  
 Vbi recte notat ECCARDVS, *in furtum* hic idem  
 esse, ac *propter furtum*, seu vt quis furari illud  
 commode possit: *pingere* autem notam animali  
 adpingere. Paulo post §. III. similis poena sta-  
 tuitur, si quis pecora ita incluserit, vt nulli peni-  
 tus

*tus innotescat.* Quae omnia eo pertinent, ut discrimen adpareret inter furtum vel rapinam et pignorationem animalium, neue illa huius obtentu fierent. Ut adeo hoc ius in Germania antiquissimum esse, extra omnem dubitationis aleam positum sit.

§. LXXXVII.

De infi- Eadem LEGE SALICA *tit. XX.* agitur de vul-  
 etis vul- neribus, quae ibidem varie distinguuntur,  
 neribus. ita, ut pro periculi magnitudine maiore, vel  
 minore multa expientur. Nec alia est LE-  
 GIS RIPVARIAE dispositio, quae *tit. I. et sequ.*  
 de variis ictibus, de effuso sanguine, offibus  
 contractis, similibusque damnis et vulneri-  
 bus, praecipit, sed omnia illa damna certa  
 multa iubet expiari, maiore plerumque,  
 quam LEX SALICA, adeo, ut eum, qui oculum  
 excusserat, centum; qui ingenuum excicare  
 ausus fuerat, CC. solidis multari velit. Si-  
 milis aestimatio observatur *tit. XIX. sequ.* vul-  
 nerum vel plagarum, seruo illatorum, quam-  
 vis ibi quoque varia vulnerum genera di-  
 stinguantur. \*)

\*) Sic ictus, quo sanguis non elicitur, ibi vocatur  
 BYNISLEGI, vel potius, uti ex LEGE LANG. *tit. IV.*  
 §. XXX. edit. Herold. LEG. BAIVAR. *tit. III. Cap.*  
 I. §. I. et ALAM. *tit. LIX.* patet, BVLSLEGI vel  
 PVLSLAHI, PVLESAC, PVLSLAC, PVLESCHLACH, a  
 Germ. *beule* et *schlag*. Maior multa inferenda  
 erat, si quis sanguinem eliciisset, ac multo ma-  
 ior, si os serui confregisset, maxima si eundem  
 mutilasset, vel castrasset. Quamvis tunc non nisi  
 XXXVI. solidorum multa esset, quae et, occi-  
 dente seruum seruo, exigebatur, vid. LEX RIPVAR.  
*tit. XXVIII.* ut adeo caedi equiparasse videantur  
 tur

tum hoc crimen, aequè ac Hadrianus Imp. senatusque Romani l. 1. §. 1. §. ff. ad leg. Corn. de ficar.

### §. LXXXVIII.

Nec minus LEGES SALICA tit. XXXII. et RIPVARIORUM tit. V. certa pecunia aestimant membra, quibus alter alterum mutilauerit, quamuis apud hos maioris essent, quam apud illos, siquidem pro manu abscissa utraque lex solidos centum, pro ita vulnerata, ut pendeat, illa LXII. haec L; pro pollice abscisso illa XLV, haec L. pro pendente illa XXX. haec XXV. pro secundo vel indice digito, illa XXV; haec XXXVI. solidos exigit. Atque ita LEX utraque et reliqua membra, veluti digitos, pedes, oculos, nasum, auriculas, linguam, dentes, suo quaeque pretio aestimat, nec vilius poenae facit mentionem. Si quadrupes fecisset pauperiem: utriusque legis dispositio aliquid habet ex Romana noxae deditioe et iure Germanico mixtum. \*) Vid. LEX SALICA tit. XXXIX. et RIPVAR. tit. XLVI. §. I. et II.

De  
membris  
corru-  
ptis vel  
abscissis.

\*) LEX SALICA: Si aliquis homo ex quolibet quadrupede, qui domesticus fuerit, occidatur, et hoc cum testibus potuerit adprobari, dum illius dominus, cuius pecus erat; si ante legem non adimpleuit, medietatem de ipsa leudi componat, et pro alia medietate ipsum quadrupedem homini donec. Si vero pecoris dominus vitium in ea non intellexerit, secundum legem exinde se potest defendere, et de ipso pecore nihil soluat. Eadem sanctio est LEGIS RIPVARIORVM, nisi quod haec leudem vocat weregildum simulque monet, ob pauperiem, factam a quadrupede, fredum non solui. Id vero de nouo addit, si quadrupes quadrupedem interfecerit, dominum prioris quadrupedem occisum acci-

accipere, suumque domino læso noxæ dedere, simulque occisi æstimationem præstare cogendum esse.

§. LXXXIX.

Dispositio legum Alamannicarum Langobardiarum, et Baiuvaricarum de damnis.

De damnis variis agunt etiam LEX ALAM. tit. LIX. sequ. LXXIII. sequ. XC. XCIX. et BAIUVAR. tit. III. sequ. LEX LANGOB. Lib. I. tit. VII. et VIII. tit. XXI. Sed ne hic quidem, quod a principiis reliquorum Germanorum discrepet, reperias. Omnes enim damna, quæ LEX BAIUVARIA vocabulis Germanicis exprimit, \*) certo pretio vel compositione fâciri iubent, nec absimilis est illa quadrupedum, qui pauperiem faciunt, deditio, cuius meminit LEX LANGOB. Lib. I. tit. XXI. §. V. illi, quam superiore. §. ex lege Ripuariorum descripsimus.

\*) Sic ictum, quo sanguis non elicitur, hæc lex vocat PVLESLAC, quod supra iam exposuimus: manus iniectionem INFANG, ab *infangen* vel *einfangen*: venæ læsionem ATHARGRATI ab *ader*, i. e. vena, capitis læsionem, talem ob quam *testa adpareat*, GEBVLSKINI, a *giebel* vel *gebül*, vertex, et *skini*, *erscheinen*, adparere: ictum, quo os, integra pelle, fractum, PVLEPVST a *pule* vel *beule* et *brust*, quo utebantur pro *bruch* a *brechen*; vnde eine *wolkenbrust*, *preschafft*: læsionem interiorum membrorum HREFAWVNT a *bref*, venter, ceu ex ODFREDI euangelii probauit LINDENBROGIVS in *glossar. pag. 1412.* fortassis a Germ. *ribbe* costa, et *wund* vulneratus: ligationem vi factam HROPANT, a *raub* vel *rob*, et *band*; quasi vincula per rapinam iniecta: cicatricem siue, in auricula, siue in alio membro, LIDISCARTI a *lid* vel *glied*, membrum, et *scart*, vel *scharde*, cicatrix. Sic et *orscardi* cicatrix in aure: LEG. ALAM. tit. LX. dentem maxillarem excussum MARCHZAN, non quasi

aſſi terminalem, vti viſum eſt LINDENBROGIO,  
 ſed a *mark*, medulla et *zahn*, dente: deiectionem a ponte vel ripa INVUNWANT, quod, quid ſit,  
 nescire fateor: deiectionem ex equo MARCH-  
 ALLI, a *mare*, Saxonice *märe*, equus et *fall*.  
 Hinc in eodem titulo vocabula Germanica: HE-  
 MARRITA, pro turba falſim XLII. clypeorum, quae  
 liberum hominem circumdat, ab *beer* et *reita*,  
 quaſi *geräthe*, *beer-geräthe*, vnde nos hodie *mit*  
*heres-krafft*. Neque enim probabilis eſt con-  
 ſectura LINDENBROGII, *reita* eſſe a *reuten* vel equi-  
 tando: HEIMZVHT pro turba minore, hominem  
 circumdante, quod eſt ipſum noſtrum *beimſu-*  
*chung*. Nam et SPECVLATOR SVEV. *Cap. CCXXVI.*  
*§. II.* vim armis factam vocat *eine beimſuchung*.  
 (CONF. LEHMANN. *chron. Spir. Lib. IV. Cap. XVI.*  
 ET DV FRESNE *gloſſar. lat. Tom. I. pag. 696. ſeq.*)  
 WANGSTODAL, ſimulata ſtatio, a *wahn*, opinio,  
 perſuaſio, et *ſtadel*, ſtatio: TAVDREGII, (quod  
 et in LEG. ALAM. *tit. LX. §. XXXI.* hoc ſenſu oc-  
 cūrrit,) pro clauſo, quid ſit, ego quidem ſcire  
 me fateor iuxta cum ignariſſimis.

## §. XC.

Sed et LEX SAX. non modo *tit. I.* varia vul- Nec non  
 nera, more Germanorum, certo pretio aeſti- Saxoni-  
 mat: ſed et *tit. XI. et XIII.* reliqua damna, carum,  
 vel culpa, vel caſu alicui illata, praefſita ae- Anglica-  
 ſtimatione farciri iubet, nec impune id ferre Friſica-  
 patitur illum, cuius quadrupes alicui fecit rum.  
 pauperiem. Nec aſſimilis eſt LEX ANGL. *tit.*  
*II. III. IV. V. XVI. et XVII.* niſi quod haec  
 damnum nobili vel *adalingo* datum ſeuerius  
 vindicat, quam quod ingenuus paſſus ſit, do-  
 minumque non modo *tit. XVI.* pro ſeruo,  
 ſed et *tit. XI.* pro quadrupede ſatiſfacere iu-  
 bet. Nec LEX FRISIONVM, quae de damnis  
 agit *tit. IV. XII. et XXII.* et *in addit. tit. II.*  
 (El. I. G. *Tom. II.*) F et III.

et III. quidquam habet singulare, cui immorandum hic videatur. \*)

\*) Nullam tamen legem esse, quae vulnera varii generis, quae tit. XXII. DOLG vocantur, maiore cura distinguat, singulorumque certiore aestimationem statuatur, quam Frisicam, recte obseruauit SICCAMA ad rubr. tit. XXII. id simul notans, eam legem et a posteris eadem cura ac diligentia obseruatam, immo et statutis, anno MDCII. recognitis, paucis mutatis insertam esse Lib. II. tit. II. Ceterum DOLG veteribus non modo sica erat, qua vulnera infliguntur, quam et pugionem vocamus, verum etiam ipsum vulnus. GLOSSA KERONIS: *Vulnera TOLC.* Alia apud LINDENBR. pag. 1300. *DOLEC exitialis.* OTFRID. euangel. Lib. III. Cap. XXV.

*Thur sy ghesunt ther selve folk,  
Thurub thes einen mannes dolck.*

i. e. vt saluetur omnis populus, per vulnera vnus viri. Et Cap. XXVI.

*Thurub sinan einen dolk  
War al gehalten ther folk.*

id est, per vnus eius vulnera saluus erat vniuersus populus. Quin et in LEGIBVS INAE et ALFREDI, Regum Anglosaxonis *tholigen* idem esse, ac occidere, obseruat LINDENBROG. *ibid.*

## §. XCI.

Sed satis diu nos detinuerunt leges gentium Germanicarum antiquiores. Proximum est, vt ad infrequentia tempora, quibus SAXONVM et ALAMANNORVM iura per vniuersam, paene Germaniam viguerunt, progrediamur. Haec vero iura itidem satisfieri iubent laeso, ac ne poenam quidem ei perfolui volunt, quamuis mulctam iudex exigeret, fi

Quid ius  
Saxoni-  
cum et  
Sueui-  
cum de  
damnis  
Tanxerit:

si culpa intercessisset. Pertinent huc ex IVRE PROV. SAX. *Lib. I. Art. LXVIII. Lib. II. Artic. XXXIV. XXXVIII. XLVI. et XLVII. Lib. III. Art. XLVIII. LI. et LXXXVI.* vbi variae variorum damnorum aestimationes, quas wergelda vocabant, occurrunt, \*) quales etiam reperias in IVRE PROV. ALAMANN. *Cap. CLXXXVII. CLXXXIX. CXCI. CCCLIV. CCCLXV. sequ.* et alibi passim.

\*) Id vero hic non videtur praetermittendum, quod hoc ius tam accurate distinguit varia vulnera. Alia enim vocat FLEISCHWUNDEN, quae profunda, non lata, nec mortem minantur, nec debilitatem membrorum. Alia OFFENE WUNDEN, quae lata, sed non profunda, ipsa quoque sine periculo sunt. Alia KAEMPFER-WUNDEN, vulnera, *die eines nagels tieff, so sie noch frisch und ungeschwollen sind,* item vulnera collo, brachijis, pedibus, vel aliis membris, *da sie die tieffe und länge vor den knochen nicht gewinnen können,* in primis vero cranio inflata, oculi excussio, nasi abscissio, vulnera in facie, quae capillus non tegit, et mutilationes omnes, ac vulnera cum vitae periculo coniuncta. Est, vbi et BLVTHRVNSTIGE et BEINSCHROETIGE WUNDEN occurrunt, quorum naturam ex ipsis vocabulis facile intellexeris.

### §. XCII.

Quod ad pauperiem, quam quadrupes Et species fecerit, attinet, IVRE PROV. SAX. *Lib. II. Art. XL.* cautum est, ut dominus veram aestimationem seu wergeldum eo nomine praestet, *de pauperie a quadrupedibus facta?* *sein herr soll den schaden gelten, nach rechten wergeld, oder nach seinem werth bessern,*) nisi domo expulerit animal, quod tunc sibi iure vindicat laesus. At SPECVLATOR SVEVVS *Cap.*

CCXI. distinguit, occideritne quadrupes hominem, an eundem, salva vita, laeserit. Priore casu ad exemplum legis Mosaicae quadrupedem lapidibus obrui iubet, ac carne eius, quippe impura, vesci quemquam, vetat; posteriore sanctionem SPECVLATORIS SAXONIS retinet.

### §. XCIII.

Axiomata iuris Germ. de damnis.

Ex quoq; incredibili gentium Germanicarum in vindicandis damnis consensu colligimus, I. numquam eos in usum recepisse legem Romanorum Aquilliam: sed II. semper damnorum, siue aestimabilia essent, siue inaeestimabilia, certam aestimationem praestari voluisse: nec tamen III. semper impunem esse passos dolum vel culpam latam, cum eiusmodi facinore coniunctam. IV. Seruos Germanorum; si quid sibi acquirerent, ipsos; sin pleraque domino: hos damna sarcire debuisse. \*) V. Idem etiam obtinuisse, si quadrupes fecisset pauperiem, nisi dominus animal pro derelicto habere mallet.

\*) Quemadmodum ne hodie quidem vna seruorum omnium vbique conditio est, dominis alibi plus, alibi minus per illos acipientibus: (Lib. I. §. XXXVIII.) ita iam olim pleraque serui adquisiuisse dominis videntur apud WISIGOTHOS, (§. LXXXIII.) Francos, (§. LXXXVIII.) et quasdam alias originis Germanicae gentes, quae vel domino arbitrium dabant, damnum resarcire, an seruum noxae dare mallet: vel eundem abscisse ad satisfactionem pro seruo praestandam obstringebant.

### §. XCIV.



## §. XCIV.

Quemadmodum itaque actionem legis Aquilliae numquam olim vsu receperant Germani: (§. XCIII, 1.) ita certissimum est, 1) ne cum Romana quidem iurisprudencia eam sibi viam in fora Germaniae muniuisse, ac 2) proinde sua opinione falli, qui hodie de damno iniuria dato agi posse putant non modo ad resarciendum damnum, verum etiam in tantum, quanti res intra annum, vel mensẽ proximum, plurimi fuerit. \*) SCHILT. *Exerc. XIX. §. LXVI.* Contra 3) nihil esse verius sententia THOMASII, qui singulari, eaque pererudita, dissertatione actioni, qua damna in foris nostris persequimur, larvam legis Aquilliae primus detraxit. *Ha-lae MDCCLIII.*

\*) Nisi quod legis Aquilliae dispositionem permanasse in IVS. PROV. PRUSSICVM *Lib. VI. tit. XI. Art. I. §. V.* ostendit THOMAS. *dissert. de larva leg. Aquill. act. de damno dat. detracta §. XLV.* Id quod et in noua huius iuris emendatione, quae Regiom. MDCCXXI. prodiit, relictum esse, animaduerto, quamuis ibi quadrupedes ab animalibus reliquis non distinguantur. Contra in Frisia, vbi sanctior, quam vsquam terrarum legum Romanorum custodia est, actionem quidem, de damno iniuria dato, vix alio nomine, quam actionis ex lege Aquilliae nomine venire obseruavi: attamen numquam agi in tantum, quanti res intra annum vel triginta dies proximos plurimi fuit, sed ad id, quod interest actoris, fatetur HVBER. *praelect. ad Instit. Lib. IV. tit. III. §. VI. et ad pandect. Lib. IX. tit. II. §. XVIII.* quod et de aliis Belgii prouinciis ostendunt GROENEWEGEN *ad tit. de leg. Aquill. et alii.*

## §. XCV.

Adeo-  
que et  
conclu-  
siones  
iuris Ro-  
mani,  
quæ ex  
illa flu-  
unt.

Ex quo porro consequitur, 4) vt apud nos nihil discriminis sit, siue quadrupedem pecudem aliquis occiderit, siue aliud damnum in quacumque re dederit: siue 5) corpore corpori datum sit, siue non, adeoque 6) nullus apud nos vsus sit distinctionis in actiones *directam, utilem, et in factum*: vt multo minus 7) lis apud nos inficiendo crescat, vel 8) vmquam peti possit tantum, quanti res intra annum vel triginta dies proximos plurimi fuit. STRYK. *vs. hod. ad Lib. IX. tit. II. §. II.* GISEB. *Iustinian. harmon. eod. n. LIII.* Quibus in rebus, quum praecipue posita fuerit legis Aquilliae dispositio: eam legem Germanos numquam adoptasse, facile intelligitur.

## §. XCVI.

Actio de  
damno  
hodierna  
est rei  
persequo-  
ria.

Quumque damnorum certam aestimationem praestari voluerint maiores nostri: (§. XCIII, 2.) eos et hodie imitantur posterii, ac proinde, 9) vel singulis damnis certam aestimationem statuunt, quod leges Frisicae aliaeque faciunt, vel 10) iudicis religioni relinquunt aestimationem damni iniuria dati, vel 11) ipsi actori iniungunt probationem eius, quod sua interesse contendit. Ex quo facile patet, 12) actionem hodiernam de damno dato, quod ad actorem attinet, rei persecutoriam tantum esse, non poenalem, vel mixtam, ac proinde 13) etiam aduersus heredes dari, \*) MEV. *part. V. decis. XXXIX.* dis-  
sentien-

fentientibus licet CARPZOVIO *Part. IV. Const. XII. def. IX. et aliis*: immo et 14) aduersus furiosos et infantes, eatenus, vt damnum ab iis datum ex eorum bonis resarciatur. THOMAS. *dissertatione laudata §. LXII.*

\*) Videtur hoc primum ius canonicum inuexisse, vt et ex delictis defuncti heredes tenerentur ad damnum resarciendum, quatenus id vires hereditatis ferre videantur. Eo enim pertinent *can. 3. caus. XVI. quaest. VI. cap. vlt. X. de sepult. et cap. 5. X. de raptor.* quo vltimo capite et ratio additur: *vt sic defunctus a peccato valeat liberari,* id est; vt reatu soluatur anima, et, praestita ab heredibus satisfactio, ex igne purgatorio tanto citius euolet. Quae ratio, quamuis non quadret purioris ecclesiae principiis: ipsa tamen iuris canonici decisio vel ideo satis concinna est moribus nostris, quod apud nos naturam actionis rei persecutoriae plane induit actio, qua damnum iniuria datum persequimur.

### §. XCVII.

Nec 15) difficile iam erit intellectu, quatenus hodie actio de damno a pluribus dato aduersus singulos institui possit in solidum? Quomodo, si plures damnum dederint aduersus singulos agatur in solidum? Quum enim actionibus ex delicto rei persecutoriiis ita a singulis solidum exigi soleat, vt vno soluente reliqui liberentur, actio autem de damno dato hodie fere sit rei persecutoria: (§. XCVI, II.) recte statuit SCHILTE-  
RVS *Exerc. XIX. §. LXX.* vno resarciente damnum, reliquos liberari, quamuis 16) ipse recte aliud obtinere existimet, si actio simul sit poenalis, in eo vero 17) fallatur, quod vno soluente tunc quoque non liberatum iri reliquos censeat, si quis in foro nostro ex lege Aquil-

lia agere velit. Talem enim actionem extra  
vsum esse, iam antea obseruauimus.

§. XCVIII.

Poenam etiam iudex recte irrogat. Attamen recte obseruauit SCHILTERVS *ibid.*  
§. LXVII. et nos idem paullo ante inculca-  
uimus, (§. XCIII, 3.) non semper impunem  
esse velle Germanos dolum, vel culpam latam  
eius, qui aliis damnum dederit. Ex quo col-  
ligimus, 18) a iudice aliquando et poenam ir-  
rogari posse, 19) siue illa statutis definita sit,  
siue 20) a iudice pro ratione *περιστάσεων* defi-  
niatur. Eam vero poenam 21) ab heredibus  
exigi non posse, ex ipsa natura actionum poe-  
narium facile intelligitur.

§. XCIX.

Quomodo in Germ. a-  
gendum  
ob noxi-  
am ser-  
uorum?  
Quum porro hodie serui raro omnia ad-  
quirant dominis: ex quarto, quod (§. XCIII.)  
praemisimus, axiomate consequitur, 22) vt  
et noxales hodie actiones extra vsum sint,  
nec 23) Germani seruos noxae dare, aut do-  
minis damni aestimationem iniungere, sed  
24) ipsos homines proprios ad resarciendum  
damnum condemnare, et 25) si soluendo  
non sint, eos carcere, aliisue poenis corpus  
adfligentibus, coercere soleant. THOMAS. *not.*  
*ad inst. Lib. IV. tit. VIII. pag. 268.* 26) Vt ea  
coercitio ipsis saepe dominis permittatur, et,  
27) si hi illam denegent, vel serui facinus ta-  
cite probent, ipsi directa actione teneantur.  
Conf. BEYER. *posit. dig. tit. de nox. act.* et HOP-  
PIVS *ad tit. eumd. inst. §. V.*

§. C.

## §. C.

Denique ex ultimo axioma nostro (§. Quomodo ob  
 XCIII, 5.) reddi potest ratio, 28) cur hodie do ob  
 quoque dominum damnum datum refarcire quadru-  
 oporteat, si in culpa fuit, quadrupedemque pedari-  
 vel aliud, quod pauperiem fecit, animal, gna- am pau-  
 rus licet ferociae eius, non pro eo, ac de- periem?  
 cet, custodiuit. SCHILT. *Exerc. XIX. §. III.*  
*sequ.* 29) Cur plerumque etiam damni depa-  
 scendo dati aestimationem praestare cogatur  
 dominus, si pignori captum sit animal in re  
 praesente. 30) Cur in Saxonia nulla actione  
 pulsari possit, qui pecudem illico domo ex-  
 pulit, at, 31) si illam secum retinuerit, wer-  
 geldum laeso vel eius familiae debeat. 32)  
 Cur adeo nec actionis de pauperie, nec 33)  
 actionis ex aedilitio edicto ullus usus sit in fo-  
 ris Germaniae. THOMAS. *not. ad Inst. Lib. IV.*  
*tit. IX. pag. 268. sequ.*



TIT. XXII.  
DE INIURIIS.

§. CI.

Germani  
severe  
vindica-  
runt ini-  
urias.

**Q**uam existimationis suae ac famae studiosi fuerint Germani, ex iis, quae supra de his, qui notantur infamia, diximus (Lib. I. §. CCCXCI. sequ.) satis superque intelligimus, ex eoque facile patet, non passos illos esse quemquam impune aliquid agere in alterius contumeliam, adeoque et hoc delictum, tametsi mere priuatum, ea, qua decet, seueritate vindicasse, et ita quidem, ut non minus laeso, quam ipsi reipublicae, satisfieri eo nomine oportere statuerint, siue **VERBALIS**, siue **REALIS** alicui illata esse iniuria diceretur, \*) quamuis huius exempla pleraque ad damna iniuria data retulisse videantur.

\*) *Scriptae vel per picturam illatae iniuriae exempla saltem vetustissimis temporibus eo, rariora fuisse videntur, quo minus scribendi pingendique Germani essent periti. At medio aevo huiusmodi iniuriarum non desunt exempla, quamuis ea commode ad verbales ac reales referri possint. Quin quemadmodum scripturae aequae, ac picturae, ad aliquem infamandum pertinebant: ita saepe illis utebantur poenae causa, si quem ob turpe facinus infamem ad omnem posteritatem esse velent. Quin solebant se medio aevo ipsi contra-hentes obligare sub poena picturae famosae. Quo pertinet docta SAM. BRUNQVELLI *dissertatio de pictura famosa. Jen. MDCCXXXIII.**

§. CII.

## §. CII.

Et antiquissimis quidem temporibus per Veteres multum relictum fuisse videtur priuati cuius inuiurias uis arbitrio, vt viri honesti, quacumque adfecti contumelia, ipsi cum familia existimationem suam armis tuerentur, eiusque contumeliae auctorem persequerentur tamdiu, donec is palinodia, vel alio modo laeso satisfecisset. Eo enim vel maxime pertinere videntur illa TACITI *de mor. Germ. Cap. XXI. Suscipere inimicitias* \*) *seu patris, seu propinqui, quam amicitias, necesse est. Nec implacabiles durant.*

\*) Pleraque inimicitiae ex iniuriis nascuntur, eaeque et hodie communes esse solent laesis cum vniuersis familiis, in quas iniuria non minus, quam in ipsum laesum, videtur redundare. Nemini ergo mirum videbitur, iniurias potissimum occasionem dedisse singularibus certaminibus, belisque priuatis, in gente, armis discernere solita, quae alibi iure finiebantur. VELLEI. PATERC. *Lib. II. Cap. CXVIII.* Sane de Vmbris, quos Gallorum propaginem fuisse tradit SOLINVS *Cap. VIII.* auctor est NIC. DAMASCEN. *in excerpt Peirescian. pag. 513.* eos, *si controuersiam inter se habuerint, pugnasse armatos, perinde ac in bello, et qui suos aduersarios interemerint, eos iustiores habuisse causam visos esse.* Et de Frothone M. Danorum Rege, qui tempore Christi nati vixisse fertur, memoriae prodidit SAXO GRAMM. *Lib. V.* eum tulisse legem, *vt de qualibet controuersia ferro decerneretur, speciosius viribus, quam verbis configi, ratum,* quumque Hithino quidam exprobrasset Hoginus, quod filiam suam ante sponsalia ad stuprum sollicitasset, eam iniuriam non nisi ferro purgari posse, statuisse Frothonem, eumque ideo eos commisisse, quod *id solum dirimendae controuersiae remedium visum esset.*

## §. CIII.

## §. CIII.

Postea et leges iis non tamen prohibuit, quo minus et leges oppositae sunt, tantum nefas citarent, quas pro instituti ratione paucis iuuabit enarrare. LEX WISIGOTHICA nihil admodum de verbalibus iniuriis sancit, nisi quod *Lib. VI. tit. IV. §. VII.* seruum in personam nobilem vel illustrem contumeliosum, quadraginta; vel si vilioris sortis frater, quinquaginta ictibus caedi iubet. Quod ad reales attinet, plerasque poena talionis vindicari animaduertimus, \*) *Lib. VI. tit. IV. §. III.* nisi reus transegisset cum actore, aestimationemque, quae ibidem multis verbis describitur, praestitisset. Serui et liberti, et si qui soluendo non essent, flagellis caedebantur.

\*) Plerasque dico. Nam quum RECCAREDVS, legislator, difficilem talionis exsequutionem non minus animaduerneret, quum Fauorinus apud GELLII *noct. Attic. Lib. XX. Cap. I.* quosdam ille casus nominatim excepit, in quibus paullo difficilius aequalitatem delicti ac supplicii obtineri posse praeuidebat: *Pro alapa vero, inquit, pugno, vel calce, aut percussione in capite prohibemus reddere talionem, ne, dum talio rependitur, aut laesio maior, aut periculum ingeratur. Sed si quis haec sine periculo membrorum, aut aliqua laesione, praesumptuosus intulerit, pro alapa X. flagella, pro pugno vel calce XX, pro percussione vero in capite, si sine sanguine fuerit, ab eo, quem percusserit, XXX. flagella suscipiat.*

## §. CIV.



## §. CIV.

LEX BVRGVNDIONVM non minus, quam **Burgun-**  
**SIGOTHICA** iniurias verbales fere diffimulat: **dioni-**  
 nec de realibus quidquam fancit, nisi quod **bus.**  
*tit. XXXII.* eum, qui hominem liberum li-  
 gauerit, solidos XII, qui libertum ligauerit,  
 VI, qui seruum, III. laeso praestare, et tan-  
 tumdem iudici exsoluere iubet, et insequen-  
 te *tit. XXXIII.* sequioris sexus pudori consu-  
 lit, \*) et ob capillos, ei in via euulsos, simi-  
 lem poenam pro diuersa mulieris conditione  
 statuit, seruosque, matronae ingenuae hanc  
 inferentes iniuriam, CC; libertam decaluan-  
 tes, C; ancillam denique isthoc decore spo-  
 liantes, LXXV. ictibus caedi iubet.

- \*) Quod ipsum argumento est, Burgundiones quo-  
 que, maiorum sequutos consuetudinem, existimas-  
 se, viris ipsis curae fore iniuriarum vindictam,  
 eosque armis potius, quam actione forensi per-  
 sequuturos eos omnes, a quibus contumeliae  
 quidquam passi essent. Nullam enim fere Ger-  
 manicae originis gentem plus vi atque imperu  
 egisse, quam Burgundiones, eosque multo faci-  
 lius, quam alias gentes, in id certamen, quod  
*μνομαχίαν* vocant, iuisse, ex **LVDOVICI CEL-**  
**LOTHI opusculo de populari iudicio Dei** obseruat  
**CONR. SAM. SCHVZFL. de vet. regno populo-**  
**que Burgund. Cap. IV. §. IV. p. 56. sequ.**

## §. CV.

Accuratissime iniuriarum verbalium aesti-  
 mationes describit **LEX SALICA tit. XXXIII.** **Saliis,**  
 ex eaque lege antiquissima simul discimus, **quorum**  
 quae iis temporibus conuicia fuerint cum **leges de**  
 iniuriis **verbali-**  
 maxi- **bus.**

maxima ignominia coniuncta. \*) Quisquis enim alterum *cinnitum* vel *falsatorem* vel mulierem *meretricem* vocasset, XV. solidos, qui *concacatum* vel *vulpeculam*, solidos III. qui *leporem*, solidos VI. qui ingenuo exprobrasset, quod scutum abiecerit, vel eum tanquam delatorem traduxisset, XV. solidos soluere tenebatur. Atrocissimam iniuriam intulisse videbatur, qui alterum tanquam *chereburgum*, vel *strioportium*, vel ingenuam mulierem tanquam *striam* diffamasset, ac proinde vtrumque conuicium magna satis poena, et prius quidem solidorum sexaginta duorum et dimidii; posterius centum octoginta septem, erat expiandum.

\*) At quid sibi volunt barbara illa conuicia? CINNITVM ECCARDVS ad legem Salic. pag. 64. interpretatur cinaedum: sed glossa Malbergica *Quinoot* (ita enim legendum esse ipse monet,) potius a *cinnis* conuicium istud deriuandum esse indicat. Cunni enim muliebris et villi idem vocabulum fuisse apud maiores nostros, ipse ECCARDVS pag. 65. obseruat. VVLPECVLAE conuicium et alijs gentibus notum, (vid. Luc. XIII, 32.) in eos cadit, qui infidiis ac fraudibus potius, quam virtute ac fortitudine, alios adoriuntur, eiusque conuicii exemplum dabit GREG. TYRON. *bist. Lib. VIII. Cap. VI.* CONCACATVS idem est, ac fordidus, vti et veteribus *cacatae* chartae idem ac fordidis verbis conspurcatae. LEPORIS conuicium et hodie homines vel timidiusculos, vel stolidos manet. CHERBURGIUM vel *herburgium* maleficum vel veneficum notare, certum est; eaque notio superest apud Heluetios, qui veneficum et hodie vocant *berberger*. Vocabulum ex Latino herbarius corruptum esse videtur ECCARDO pag. 47. qui et de *strigibus*, quae hic *striae* vocantur, quaedam vel maxime ad rem pertinentia habet pag. 110.

## §. CVI.

Sunt in eadem lege quaedam, ad iniurias Et de reales pertinentia, veluti quae de ligatis in-<sup>realibus.</sup> genuis, siue Francis, siue Romanis, statuuntur\*) tit. XXXV. §. I. sequ. et quae de mulieribus parum verecunde tactis fanciuntur tit. XXIII. §. I. sequ. Talia et in LEGE RIPVARIORVM sunt tit. XLI. §. I. sequ. et tit. XXXIX. quum alioquin haec lex nusquam coerceat iniurias verbales; argumento luculentissimo, hanc quoque gentem illas armis potius, quam actione forensi, vindicare consueuisse. Ceterum utroque casu utraque lex certam multam indixit reis, quos in alios iniurios fuisse paruerit.

\*) Glossa Malbergica hanc multam vocat OBREPVS ANDREPVS. Prius plane spurium esse existimat ECCAREVS pag. 68: posterius deritit ab *ander* alius, et *possen* vel *pussen*, quod idem veteribus fuerit ac *sezzen*. Captiuare vero et hodie Germanis esse *einen sezzen*. Sed miror, virum doctissimum rem obuiam tam longe petere. Multa, quae in Saxonia hoc casu adhuc obtinet, κατ' ἐξοχήν, vocatur *die busse*, vel *die Sachsen-busse*, emenda *Saxonica*, quumque hoc LEGIS SALICAE titulo modo XLV. modo XXX. modo XV. solidorum multa exigatur ab illis, qui liberos homines ligauerint: manifestum est, priores summas vocari OBREPVS, quasi *die obere buss*; posteriorem ANDREPVS, quasi *die vntere buss*. Quid argutiis opus est in re maxime perspicua?

## §. CVII.

LEX quoque ALAMANNICA iniurias verbales Item ab paene praeteruehitur. Reales illas potissimum Alaman-<sup>nis.</sup> vindicat, quae clericis et mulieribus fuerint illatae,

illatae, quia illos muneris vitaeque sacrificio-  
 nia, has sexus infirmitas impedire debe-  
 tur, quo minus armis existimatione suam  
 tuerentur. \*) Hinc qui episcopo quancum-  
 que iniuriam fecerat, eandem multam, quam  
 ob ducem iniuria adfectum quis debet,  
 qui presbytero, triplum; qui diacono vel  
 monacho, duplum; qui alii clerico sacra fa-  
 cienti, simplum cum tertia parte eius mul-  
 tae, quae ob alium hominem soluenda fuis-  
 set, soluere tenebatur. LEX ALAMAN. tit.  
 XII. XIII. XIV. XV. XVI. Qui ingenuae fe-  
 minae colaphum inflixerat, ita, ut lingua  
 non sequeretur, duos; qui lidae, unum et  
 tremissem; qui ancillae, vnum solidum de-  
 bebat. tit. XCV. §. I. Qui iter facientis vir-  
 ginis caput denudauerat, solidum; qui femi-  
 nae, duos solidos soluere cogebatur. IBID.  
 tit. LVIII. §. I.

\*) Additur quidem tit. XCV. §. II. III. *Si barba fuerit, similiter. si seruus fuerit, medium solidum soluat.* Vbi *barba* est vir, quippe qui saepe feminae in LEGIBVS antiquis opponitur. Vid. LIN-  
 DENBR. *glossar.* pag. 1303. Sed dubius est legis sen-  
 sus, neque ex verbis satis intelligitur, vtrum, si vir  
 feminam ceciderit, similem poenam soluere te-  
 neatur, an, si viro quis colaphum inflixerit, ea-  
 dem poena obtineat. Posterius vel ideo minus  
 opinabile est, quod quum §. I. ob colaphum li-  
 dae inflictum solidus cum tremisse, ob ancillae  
 impactum vnus solidus exigatur, seruo dimidio  
 tantum solido veniret alapa. Quomodo ita dici  
 potuit: *Si barba fuerit, similiter?* Nihil ergo in  
 illa LEGE, quod ad iniurias, viris illatas, pertineat,  
 reperias, praeterquam quod tit. LXV. §. I. et II.  
 is, qui inuitum toronderit ingenuum, XII; et qui  
 bar-

Barbam et hinc deo conderit, VI. falsis mul-  
tandus esse dicitur.

## §. CVIII.

Idem fere de BAIVVARTORVM legibus repe- Et Baiu-  
variis.  
rius videtur. Quamvis enim illae poenam  
imponent omnibus, qui vel episcopum, vel  
presbyterum, vel diaconum, vel alium siue  
clericum, siue monachum iniuria vlla adfe-  
cerit: LEX BAIVVAR. tit. I. Cap. VIII. IX. X.  
neminus omnem tactum mulierum inuere-  
candum certa multa velint expiari: \*) tit. VII.  
Cap. III. IV. V. vix quidquam tamen in iis est,  
quod ad iniurias verbales, viris illatas, per-  
tinet, et paucissima, quae ad reales, nisi  
sunt: tit. III. Cap. I. §. I. sequ. de iis pulsatis  
verberatisque; et §. VII. et VIII. de hisdem  
ligatis occurrunt, huc referre velis, quam-  
vis priora capita iam supra ad damna iniuria  
data retulerimus.

\*) Sunt et harum iniuriarum feminis illatarum sin-  
gularia quaedam vocabula. Manus iniectio libi-  
dinis causa facta ibi Cap. III. d. tit. VII. voca-  
tur HORGRIFT ab bore vel bubre et griff, ein bub-  
rengriff. Ibidem Cap. IV. indumentorum super  
genicula leuatio, vocatur HIMLZORVN, vel, si quid  
video, HIMMETZORVN, ab himmet vel bembde in-  
dusium, et zerrén trahere. Denique Cap. V. dis-  
criminatum deiectione de capite dicitur WVLTWORFF,  
vel, ut alii rescribi iubent, WALAWORFF, siue a  
wult, vel wulst, siue a walt, quod non caput si-  
gnificat, vel LINCENBROGIVS in glossar. pag. 1497.  
credidit, sed velum muliebre. Vnde et velum  
lugubre, quo matronae vtuntur, et hodie quoque  
vocatur sine trauer-wahle. Hinc wableworff est  
deiectione veli muliebris, quemadmodum wala-  
raupa rapina veli mulieris in LEG. BOIAR. tit.  
(El. I. G. Tom. II.) G XVIII.

XVIII. Cap. III. §. I. *walapaux*, ornatus veli muliebris, a *wale* et *puzz*. LEG. LANGOB. Lib. I. tit. XV. §. V.

## §. CIX.

Cur in reliquarum gentium Germ. legibus nihil ferre de iniuriis fanciatur? Frustra porro aliquid, quod ad iniurias, maxime verbales, pertineat, in LEGIBVS SAXONVM, ANGLIORVM, et WERINORVM, nec non FRISIONVM, quaesieris, non, ob aliam, uti videtur, causam, quam quod et hae gentes ius sibi manu dicere, quam in foro litigare, mallent. Pauca tamen huc trahi possunt, vetuti quod incisio vestis vel serti XXXVI. capillorum prehensio CXX; admenatio, quam hodie vocant, XII. solidorum multa luenda esset ex LEGE SAX. tit. I. §. VII. VIII. Qualia leguntur etiam in LEGE FRIS. *addit. tit. III. §. XXXIX. et XL. \**)

\*) In eadem lege *addit. tit. III. §. XLIV.* legitur: *Si quis alium vnguibus cratauerit, ut non sanguis sed humor aquosus decurrat, quod cladolg vocant: ter denis denariis Fresonicis componat.* Vbi facile vniuersisque intelligit CRATARE esse nostrum *kratzen*, Saxonice *kratten*, vnguibus secare. Vnde non opus est, ut cum SIBRANDO TED. *SICCAMA ad b. l. pag. 118.* verbi vere Germanici originem ex Graecia, ἀπό τῆς χαράττειν, arcessamus. Idem etiam non intellexisse videtur alterum vocabulum CLADOLG. *Dolg* vero esse vulnus, iam supra vidimus, *claien* vel *kleyen*, Saxonibus et hodie *συνώνυμον* est verbi *kratzen*. Vtrumque discere *SICCAMA* potuisset ex *LINDENBR. glossar. pag. 1377. et 1382.*

## §. CX.

## §. CX.

Hactenus eadem omnia obseruauimus in <sup>Langobardi</sup> legibus Germanicarum gentium. Superfunt <sup>vindi-</sup> LANGOBARDORVM LEGES, quae id primum prae <sup>ctam pri-</sup> aliis singulare habent, quod non passae sunt <sup>uatam,</sup> quinquam armis vindicare iniuriam, sibi il- <sup>prohibe-</sup> licent. Exstat enim *Lib. I. tit. XVII. §. I.* lex <sup>bant.</sup> ROMANA, Regis, quam insanæ illi armis has licet discernendi consuetudini ex instituto oppositam, dixeris, \*) quae ita se habet: *Si quis pro iniuria sua vindicanda super quemcumque hominem manu armata aut cum exercitu vsque ad III. homines in vicum intrauerit: ille pro illicita praesumptione moriatur, aut componat solidos DCCC. medietatem regi, et medietatem sibi, qui iniuriam passus. cetera.*

\*) Est hoc sane obseruatu dignissimum, primos fere Langobardorum reges, quamuis Arianos, non modo barbaram illam ac insanam ius sibi manu dicendi consuetudinem, sed et ipsa singularia certamina, quae iudicum auctoritate inibant litigantes, damnasse. Enimvero quam alte hominum animis eo tempore insederit improba consuetudo, vel id argumento est, quod saluberrimam legem de lite super praedio itreiuorando finienda, non modo suggillauit Carolus M. Imp. LEG. LANGOB. *Lib. II. tit. IV. §. XXIII.* verum etiam Otto II. Imp. illam plane sustulit, et singularia certamina retuocauit in usum, et quidem omnibus Italiae proceribus id in pluribus synodis et comitiis, iam pridem non sine conuicio flagitantibus. Vid. LEG. LANGOB. *ibid. §. XXXIV.*

## §. CXI.

Eorum  
leges de  
iniuriis  
verbalibus.

Quo magis itaque quidam Langobardorum reges a vindictae priuatae licentia, quam sibi adhuc vnusquisque adrogauerat, abhorrebant: eo diligentius de perfequendis iniuriis tum verbalibus, tum realibus, edicebant legibus suis. Nam de verbalibus *Lib. I. tit. V. §. I.* legimus: *Si quis alium ARGAM \*) per furorem clamauerit, et negare non potuerit, et dixerit, quod per furorem dixisset: tunc iuratus dicat, quod eum ARGAM non cognouisset, et postea componat pro ipso iniurioso verbo sol. XII.* Quid si vero exceptione veritatis sese tueretur reus? *Tunc si perseverauerit,* ait legislator, *et dixerit, se posse probare: per pugnam contuincat eum, si potuerit, aut certe componat, ut supra.* Sed et insequente §. II. Guido et iis, qui iudici minari aut conuiciari non dubitent, et ipsi iudici iniurioso poenam irrogat, et illis quidem vindicandum, huic quinquaginta libras auri optimi.

\*) ARGAM, familiare Langobardis conuicium, ceu patet ex loco PAVLLI DIAC. *hist. Langob. Lib. VI. Cap. XXIV.* vbi Ferdulfus Dux Foroiuliensis, Sculdafium quemdam Argaidem, ab ARGAM nomen habere, ac proinde nihil fortiter agere posse, conuiciatur, vbi ipse Argaid *argam* interpretatur *inertem et inutilem.* LINDENBR. *in gloss. p. 1358.* cui hunc PAVLLI locum debemus, simul addit locum ex GLOSSA veteri, quae ARGAM *cucurbitam* interpretatur. Quamobrem qui locum illum PAVLLI explicant, id conuicium in eum praecipue, cuius vxor se aliis, non inuito marito, subternat, cadere existimant. conf. GAR. DV FRESNE *gloss.*



*gloss. voce arga.* Sed quid pluribus opus est, quum vocabulum *arga* sit ipsum Germanicum *arg*, *grauus*, *malus*, quo non inertes modo et imbelles, sed omnes, quibus mala mens, malus animus esset, notabant? Hinc saepe hoc sensu vocabulo utitur LUTHERVS in versione sua, veluti *L. Ioan. III. 22. V. 18. 19.*

## §. CXII.

Nec minus feueri erant LANGOBARDI ad-Itemque  
uersus eos, qui quid fecerant in alterius con- de reali-  
tumeliam. Agit de eo iniuriarum genere to- bus.  
tus *tit. VI. Libri I.* ex eoque discimus, eum  
qui in alterum nihil tale metuentem irruerit,  
eumque *turpiter tenuerit, aut battiderit,*  
(*verberarit*), *medium pretii ipsius, ac si eum*  
*occidisset, et componere* debuisse: §. I. qui li-  
berum hominem ligauerit: *in duas partes pre-*  
*tii, ac si eum occidisset,* condemnatum esse,  
*eo, quod in turpitudinem, et in deridiculum*  
*ipsius, eum male tractauerit.* §. II. Ita et, qui  
barba vel capillis traxerat, hominem inge-  
num, VI, qui seruum, vnum solidum mul-  
ctae nomine laeso debebat. §. IV. Sic ne-  
que impellere alterum, vt caderet, nec pu-  
gnum aut alapam impingere licebat, liqui-  
dem prima et postrema iniuria VI; secunda  
tribus solidis erat expianda. \*) LEX LANGOB.  
*ibid. §. V. et VII. \*)*

\*) Privilegium odiosum redolet lex Aistulphi, re-  
gis, *Lit. I. tit. XVI. §. VIII.* Quum enim  
et antecedente, et hoc titulo, grauius vindicentur  
iniuriae quaedam reales, veluti *tit. XV. §. I.*  
*et II. si quis homini libero viam autefeterit, §. III.*  
si aliquem agrum faum ingredi prohibuerit,  
quibus casibus multa erat xx. solidorum, §. IV.

et V. si quis alterum equo deiecerit, vel ei vestimentum furtivum iniecerit, quibus casibus reus in LXXX. solidos condemnabatur: sequente titulo XVI. multo grauior poena statuitur in illos, qui virgini, vel matronae fecerint iniuriam. Qui enim puellae in via obstitisset, vel ei aliquam intulisset iniuriam, DCCCC. solidis multabatur §. I. similesque multae satis graues §. sequentibus irrogantur illis, qui alias iniurias intulissent feminis honestioribus. Demum §. VIII. refert Aistulphus, rex, peruenisse ad se, quod dum quidam ad suscipiendam cuiusdam sponsi cum paranymphis aut trotingis ambularent, peruersi homines aquam sordidam et stercoreatam super ipsam iactassent. Quare vt exemplo alii abstererentur, eam iniuriam DCCCC. solidis, inter regem et sponsae tutorem diuidendis, iubet expiari. Ceterum trotingi, quos vetus Glossa interpretatur ioculatores, vnde nomen habeant, non facile dixerim,

### §. CXIII.

Leges  
veterum  
Franco-  
rum de  
libellis  
famosis.

Tales sunt leges, quas iniuriis opposuissent veteres Germanos, animaduertimus. Quum vero iam eo tempore aliquam legendi scribendique facultatem sibi adquisiuissent homines nostri: non mirum est, si et libelli famosi iis in manibus esse coeperint. Eorum vero auctoribus, et quicumque illos diuulgasse dicerentur, primum exilium atque infamiam, postea et ictum fustium comminantur CAPITVLAR. Lib. VII. §. CXLII. et CCLXXVIII. eadem poena et illis, qui in manus suas incidentes non statim ruperint, proposita. Immo et abstenti reddi iubentur, qui huiusmodi libellos in templo proposuerint.

Tuerint CAPITVL. Lib. VI. §. CCXLIII. edit.  
Lindenbr.

## §. CXIV.

Insequentibus temporibus apud Germa-Medio nos adeo inoleuerat mos, ius sibi manu di- aequo ar-  
cendi, vt vnum hoc ingenuitatis nobilitatis- mis fere  
que sinceræ specimen videretur, iniurias iniurias,  
manu vindicare, in eoque cardine summam vlti sunt  
existimationis verti existimarent. Hinc ne illustres.  
illustres quidem puduit, in hanc arenam hon-  
noris caussa, vel, vti tum loquebantur, *umb*  
*ebre und glimpff*, descendere. Exempla  
quamplurima collegit VVLSONIVS dans le thea-  
tre d' honneur et de chevalerie. Tomo II. pag.  
263. sequ. Sed nobis vnicum adferre placet,  
quod sub titulo: *Sententia arbitraria Ioannis,*  
*Regis Franciæ, super controuersia honoris in-*  
*ter Ottonem, Ducem Brunsvicensem, et Henri-*  
*cum, Ducem Lancastriæ, \**) edidit G. G.  
LEIBNITIVS script. rer. Brunsv. Tom. II.  
pag. 47.

\*) Henricus, Dux Lancastriæ, agens Coloniae, nescio quid iactasse in Ottonem, Brunsvicensem, dicebatur. Hic litteris scriptis eum ad singulare certamen euocarat. Excusante se Henrico, et falso rem Ottoni relatum obestante, interposuit se Ioannes, Rex Franciæ, effecitque, vt viri principes et cognati in gratiam redirent. Ipsi sententiæ p. 49. inserta est clausula: *Volentes, et ordinantes, quod alter eorum alterum firmiter et vere teneat BONVM, legalem et fidelem militem, et tales eos, quoad hic veraciter et firmiter tenuimus: ordinantes etiam, quod alter eorumdem promittat in manu vestra alteri bona fide, quod alter alteri per se, vel per amicos suos, aut alios ali-*

*qua via nos faciet, nec procurabit quidquam mali siue damni vldo tempore, publice vel occulte, occasione praemissorum. Et talem quidem exitum res habuit anno MCCCCLH. quem paullo attentius considerans doctissimus LEIBNITIVS in prolegom. Tomi II. p. 9., subdubietis rationibus hanc facit cogitationum suarum summam: Inde enim disci potest non tantum, quam studiosi fuerint antiqui tuendae dignitatis, sed etiam, quam fuerint in caussa honoris tractanda circumspecti. Laudari etiam regis Ioannis generosus animus debet, qui primarium regis, hostis sui, virum, ipsumque hostem non spernendum, conseruarit, quom aliterius nihil ad se pertinentis periculo confici impune pati poterat. Et sane fatendum est, illis saeculis, quae nunc prope barbara censentur, multa fuisse edita exempla iustitiae et generositatis, a nostris moribus non aeque expectanda.*

### §. CXV.

Vnde a-  
ctio ad  
palinodiam,  
deprecationem,  
declarationem  
actionem  
honoris?

Siue vero transactione singulare certamen impediretur, \*) siue, ortum inde bellum priuatum facta pace componeretur: fieri non poterat, quin laedens laesum vel virum honestum esse fateretur, vel veniam ab eo rogaret, vel palinodiam caneret. Quae vera est origo actionis ad palinodiam, cuius alioquin ne in vetustis quidem Germanorum legibus vel vola, vel vestigium occurrit.

- \*) Quod fiebat, quoties vel in arbitrum commissum, vel princeps aliquis rogatus esset, ut locum vel campum iis, qui inter se configere vellent, praeberet. Hic enim sibi stipulabatur facultatem, inimicos illos reducendi in concordiam. Sic Ludouicus, Dux Sabaudiae, apud LEIBNIT. *prodr. cod. iur. gent. n. CLXXIII. §. II. p. 416.* anno MCCCCLVII. rogatus a Sigismundo Pandulpho de Malatestis, Arimini domino, ut sibi et Frederico, Montisferrati, Urbini et Durantiae

rantiae domino, quem ipse ea lege ad singulare certamen pronocauerat, ut alter usque ad mortem iuclafur alterum in campo propterea statuen- do, teneretur deuincere, et ut victori licitum esset, victum interficere, aut, quo voluerit, captiuum transferre, locum et campum concederet, morem ei gessit, ita tamen, ut posset, fiant decet, principem, et pacis zelatorem, ante duelli introitum et post, de ipsarum partium concordia tractare, et partes ad illam inducere pro posse, et victo, si forte duellum sequatur, victum donare et conseruare, deque captiuitate deusse arbitrari. Quis vero dubitaret, quin eo casu arbiter victum ad deprecandam vel reuocandam iniuriam, vel agnoscendam saltem saluam alterius existimationem, condemnauerit?

## §. CXVI.

Inde ergo facile patet, 1) cur et hodie alicubi iniuriae certa pecuniae summa, partim actori, partim iudici perfoluenda, expientur: 2) cur, introducto iure Romano, concessa quidem iniuria aliqua adfectis fuerit actio iniuriarum aestimatoria, at 3) eius tamen plerosque Germanos paullatim pertaesum, eique 4) denunciatio, quam vocant, surrogata sit, ita, ut praeuia summaria causae cognitione, iudex et de satisfactione laeso, et de multa iudici debita decernat, adeoque 5) quibusdam locis actionem iniuriarum aestimatoriam plane in exilium egerint edita de singularibus certaminibus atque iniuriis, inter quae PRUSSICA et SAXONICA eminent, et vbique fere celebrantur. \*)

\*) Quin quibusdam locis iam pridem ab usu recessit actio aestimatoria, veluti in ducatu Magdeburgico: vid. VERBESS. PROC. ORDIN. Cap. L. §. X.

## §. CXVII.

De pali-  
nodia.

Ex iisdem Germanorum institutis reddi-  
deris-rationem, 7) cur frequentissima in Ger-  
mania sit actio *ad PALINODIAM*, quam et leges  
imperii probant: REG. IMP. *ann. MDXXX. §.*  
*item als ietzt. ORD. CAM. IMP. part. II. tit.*  
*XXVIII.* eique 8) locus sit, quoties verbis ali-  
cui honestiori facta sit iniuria atrocior, non  
quidem 9) exprobrato vitio naturali, BERL.  
*part. V. concl. LIX. n. XVIII.* sed, 10) morali,  
quod alterius pudorem suggillat, modo 11) is,  
qui intulit iniuriam, crimen illud non pro-  
barit. Quamvis enim veritas conuicii ne in  
Germania quidem a poena liberet: \*) pa-  
linodiam tamen cessare, nemo negauerit.  
HEIG. *part. II. quaest. XXXI. n. XLIII.* cur 12)  
quibusdam locis ob atrociores, quae con-  
currunt, *πεπισάσεις* haec palinodia canen-  
da sit *vor öffentlich-gehegten gericht, vor dem*  
*Rath offenes hausses, auff dem ehrloßen*  
*blocke.* Vid. STATVT. HAMB. *part. IV.*  
*art. LVIII.*

- \*) Multo minus ergo liberabat nominatio aucto-  
ris, quum Germanis quotidie in ore sit paroem-  
ia: *Webrmann haben hilfft nicht*, quam pro  
more interpretatur HERT. *Lib. I. paroem. XCVIII.*  
*p. 559.* vbi et eleganter disquirat, an si quis non  
dolo malo, sed vitio quodam garrulitatis, ali-  
quid huiusmodi effuderit, nominatio auctoris ex-  
cuset? Id enim adfirmauerat ANT. MATH. *de*  
*crim. Lib. XLVII. tit. IV. Cap. I. n. III.* Per-  
tinere sane hoc videtur ad religionem iudican-  
tium, vt aestiment, quo animo quid narratum  
sit, amico quid creditum, an diuulgatum sit  
promiscue, denique sine contumelia aliquid di-  
ctum,

Etum, quod publice sciri interfit, an animo, famam alteri differendi per ciuitatem, MEV. part. V. decis. CCCLXXXIX.

## §. CXVII.

Quum vero palinodia, quippe cum insigni De de- infamia coniuncta, non nisi ob atrociores preca- iniurias decerni soleat: (§. CXVII, 8.) con- sultius semper visum est, 13) ob conuicia mi- nus atrocia, et maxime, 14) si talia dicta sint personae eiusdem conditionis ac dignitatis, loco palinodiae reo iniungi DEPRECATIONEM CHRISTIANAM, quae 15) in iudicio fieri solet, 16) oblata dextra, 17) formula paullo dilutio- re; poenitere se illatae iniuriae, ac rogare, vt sibi pro eo, ac Christianum decet, igno- scere velit, nihil eiusmodi in posterum con- tra illum dicturo. Attamen 18) et formula a- criore decerni posse deprecationem Chri- stianam, non est, quod dubitemus. MEV. part. III. decis. XXX. CARRZ. prax. crim. quae est. XCIV. n. XVIII. sequ.

## §. CXIX.

Ab ytraque, palinodia aequae ac deprecato- De de- tione, differt DECLARATIO HONORIS, quam vo- claratio- cant. Ei enim 19) locus est, quoties verba, ne hono- quae alter tamquam iniuriam interpreta- ris. tur, ambigui quodammodo sensus, nec 20) eius, qui ista protulit, dolus malus vel animus conuiciandi adeo manifestus sit. MEV. *ibid.* decis. XXX. Quin 21) in Saxonia huiusmodi declaratio ante litis contestationem, sua sponte, viuaque voce, et praesenti actori, facta

facta actionem iniuriarum plane tollit. CARPZ.  
*ibid. n. XIV. sequ.* FINCKELTH. *obs. L.*

§. CXX.

De libel- De LIBELLIS FAMOSIS nihil est, quod mo-  
 lis famo- neamus, nisi quod, 22) quamvis poenam ta-  
 lis. lionis eorum auctoribus statuerit CAROLVS V.  
*Insp. in const. crim. art. CX.* 23) Eaque seue-  
 ritate vsi sint legislatores quidam, veluti AV-  
 GVSTVS, *Saxon. Elector, part. IV. constit. XLIV.*  
 et ciuitas Hamburgensis, *part. IV. art. VII.* tamen 24)  
 plerisque locis raro tam dira ferri soleat sententia,  
 et libello famoso a carnifice combusto, vel ipsius rei  
 manibus conscisso, 25) delictum multa, carcere, re-  
 legatione, vel fustigatione pro atrocitate iniuriae  
 ac diuersitate τῶν περιστάσεων expietur. BRVN-  
 NEM. *ad l. vn. C. de famos. libell.* ENGELBRECHT.  
*digest. Lib. XLVII. tit. X. §. LVIII.*





## TIT. XXIII.

## DE CRIMINE MAIESTATIS.

## §. CXXI.

**M**agnam iurisprudentiae criminalis Romanae partem occupabant CRIMINA EXTRAORDINARIA, quorum erat indoles, ut nec singulares de iis leges exstarent, nec praetores persecutionem eorum ordinariam sortirentur: sed senatus populusque Romanus, si quando tale quid incidere, quaestionem alicui magistratui extra ordinem mandaret, ceu luculenter ostendit GRAEV. praefat. Tomi II. thesaur. antiqu. Rom. pag. 30. Id vero discrimen quum ignorarint Germani, et maleficia, quae eo referre solebant Romani, partim ignota maioribus nostris, partim ordinaria fuerint: iis merito praetermissis, ad CRIMEN MAIESTATIS progredimur.

Cur hic non agatur de criminibus extraordinariis?

## §. CXXII.

Equidem quum gentes Germanicae iam antiquissimis temporibus coaluerint in respublicas, nec minore pietate suam quisque patriam prosequeretur, ac Romani, quin pro ea adferenda tuendaque pulcherrimum perpetuumque bellum gererent: non sane est, quod dubitemus, quin seuerissime animaduerterint in eos, qui vel hostili in rempublicam animo essent, vel villo grauiore facinore splendorem dignitatemque principis vel rei publicae

Crimen maiestatis seueritate vindicatum a Germanis.

publicae dolo malo, at sine hostili animo, laesissent. Ita enim iureconfulti Romani crimem PERDVELLIONIS ET MAIESTATIS, speciatim dictae, distinguunt. \*)

\*) Crimen PERDVELLIONIS maiores nostri *prodicionem* et *seditionem* vocasse videntur. OTTFREDEVS *sedicionem* semper vocat *vrheit*, veluti *Lib. IV. Cap. V. v. 90. Lib. III. Cap. XX. v. 104. Cap. XXV. v. 38. Lib. IV. Cap. XIII. v. 98.* Vid. IO. SCHILT. *glossar. Teuton. p. 320. Prodere veteribus* erat *HRLATI. OTTFR. Lib. IV. Cap. VIII. v. 38;* nisi ibi legendum sit *ferrati*, (*verrathen*.) Anglis sane crimen perduellionis et hostie vocatur *prodicio*, eamque isti in maiorem et minorem diuidere solent. GOWELL, *Inst. iur. Angl. Lib. III. tit. XVIII.*

§. CXXIII.

Iam  
tempo-  
ribus  
Taciti.

Seueritatis istius exstant exempla. Gene-  
ratim TACITVS *de mor. Germ. Cap. XII. Pro-*  
*digos, inquit, et transfugas arboribus suspen-*  
*dit.* Hinc infestior Ciuilis in Vbis, *quod*  
*gens Germanicae originis, eiurata patria, Ro-*  
*manorum nomen Agrippinenses vocauerunt.*  
IDEM *hist. Lib. IV. Cap. XXVIII.* Sed prio-  
rem locum iam supra explicauimus: poste-  
riori plures similes addere, nihil attinet.

§. CXXIV.

Postea et  
legibus  
regum et  
reip. se-  
curitati  
cautum  
est.

Ex quo legibus scribendis animum adu-  
cere coeperunt gentes Germanicae, maxime,  
quae sibi extra Germaniam nouas sedes  
quaesuerant: nulla earum fuit, quae non a-  
criores poenas statuerit in illos, qui principum  
ac reip. maiestatem laesissent, maxime quum  
reges

reges ac principes suos aliquando parum reuerenter haberi in tanta ciuium libertate, animaduertent. \*)

\*) Quam parum sancta apud wisigothos fuerit regum persona, ex AIMONII *bist. Franc. Lib. II. Cap. XX.* GREG. TURON. *bist. Lib. II. Cap. XXX.* ipsique conciliorum canonibus, et HIER. HIGVERAE *notis ad Luitprandum ostendit MERT. notis. pop. Germ. part. III. Cap. VII. §. III.* Facile enim in reges suos stringebant gladium, aut si mitius cum iis agendum putarent, imperium illis abrogabant, si parum placere coepissent, rati, id ad libertatem suam pertinere, ut ipsi non minus a regibus, quam ad ipsis reges, metuerentur. Similia de Vandalis narrat PROCOP. *Vandal. Lib. I. de Herulis IDEM Gothicor. Lib. II. de Burgundionibus AMMIAN. MARCELLIN. Lib. XXVIII. Cap. V. de Langobardis PAVLLI WERNFR. Lib. IV. Cap. LIII. et Lib. VI. Cap. LIX.* Ex quibus exemplis colligit GROT. *de iure belli et pac. Lib. I. Cap. III. §. XI. n. 3.* gentes has omnes ius imperandi non nisi reuocabile, ac veluti precarium, dedisse regibus suis.

### §. CXXV.

Et wisigothicae quidem leges *Lib. II. tit. I.* diserte distinguunt perduelles, et eos, qui criminando maledicendoque in principem peccarunt. In illorum classem §. VII. referunt transfugas, seditiosos, regicidas, \*) vel de eorum abdicatione consilia agitantes: eosque omnes ultimo supplicio adfici iubent, bonis omnibus, etiam quae eos in fraudem fisci ecclesiis donasse constiterit, in fiscum redactis, nisi forte ipsi regi gratiam reo facere supplicii placuerit, siquidem tunc ille oculis erutis, bonisque publicatis, decalua-

tus,

Qualis  
lex Wisigothorum de perduellione.

tus, et centum flagellorum ictibus laceratus; perpetuo exilio damnatur, omnique spe adspirandi ad dignitatem palatinam priuatur.

\*) Legislator Recaredus et hic conqueritur de turbato huiusmodi coniurationibus Gothorum imperio. Nam initio §. VII. *Quantis*, inquit, *hærens Gothorum patria concussa sit eladibus, quantisque iugiter quatitur stimulis profugorum, et nefandæ superbiæ deditorum, ex eo paene cunctis est cognitum, quod et patriæ deminutionem agnoscunt, et per hanc occasionem potius, quam expugnandorum hostium externorum, arma sumere sæpe compellimur.* At nihil fuisse regicidiis frequentius, ipsi GOTHORUM annales ostendent. Auctor enim est ISIDOR. *Chron. Goth. ad eram CCCXLIX.* Athaulfum per quemdam Gothum apud Barcinonem inter familiares fabulas iugulatum: et *ad eram CCCCLIV.* Sigericum, Athaulfi successorem, mox a suis interfectum; *ad eram CCCXC.* Turismodum, dum multa ageret insolentius, a Theudericis et Frigitarico fratribus obruncatum: *ad eram CCCXCI.* simili parricidio Eurici fratris periisse Theudericum parricidam, et *ad eram DXLV.* Geselicum ab Ebbaue quodam occisum, *ad eram DLXIV.* Amalarium ab exercitu in foro Narbonensi iugulatum esse, refert. Denique simile fatum fuisse Theutifeli, et Agilæ, obseruat *ad eram DLXXX. et DLXXXIV.* Quin ne legem quidem illam a Recaredo latam profuisse successoribus, vel inde patet, quod eius filius LIVVA, a Witterico, tyrannidem adfistente, in ipso adolescentiæ flore regno deiectus præcisæque dextra, occisus est. ISIDOR *ad eram DCXL.* quodque ipse Wittericus dignum tanto scelere exitum habuit, coniuratione suorum interfectus. *ibid. ad eram DCXLII.*

## §. CXXVI.

quamuis paullo lenio-  
 ris, qui sine hostili animo  
 fuerant, vel aliud quidquam  
 in maiestatem dignitatemque ad-  
 versum honestiorum \*) dimidia pars  
 condonabatur. Sin vilioris condi-  
 tione in ultimum furorem incidisset, et  
 bona eius, in potestate regis erant.  
 Quis et mortuum principem conui-  
 siderit, quinquaginta ieribus flagello-  
 rari iubetur. Vid. LEX WISIG. Lib. II.

## §. CXXVII.

§. VIII. *sive sit RELIGIOSVS, sive etiam*  
*secularis.* Ex quo sane patet, nondum illis tem-  
 poribus sacrum ordinem sese ita exemisse iuris-  
 dictione principum, . vt eorum coniurationes,  
 quibus plerumque feruorem religionis praetexe-  
 rant, extra poenas civiles essent. Laudandi ta-  
 men WISIGOTHORVM - Episcopi, qui anno  
 DCXXXIII. ipsi praesidium circumponebant vi-  
 tae dignitatisque regum, eosque omnes anathe-  
 mate percellabant, qui eos vel occidissent, vel  
 vitae saltim eorum struxissent insidias. CONCIL.  
 TOLET. IV. can. LXXV. CONCIL. TOLETAN. V.  
 can. III. et CONG. TOL. VI. Can. XVII.

## §. CXXVII.

OSTROGOTHIS sollemne erat, leges Romanas Item lex  
 sequi, saltim in iis, de quibus nihil sanxerat Ostrogo-  
 THEODERICVS, rex eorum: Itaque non possu-  
 mus non existimare, legem etiam Arcadii  
 l. s. C. ad leg. Iul. maiestatis iis placuisse, ma-  
 xime quum et nihil ab ea diuersum edicto  
 suo sanxerit THEODERICVS, et in illo EDICTO  
 (El. I. G. Tom. II.) H §. CXIII.

§. CXIII. potius expressissima extant legis istius vestigia, et id confirmet exemplum Theodori cuiusdam comitis, quem ob infidias, vitae Liberii, praefecti praetorio, struētas, in palatio Sessorio capitis damnauit rex Theodericus. Pluribus hoc narrat HADR. VALES rer. Franc. Lib. V. p. 246.

### §. CXXVIII.

Et Fran-  
corum.

Sed quo stabilius reliquis prudentiusque constitutum fuit FRANCORVM regnum: eo accuratius quoque legibus latis consultum apud eos est regum ipsiusque imperii maiestati. Exstat sane in LEGE RIPVARIOR. tit. LXIX. caput: *Si quis regi infidelis exstiterit, de vita componat, et omnes res eius fisco censeantur.* Non minor est CAROLI M. feueritas, qui in *addit. III. ad leg. Sal. §. VII.* et CAPITVL. IV. *anni DCCCC. Cap. X.* nec non LVDOVICI PH, qui in *CAPIT. anni DCCCXXIV. Cap. VI.* eos, qui coniurationis aduersus regem auctores fuerint, si quid inde detrimenti passa sit respublica, capitis damnari, eorumque focios sibi inuicem nares praecidere, \*) et flagrorum ictus infligere iubent; idemque supplicium volunt manere coniuratos, si exitu caruerit consilium; nisi iureiurando adseuerare possent, se id non fecisse prauo consilio.

\*) Mores Constantinopolitanorum sapere videtur hoc supplicium. Nam apud hos frequenter qui deliquerant, solebant *βινονοπειδαι*. Sic NOV. LEON. XXXII. quam et HARMFNOP. Lib. VI. tit. II. §. 14. et 27. laudat, adulterum et adulteram in flagitio deprehensos, iubet *βινονοπειδαι*, eadem-

eademque poena adfectas nouimus mulieres, quae feruili amore bacchabantur. HARMENOP. *ibid.* §. XXV. nec non eos, qui sacris virginibus aut sororibus, aut honestis puellis vitium intulerant. HARMENOP. *ibid.* tit. III. §. III. IV. VI. IX. X. Quemadmodum vero Byzantinis adulteri et stupratores porissimum hanc poenam dabant: ita gentes occidentales, ubi semel imitari eos coeperant, et alios reos hac poena adficiabant. Probari id potest ex LEGIBVS WISIGOTHIC. *Lib. XII. tit. III. §. IV.* et LANROB. *Lib. I. tit. XXV. §. XXI.* CANVTI *Anglosax. Cap. XXVII.* Add. CAR. DV FRESNE *glossar. Lat. voce denasatus p. 55. Tom. II.*

## §. CXXIX.

Et has leges acriter exercuerunt Franci, Qui le- non modo aduersus priuatos, sed et aduer- ges has sus duces et comites, si qui eorum hostili acriter animo essent in reges et rempublicam. \*) So- exercue- li episcopi iam ita fraena momorderant, vt aduersus maieſtatis reis non nisi in coepiscoporum syno- omnes, do dies diceretur, ac proinde raro aliam praeter- poenam pati tenerentur, quam vt priuati sa- quam e- cerdotio mitterentur in exilium, vel monaste- piscopos. rio cuidam includerentur. Pertinet huc exemplum Aegidii, Remensium Episcopi apud GREG. TVRON. *hist. Lib. X. Cap. XIX.* de quo plura differit NIC. HIER. GVNDL. *singul. ad leg. maieſt. Cap. II. §. VI.*

\*) Sub Merouingis enim, si periculosa videretur publica tanti criminis persecutio, perduelles saepe per insidias e medio tollebantur, ceu idem GVNDL. *ibid.* probat exemplo Mangualdi et Rauchingi apud GREG. TVRON. *Lib. VIII. Cap. XXXVI. et Lib. IX. Cap. IX.* At si nulla erat causa metuendi potentiam coniuratorum: publice etiam animaduertere in reos, non dubita-

bant. *CONR. de iudic. reip. Germ. §. XXIII.* Exemplum Alethei patricii est apud *GREG. TVR. hist. Lib. IV. Cap. VI.*

## §. CXXX.

Qualis fuerit perduellium poena?

Quamuis vero capitali supplicio digni viderentur perduelles: illud tamen, quale fuerit, in legibus Francorum non exprimitur. Aliquando lapidibus obrutos esse tam sacros homines, legimus. *GREG. TVRON. hist. Lib. IV. Cap. XLIV.* *AIMON. de gest. Franc. Lib. III. Cap. XCIII.* Aliquando aliud supplicii genus eos manebat. *CHRON. MOISSIAC. ad ann. DCCXCII.* Aliquando in vniuersam familiam saeuitum est, veluti in Eberuulfi progeniem. *GREG. TVRON. hist. Lib. VII. Cap. XXI.* Aliquando tamen, si vitae miserorum hominum parcendum videretur, vel oculos eorum effodiebant, vel eos detonsos relegabant in monasterium. Quod supplicium ab ipsis regiae stirpis principibus sumtum esse, ex Francorum annalibus tam notum est, quam quod notissimum.

## §. CXXXI.

Frequentissimum hoc crimen apud Francos.

Sed non impediuit publica illa feueritas, quo minus perpetuis huiusmodi motibus concuteretur Francorum imperium, siue populi genius natura ferretur ad rerum novarum studium, siue oppressi a Francis Galli, quibus in turbido erat consilium, ciuitatem miscerent, siue ipsa potentia, cum impotente regnandi cupiditate coniuncta, animos maiorum



rum domus et ducum ferociores ad seditiones inflammaret. Postremum vel ideo opinabile est, quod et maiorum ducum potentiam suppressit altera stirps regum Francorum, et Carolus M. ducum dignitatem paulatim vel aboleuit, vel eorum saltem formidolosam reip. potentiam callide fregit. Vid. HERTZ *de orig. et progr. special. Rom. Germ. imp. rer. publ.* §. V.

## §. CXXXII.

LEX BAVARIONVM lex nihil habet, quod ad crimen maiestatis pertineat. Contra paullo molliore brachio id crimen vindicabant BAIVARIUM, distinguentes tamen, vtrum quis aduersus ducem, an ipse dux aduersus regem Francorum, hostili animo fuisset. De priore casu ita LEX BAIUVAR. tit. II. Cap. III. §. II. et sequ. *Si quis seditionem excitauerit contra ducem suum, quod Baiuuaris CARMVLVM \*) dicunt, per quem in primis fuerit leuatum, componat DC. solidos. Alii homines, qui eum sequuti sunt, illi similes; et consilium cum ipso habuerunt, vnusquisque cum CC. solidis componat. Minores populi, qui eum sequuti, et liberi sunt, cum XL. sol. componant, vs. tale scandalum non nascatur in prouincia.*

\*) CARMVLVM vox Germanica est, quippe Bauarica. LINDENBROGIUS in glossario p. 1322. id interpretatur per Germanicum *scharmützel*, quem sequutus est CAR. DV FRESNE, nisi quod; ignarus linguae Germanicae, existimat, Germanos velitationem vocare *schaer-mutse*, quum morionem potius ita adpellare soleant, multumque differant *ein schaermutze* et *scharmützel*. At quid velitatio

commune habet cum feditio? et cur hanc Baiari vocassent *ein scharmützel*? Itaque vocabulum potius compositum videtur a Germanico *kar* vel *char*, et *mulen* vel *schmollen*. Prius <sup>KAR, CHAR vel CHARA, RABAN. MAVRVS in glossa,</sup> a DIECMANNO edita, interpretatur *feralia*, ubi erudite addit DIECMANNVS, ita dicta etiam esse omnia crimina et scelera, poena capitali expianda, quaeque efficerent, ut malefici noua pompa ad mortem ducerentur. Vnde et dies emortualis Christi etiamnum dici solet *der charfreytag*, et pacis violatio supplicio digna in ipsa LEGE SALICA tit. XX. §. III. et IV. est *charfrido*. MVLEN. vero, pro quo posteri dixerunt *smollen*, (quemadmodum pro *mietan schmieten*,) est irasci, indignari, adeoque *carmulum* est indignatio supplicio ferali digna aduersus principem vel rempublicam. Ita explicauerim ergo vocabulum, nisi alius certiora adferat.

### §. CXXXIII.

Cui non  
obstat  
alia atrocior.

Quum ergo DC. solidorum poena tantum delictum expiaretur: merito quaesueris, qui fiat, ut inter tres causas, ob quas TASSILO Dux in *decret. §. VIII.* aliquem hereditate sua priuari posse statuit, referat etiam *iniuriam principis*? Sane inde colligere quis posset, veteri isti legi alia quadam recentiore derogatum esse, cautumque, ut perduellionis crimen, etiam aduersus ducem admissum, vel morte, vel publicatione bonorum, vel utraque lueretur. Sed iste locus intelligendus est de atrociori facinore, de quo eodem tit. II. Cap. I. §. I. sequ. agitur. \*)

\*) En verba: *Si quis contra ducem suum, quem rex ordinavit in prouincia illa, aut populus sibi elegerit ducem, de morte eius consiliatus fuerit, et exinde probatus negare non potest: in ducis sit potestate*

estate homo illo, et VITA illius, et RES eius infiscen-  
 tur in publico. Et §. III. Vt nullus Baiuarius  
 eodem aut vitam sine capitate crimine perdat, id  
 est, si aut in NECEM ducis consiliatus fuerit, aut  
 inimicos in prouinciam inuitauerit, aut ciuitatem  
 capere ab extraneis machinauerit, et exinde proba-  
 tus inuentus fuerit, tunc in ducis sit potestate vita-  
 e ipsius, et omnes res eius, et patrimonium. Reliquis  
 rebus tantum multa lege statuta exigebatur,  
 et si soluendo non esset reus, in seruitutem  
 redigebatur. Id enim sibi vult §. V. Si vero non  
 habes, ipse se in seruitute deprimat, et per singu-  
 los menses vel annos, quantum lucrari quauerit,  
 persoluat, cui deliquit, donec vniuersum debitum  
 restituat.

### §. CXXXIV.

Quid vero, si ipse dux a rege Francorum Lex eo-  
 deficeret? Tunc sane paullo acriorem poe- rumdem  
 nam statui oportere creditum est. LEX BAIU- de cri-  
 VAR. tit. II. cap. IX. Si quis autem dux de pro- mine  
 uincia illa, quem rex ordinauerit, tam audax, laesae  
 aut contumax, aut leuitate stimulatus, seu maesta-  
 proteruus et elatus, vel superbus atque rebellis tis re-  
 fuit, qui decretum regis contemserit, donatum giae.  
 dignitatis ipsius ducati careat etiam, et insuper  
 spem supernae contemplationis, \*) sciat, se esse  
 condemnatum, et vim salutis amittat.

\*) Ita editio LINDENBROGIANA. Quum verò tam  
 barbare alias vix scribat legis istius auctor, me-  
 rito sequimur potius lectionem HEROLDI, apud  
 quem tit. X. haec verba ita se habent: donato  
 dignitatis ipsius ducatu careat, etiam et insuper  
 spe supernae contemplationis. sciat se esse condi-  
 natum, et vim salutis amittat. Quae sane et  
 magis Latina sunt, et sensum fundunt idoneum,  
 vti paullo post adparebit.

## §. CXXXV.

Eius ex-  
plicatio  
falsa.

Et hunc quidem locum ita intellexisse videtur NIC. HIER. GVNDLING. *ling. de lege maieſt. Cap. II. §. VIII.* ac ſi dux, regi rebellis, ducatu priuatus *ad ſupernam contemplationem*, id eſt, vitam monaſticam, damnari iubeatur. Quamobrem mirum videtur viro docto, Taſſilonem, laeſae maieſtatis accuſatum a Boioariis, noxaeque conuictum, vno omnium adſenſu laeſae maieſtatis reum capitali ſententia damnatum, vix precibus impetraſſe, vt attonſus in monaſterium daretur. ANNAL. REYBER. *ad ann. DCCLXXXVIII.* Demum ergo ſe inde hoc modo expedit, *Boios quidem accuſaſſe principem ſuum, ſed Francos eum, tamquam reum maieſtatis, capite ſtauiſſe more ſuo plectendum, donec ipſe ad legem antiquam Boicam prouocans, tonſa tandem coma ad vitam ſolitariam, Caroli indulgentia, ad mentem veteris legis transferretur: cui coniecturae haud parum fauere* REGINONEM videri.

## §. CXXXVI.

Verus  
legis in-  
telle-  
ctus.

At nec REGINO huic coniecturae fauet, \*) et illa ne opus quidem fuiſſet, ſi paullo accuratius pro eo, ac decet, verba legis expendiſſet celeberrimus GVNDLINGIVS. Eorum enim hic ſenſus eſt: ducem rebellem non modo *donato ducatu cariturum*, verum etiam omni ſpe *ſupernae contemplationis*, ſeu vitae monaſticae, ad quam alioquin illuſtriorum natalium principes damnari ſolebant; quin eum potius *condemnatum iri*, et *viam ſalutis amiſſu-*

*amissurum*, id est, capitalem in eum latum in sententiam, sine spe veniae. Hic vero generum legis sensus est, quam male interpretatus est vir doctissimus,

Operae pretium fuerit ipsa hic dare verba REGINONIS, quae coniecturae suae fauere credidit laudatus GVNDLINGIVS. Ita vero ille ad ann. DCCLXXXVII. Anna dominicae incarnationis DCCLXXXVIII. rex congregavit synodum in praefata villa, (Ingelheim,) ibique venit Thassilo. Coeperunt autem eum Bavari accusare, quod fidem praemissam violasset, suadente uxore Luitburga. Obiecta vero Thassilo denegare non potuit, sed conuictus est, ad Auaros transmississe, et in vitam fidelium regis consiliatum fuisse. Ad ultimum tamen confessus est, se dixisse, si decem filios haberet, omnes mallet amittere, quam ita manere, sicut iurauerat. Ex iis et aliis multis ab omnibus diiudicatus est ad MORTEM. Et quum omnes CAPITALEM SENTENTIAM proclamarent: rex MISERICORDIA motus, et, QUOD CONSANGVINEVS eius esset, obtinuit ab ipsis Dei et suis fidelibus, ne moreretur. Interrogatus ergo a rege, quid agere vellet, terrae prostratus, licentiam in monasterium intrandi expetit, ut ibi peccata sua deplorare potuisset. Similiter et filius eius, Theodo, fecit. Igitur attonsi sunt, et in monasterium missi. Haec REGINO, in quibus ego quidem nihil, quod coniecturae viri doctissimi faueat, deprehendo. Feralem sententiam pronunciauerant synodi patres, veniamque non Thassilo rogauit, sed rex, qui vix eam impetrauit, ideo, quod in LEGE BAIUVAR. diserte scriptum est, ducem rebellem viam salutis amissurum. Praeterea non hic legas, ducem prouocasse ad legem Baiuuaricam, sed Carolum M. id dedisse necessitudini et cognationi, ut merito mireris, haec pro se interpretari potuisse GVNDLINGIVM.

## §. CXXXVII.

**Lex Boiorum de filio patri duci rebel- li.** Erant tum tempora, quibus et filii saepe arma aduersus patres ideo corripiebant, quod habere, quam exspectare, mallent imperium. Exempla sane ipsi Francorum annales, maxime alterius stirpis, quamplurima suggerunt. Ne ergo et apud Boioarios id contingeret; eorum lege *tit. II. cap. X. §. 1. sequ.* cautum est, vt filius, patri rebellis, omni spe successionis excideret, nec ex hereditate paterna quidquam, nisi quod pater sponte dederit, caperet, sed mortuo patre, illi reliqui fratres, quin horum nullo superstite, is, cui rex prouinciam mandasset, praeferrerentur.

## §. CXXXVIII.

**Lex Alamannorum de perduellibus.** Progredimur ad ALAMANNOS, quorum lex Boica paullo est benignior. Nam siue quis aduersus ducem cum aliis coniurasset, siue gentem barbaram sollicitasset, vt facta irruptione ferro flammisque in ciues saeuirent: non abscisse capitis damnabatur, sed priore casu aut VITAM perdebat, aut se REDIMERE cogebatur, prout principes populi iudicassent. LEX ALAM. *tit. XXIV.* Posteriore, de quo *tit. XXV.* agitur, itidem aut VITAM perdebat, aut eundem erat in EXSILIVM, ubi dux mitteret, \*) eiusque substantia a fisco occupabatur.

\*) De iis, qui in ipsum regem hostili essent animo, nihil hac lege Alamannorum fancitur. Eandem tamen poenam et illos dedisse, satis adparet ex iis, quae de Erchangelo et Berchtoldo, comitibus vel camerae regiae in Alamannia nunciis

cū, veteres referunt annales. Eos enim in comitiis Moguntinis, *reos maiestatis lege pronuncia-*  
*tos*, et *Lagelhemii adseruatos*, scribit ECCARDVS *de*  
*cas. S. Galli p. 16.* vsque dum EXILIO aut MORTE  
*penitentur.* At isti postea sub Conrado I. Re-  
 ge capite plexi sunt, quum, non emendati mi-  
 tiore exilii poena, ad ingenium rediissent, ob-  
 stante tamen eodem ECCARDO *p. 18.* *damnaris*  
*inducias a rege rogasse Salomonem, Episcopum*  
*Constantiensem; vt, si fieri posset, EXILIUM a re-*  
*ge impetraret.* Eorundem comitum bona o-  
 mnia a fisco occupata, et postea Burcardo, Sue-  
 uiae duci, in beneficium data esse, praeter do-  
 rem Berthae, *quae viro suo non adsererat*, idem  
 ECCARDVS *l. c.* prodidit memoriae: ex eoque con-  
 ficitur, feminas quoque non impune tulisse hoc  
 perduellionis crimen, si participes fuissent viro-  
 rum audaciae.

### §. CXXXIX.

Exstat in eadem lege *tit. XXXV.* caput de fi- Et spe-  
 lio ducis, patri rebeli, quod ipsum quoque *ciatim*  
 notatu non indignum videtur. Crimen *de filio*  
 enim in eo ponitur, si filius, siue suo furore, *patri re-*  
 siue prauo aliorum consilio, in tranuersum *belli.*  
 actus, patre praeripere dignitatem conetur, et  
 ei quidem patri, *qui adhuc potens sit, et*  
*utilitatem regis possit facere. id est, exercitum*  
*gubernare, equum adscendere, utilitatem re-*  
*gis implere.* Poena vero in hunc eadem sta-  
 tuitur, quam supra in LEGE BAIUVARIORVM  
 deprehendimus, puta vt exfors esset pater-  
 nae hereditatis, et, si alius non superesset  
 heres, liceret regi, vel cuilibet, vel filio isti  
 immorigero, si vitia adolescentiae tanto ma-  
 ioribus virtutibus emendasset, paternam il-  
 lam prouinciam dare.

### §. CXL.

## §. CXL.

Leges  
Saxo-  
num.

Superfunt in Germania magna diuturno difficillimoque bello victa quam perdomiti, quibus semper in esse consilium, eo magis suspicabantur, ci, quo facilius tot cladum, re adcente, meminerant. Hinc eorum quae Carolum M. auctorem habere cre- tit. II. §. I. cauetur, ut, qui in regnum regem Francorum, vel in filios eius, de consiliatus fuerit, capite puniatur \*) et in PITVLATION. de partib. Sax. §. X. Si qu- mino regi infidelis adparuerit, capitali se- tia punietur. Ceterum cum hoc supp- capitali et bonorum publicationem coniuñctam, vel Ecberti, Saxoniae mar- nis, exemplum apud HEDAM. rer. Vltraie 189. fatis superque confirmat.

- \*) Diu post Carolingorum imperium, viguit le- maiestatis Saxonica, Ex ea enim circa MLXX. capitis damnatus est Otto, Baui- rum dux, quia ipse gentè Saxo, quippe de Northeimensium comes, esset. Rem refer- PERTVS SCHAFFNAB. ad d. ann. MLXX: Pe- inquit, die rex principes Saxoniae, quod oriundus esset, et hi propter priuatàs inimic- maxime inuisum haberent, sententiam super- ganit, qui eum, tamquam manifesti criminis- prehensum, reum maiestatis iudicauerunt, et- peretur, CAPITALI in eum SENTENTIA animadae- dum fore, decreuerunt. Nimirum vnusquis- non ex eius prouinciae, in qua sibi penates- stituerat, vel vbi rerum potiebatur, legibus, sed in illa prouincia, vnde oriundus erat, ex eius- que legibus, damnabatur, ac proinde multo post Henricus Leo, Saxoniae ac Bauariae dux, iniuria



in iura se damnatum esse, adseuerabat, quod quum de Suecia oriundus esset, conuictus tamen non esset in terra natiuitatis suae. ARN. LVBEK. Chron. Slav. Lib. II. Cap. XXIV.

## §. CXLI.

Denique ne LANGOBARDOS hic sicco pede Et Lan-  
praetereamus, eorum quoque legibus capi- gobar-  
tate fuit perduellionis crimen; et simul cum dorum.  
publicatione bonorum coniunctum. Nam  
Lib. I. tit. I. §. I. sequ. haec poena statuitur in  
eos, qui contra animam regis cogitauerint,  
aut consiliati fuerint, qui foris prouincias fuge-  
re tentauerint, qui denique inimicum publicum  
intra prouinciam inuitauerint, aut introduce-  
rint. Deinde et sequentibus §. IV. et V. Ro-  
tharis, rex, vltimum supplicium sed sine bo-  
norum publicatione minatur iis, qui scame-  
ram \*) intra prouinciam celauerint, aut anno-  
nam dederint, vel foris in exercitu seditionem  
leuauerint contra ducem suum, aut contra  
eum, qui ordinatus sit a rege ad exercitum gu-  
bernandum, aut aliquam partem exercitus se-  
duxerint.

\*) Vocabulum SCAMERA, teste GLOSSA veteri, explo-  
ratorem notare, obseruat LINDENBR. in glossario  
p. 1475. additque, similem, at diuersam tamen,  
vocem occurrere apud IORNANDEM in rebus Geti-  
cis, EYGIPPVM in vita S. Severini, et MENANDRVM  
libro de legationibus. Sed apud MENANDRVM quo-  
que occurrunt σκαμαρες, quemadmodum a-  
pud EYGIPPVM cap. X. scamares, et apud IOR-  
PANDEM Cap. LVIII. scamara, vt dubitare nefas sit,  
vnam eandemque hanc vocem esse, nempe  
Germanicam schauer, a schauen speculari vel  
explorare. Sane in SCHULTERI thesauro antiqu.  
Teut.

*Teut. Vol. III. p. 710. lego: Scouuari prospectator Gloss. Monf. p. 355. Sunt vero vocabula iuris Langobardici pleraque Germanica, sed ob pronuncitionis diuersitatem corruptissima.*

## §. CXLII.

Henrici  
II. Impe-  
ratoris  
lex Lan-  
gob. de  
crimine  
maiestatis.

Quum vero postea, quam regnum Langobardicum sibi imperatores et reges Romani quaesiverant, gens ferocissima cum his perpetuum fere bellum gereret: fieri non poterat, quin acrioribus legum vinculis constringeretur, ac proinde imperatores veterem illam legem maiestatis subinde in usum reuocarent. Sic exstat Henrici II. constitutio, complexa leges, Francicis et Langobardicis additas, apud ECCARDVM *ad leg. Sal. p. 200. cuius §. VI. de sprete maiestate ita cauet: Omnem decoris ac solertiae imperialis ac praesentiae contemptorem \*) capitali damnate sententia conuenit.*

\*) Verba haec indicio sunt, iniuria aliqua a Langobardis adfectum praesentem Imperatorem hanc legem tulisse, quamvis alioquin ad clementiam, quam seueritatem, procliuiorem. Qua in re vero peccarint, ignorare nos non patitur ADELBOLDVS, qui in *Vita Henrici II. §. XXXVII. sequ. apud LEIBNIT. Tom. I. p. 438. sequ.* pluribus narrat, quanta proteruia Langobardi ipso coronationis die palatium imperatoris inuaserint, et tum ipsum, tum principes, expeditionis comites, omni iniuriarum genere lacessuerint. Quamvis vero testetur ADELBOLDVS *Cap. XL. ciues Papienses, tanti sceleris auctores, imperatorem, ut indulgeret ebrietati, obnixè precatos, factamque eis esse remissionem, factam indulgentiam: id tamen non impediuit, quo minus Imp. sibi ac successoribus in futurum caueret, lataque hac lege,*  
vel

vel supplicii metu homines vaecordes in officio  
contineret.

§. CXLIII.

Et haec quidem de antiquissimis gentium Germanicarum legibus dicta sufficiant. Insequente aevo mansisse eum rigorem, per multis exemplis probauit GVNDLING. *singul. de crimine mai. Cap. II. §. XVII. sequ.* ubi simul obseruauit §. XX. non ideo in desuetudinem abiisse capitale supplicium, quod aliquando peruelles canes humeris gestare cogentur, de qua *новоПоета*, ut alios iam praetermittamus, ex instituto egit HENR. BANGERT. *ad Arnoldi chron. Slav. Lib. VII. Cap. II.* Nam et militaris erat haec poena, nec a supplicio capitali reos liberabat, sed illud praecedebat, tamquam symbolum fummae infamiae. \*)

Canum portatio non tolerabat supplicium capitale.

\*) Patet id ex GVNTHERI *Ligur. Lib. V.*

*Quippe vetus mos est, uti, si quis rege remoto, Sanguine, vel flamma, vel seditionis apertae Turbine, seu crebris regnum vexare rapinis Audeat, ANTE grauem, quam FVSO SANGVINE*

*poenam*

*Excipiat, si liber erit, de more vetusto Impositum scapulis ad contigui comitatus Cogatur per rura canem consinia ferre: Sin alius, sellam.*

Nec aliter OTTO FRIS. *de gest. Fridrici I. Lib. II. Cap. XXVIII.* Denique vetus consuetudo pro lege apud Francos et Suenos inoleuit, ut, si quis nobilis, ministerialis, vel colonus, coram suo iudice pro buiusmodi excessibus reus inuentus fuerit, ANTEQVAM MORTIS SENTENTIA PVNIATVR, ad confussionis suae ignominiam nobilis canem, ministerialis sellam, rusticus aratri rotam de comitatu in proximum comitatum gestare cogatur. Itaque haec *новоПопис*

non magis tollebat supplicium capitale, et virginitas apud Romanos, qui more maiorum supplicium funere dicebantur, quoties virgis caecos securi percutiebant.

## §. CXLIV.

Carolus  
IV. Imp.  
legem  
Arcadii  
aureae  
bullae  
insevit.

Quin tantum abest, vt extincto Caroli  
rum imperio mitius actum sit cum iis, qui  
hostili animo essent aduersus rempublicam,  
vt non contenti imperatores legibus patri-  
diram istam Arcadii *l. 5. C. ad leg. Jul. maie-*  
*statis* paulatim publicis sanctionibus stabilierunt.  
Carolus sane IV. illam Arcadii constitutionem  
insevit AVREAE BULLAE tit. XXIV. apud  
paene eius constitutionis verba retinuit,  
nisi quod, quae de maiestatis crimine aduersus  
*viros illustres, qui consilii et consistorii*  
*imperatoris intersunt, vel senatores,* admissa sunt  
Arcadius, ea Carolus IV. Imp. ad electores  
imperii retulit, voluitque, vt et in illos cri-  
men laesae maiestatis admissum esse, iudice-  
tur. In causas huius sanctionis inquisiuit il-  
lustris academiae nostrae cancellarius,  
PETR. A LVDEWIG. *in comment. in aur. bullae*  
*Tom. II. d. tit. XXIV.*

- \*) Equidem antiquius aurea bulla est IVS PROV. SAE.  
quod *Lib. II. Art. XIII.* videtur mentionem indu-  
cere criminis laesae maiestatis, dum de prodito-  
ribus sancit: *Verrätber und mordbrenner, oder*  
*die ihres herrn bothschafft werben zu ibren from-*  
*men, oder von eines andern wegen, die soll man*  
*alle radebrechen.* Sed in IVRE PROV. SVEV. Cap.  
CXIV. vbi eadem sanctio occurrit, accuratius ex-  
plicatur, qui ibi proditores intelligantur, puta  
qui alterius famam differunt de criminibus nefan-  
dis: *Verrätber heissen wir die, die mit red ei-*  
*nem*

man zuhant, und daß sie ihn sagen, daß er von der christenheit sey, also; das sy sagen, er sey ein sodomita, oder er habe das vieh geupraint, oder er sey ein ketzer, mügen sy das nicht auf in ertzweigen, so sol man in radsbrechen.

## §. CXLV.

Nec minus lata est acceptio vocis *verrätheroy* in ipsa NEMESI CAROLINA art. CXXIV. ubi ultimo supplicio plecti iubentur, die mit bößhafftiger verrätherey gemißhandelt, illique leiunguntur a perduellibus, deren verrätherey grossen schaden, oder ärgerniß bringen möchte, als die, so ein land, stadt, seinen eignen herrn, bettgenossen, oder nahe gesipten freund beträffe. Illos illasque, si masculi sint, in quatuor partes difsecari iubet legislator, et quidem der gewonheit nach: \*) sin feminae, in aquis suffocari: his idem supplicium statuit, sed ita vt asperius reddatur variis modis, veluti durch schleiffen, oder zangenreissen. Denique et aliquando mitigandum supplicium, corpusque rei non viui et spirantis, sed iam gladio percussi, in partes difsecandum esse, statuit Imp. iudicesque et hoc casu peritiores consulere debere, monet, impunitate simul promissa indicibus ipsisque delicti sociis, qui rem ad magistratum detulerint.

Sanctio  
constitu-  
tionis  
crimina-  
lis Caro-  
linae.

\*) Ex quo patet, non nouum hoc esse supplicii genus, et a Carolo V. demum intentum, sed iam antea hunc morem inoleuisse in Germania. Saltim de superiore Germania id ex BEATO RHE-  
NANO probat vir celeberrimus, PAVLL. KRESI.  
not. ad d. art. CXXIV. §. I. not. \*) 3. Quin, si consensus plerarumque originis Germanicae gen-  
tium moris antiqui indicium certissimum est,

(*Lib. I. §. XIV.*) non possumus profecto dubitare, quin tali mori originem debeat durum illud supplicium. Idem enim supplicium obtinet in Anglia, si quis prodicionem maiorem admiserit, quamvis huic dissectioni praemitti ibi solet tractio ad locum supplicii, suspendium, nec tamen ad suffocationem usque, abscissio virilium, euulsio intestinorum et cordis, eorumque in pyram iniectio, de quibus plura IO. COWELL. *Instit. iur. Angl. Lib. IV. tit. XVIII. §. 8.* Ita et in Francia regicidas in quatuor partes distrahi totidem equis, in diuersum iter concitatis, notum est. GREG. THOLOS. *Syntagm. iur. Lib. XXXV. Cap. I. n. XXXVI.* In Belgio eodem modo saeuitum est in Balthas. Gerardum, sicarium, manus prius exultione et forcipum candentium laniena excruciatum. SIM. VAN LEEVWEN. *conf. for. Part. I. Lib. V. Cap. II. n. IV.*

### §. CXLVI.

Vfus harrum legum hodiernus. Et haec quidem sunt, quae legibus Germanorum de crimine perduellionis, maiestatis strictius acceptae, et prodicionis, cauta esse animaduertimus. De conclusionibus in foro superstitibus eo minus sollicitos nos esse decet, quo rarius a maiorum fide ac virtute adeo desciscunt Germani, vt hostili animo sint aduersus principem vel rempublicam. Si tamen tam nefandum scelus ab aliquo admisum esse dicatur: dubitari nequit, quin NEMESIS CAROLINA iudicantibus pro norma futura sit, \*) quamvis et ea, quae constitutione Arcadii l. 5. C. ad leg. Iul. maiest. de publicatione bonorum, damnanda rei memoria, et filiorum incapacitate et ignominia cauentur, aliquando obseruata esse, doceat experientia.

\*) Horri-

Horribile exemplum huiusmodi supplicii anno  
 Grae Christianae MDLXVII. vidit Gotha, per-  
 uellibus et proscriptis, Guilielmo de Grun-  
 bach, Christiano Bruckio, cancellario Saxonico,  
 illisque tanti malefici lociis, in quatuor partes  
 dissectis. Tragoediam hanc ita describit IO. SEB.  
 MULLERVS in *annal. Sax.* p. 149. Den 18. Apr.  
 1567. geschabe nach vrtheit vnd recht die scharffe  
 execution vorhergenannter reichs-Ächter vff obigem  
 ehvort. Erslich wurde Wilhelm von Grumbach,  
 welcher wegen seiner gicht-beschwehrung nicht  
 wol zu fusse war, auff einem geringen elenden stübl  
 dar fleisch-banck gebracht. Vor ihm her ritte  
 der profos nebst dem malefiz-schreiber. Als er  
 um die schlacht-banck kam, bließen ihn nach  
 kriegs- und malefiz-gebrauch acht trompeter an  
 --- hierauff wurde er ausgezogen, niedergelegt,  
 angenagelt, vnd lebendig gewirttheilet. Der scharf-  
 richter riß ihm vorerst das hertz aus dem leibe, vnd  
 schmiss es demselben mit diesem worten vmb das  
 mau: Siehe Grumbach dein falsches hertz. Hier-  
 auff vnd zum andern ward Canzler Bruck in ei-  
 nem langen schwartzen mantel nebst einem stroh  
 auff dem busche hervorgebracht, gleichfals mit dem  
 trompeten-schall benüentiret, vnd mit zertheilung  
 seines körpers, wie Grumbach, in vier stück vons  
 leben zum todt gemertzert. Nach solchem kam  
 drittens Wilhelm von Stein, welcher, weilens  
 Grumbach selbst gestanden, das er ihn verführet  
 habe, vnd vrsach an seinem todt sey, erstlich mit  
 dem schwerde gerichtet, vnd sodann ebenmäsig  
 gewirttheilet wurde. Supplicium eodem die sum-  
 tum est a Dauide Baingartnero, et Ioanne Beye-  
 ro, sed quum ille gladio percussus, hic in fur-  
 cam actus sit: plura de illis addere nihil atti-  
 net.

## TIT. XXIV.

DE ADVLTERIO, STVPRO, ALIIS-  
QVE CRIMINIBVS, QVAE APVD RO-  
MANOS EX LEGE IVLIA DE  
ADVLTERIIS VINDICA-  
BANTVR.

## §. CXLVII.

Transi-  
tio ad  
crimina,  
quae lex  
Iulia  
vindicat.

**P**roxima sunt ea flagitia, quae apud Ro-  
manos primum vindicauit LEX IVLIA *de*  
*adulteris*, \*) de qua HORAT. *Carm.*  
*Lib. IV. od. V.*

*Nullis polluitur casta domus stupris,  
MOS et LEX maculosum edomuit nefas.  
Laudantur simili prole puerperae:  
Culpam poena premit comes.*

Talia sunt crimina *adulterii, stupri, nefandae*  
*Veneris, incestus, lenocinii*, quae quibus poe-  
nis maiores nostri coercuerint, breuiter pro  
instituti ratione ostendemus.

\*) Initio reip. ex Romuli legibus poena adulteriū  
erat praelens, et marito permissa, quippe tori  
violati vindici, καὶ τῷ μεγίστῳ τῆς τιμωρίας  
κυρίῳ, et poenae quantitatis arbitro. DIONYS.  
HALIC. *antiqu. Rom. Lib. II. p. 95.* Sed et Numa  
pellicem aram Iunonis tangere vetuerat: nec igno-  
ra est lex Scantinia, putidae masculorum Veneri  
opposita, de qua v. C. CHRISTIVS *in hist. leg. Scantin.*  
At legis adulteriis et stupris directe oppositae  
ante legem Iuliam non exstat memoria, nisi  
quod clarissimus IO. GVIL. HOFFMANNVS *ad leg.*  
*Iul. de adult. Lib. I. Cap. I. §. XXI. sequ.* ele-  
gantem coniecturam de LEGE quadam SERVILIA  
fortassis etiam CORNELIA cum eruditis commu-  
nicauit,



invenit, quae sane paulo accuratorem mereretur  
disquisitionem, si ad hoc loco fieri posset per  
instituti rationem.

## §. CXLVIII.

Quantam sibi laudem Germani iam inde Fuere  
ab antiquissimis usque temporibus castitate supra in  
ac pudicitia sua pepererint, iam supra ali German-  
quoties observavimus. Sed illa aetate vere nia ra-  
plus apud eos valebant boni mores, quam riora.  
alibi bonae leges. Non temere STYPRIS pol-  
luebantur domus, quia septa pudicitia age-  
bant virgines, nullis spectaculorum illecebris,  
nullis conviviatorum irritationibus corruptae,  
nullis furtivis notis litterarumque secretis ad-  
factae, TACIT. de mor. Germ. Cap. XIX. quin  
adeo confisae pudicitiae suae, ut nulla esset  
membrorum, quibus sexus distinguitur, oc-  
cultatio, sed promiscue viri pariter ac feminae  
in fluminibus perbuerentur, et pelibus aut rhe-  
nomum tegumentis virentur, magna corporis  
parte nuda. CAES. de bell. Gall. Lib. VI. Cap.  
XXI.

## §. CXLIX.

Itaque et LENONIBVS et LENIS non magnus Multo-  
in Germania antiqua quaestus fuit, quia ibi que ma-  
nemo vitia ridebat, nec CORRUMPERE et cor- gis leno-  
rum saeculum vocabatur. TACIT. ibid. Nec cinia, et  
magis NEFANDAE VENERI aliquis erat locus in vitio-  
Germania, cui QUINCTIL. declam. VI. Cap. XVI. nefanda.  
hoc perhibet testimonium: Nil tale novere  
Germani, et sanctius vivitur ad oceanum.  
Quamobrem merito SEX. EMPIRICVS vapulat

viris doctis, quod calumniöse scribere non dubitarit in *Pyrrh. hypotyp. Lib. IV. Cap. XXIV. Παρά Γερμανοῖς ἐν αἰσχρῶν, ἀλλ' ἐν τι τῶν σουνδῶν. Apud Germanos turpis est (masculina Venere vii,) sed unum ex illis quae usu sunt recepta.*

\*) Ergo et hic verum esse adparuit, quod de his scripsit *IUSTIN. bist. Lib. II. Cap. II. Turpius in illis proficit vitiorum ignorantia, quam aliis cognitio virtutis. Nata est monstrata Venus apud orientales, maxime Perfas, ad Graecos in furorem egit, apud quos philosophi, πάθειν αἰσχρῶν ὀνομάτων ἐργασίαν Φοβῆσαι αἰδῶ, ψυχῆς ἀρετὴν ἐλεγονταί τῶν αἰσχροματός ἐνπρέπειαν, οἱ Φιλόσοφοι μᾶλλον ἢ Φιλόσοφοι, adfectibus turpibus verborum praetextentes verecundiam, animi virtutem adpellantes corporis elegantiam, iuuenum amatores, magis quam sapientiae. LUCIAN. amor. p. 203. Tomo IV. Op. Quin Graeci, quos deinde Romani imitati, adeo sibi placebant hoc dedecore, ut Scytharum pudicitiam non nemo laudaret, rareretur Charicles, laudare illum Scytharum solitudinem, ac poenitentia paene duci, quod Graecus esset. LUCIAN. *ibid.* p. 217. At non poenitabat maiores nostros, quod Germani essent, id est, tantae turpitudinis, a qua ipsa natura abhorret, ignari, et hinc ipsa vitii ignorantia castissimi.*

### §. CL.

Nec non  
adulte-  
ria.

Multo minus ergo frequentia fuisse oportet ADULTERIA. Si enim verum est, ut est sane verissimum, praecipua pudicitiae vincula esse viri reuerentiam, abstinentiam a vicio, metumque poenae praesentissimae, facultate uxorem matrimonio mulctandi maritis permissa:

missa: fieri non potuit, quin sacrosancta essent Germanorum connubia, quum et maxima esset patrumfamilias in vniuersa domo auctoritas, et Bacchus Hercyniae ciues fugerent, et suo quisque thalamo illatas iniurias seuerissime posset vindicare. Hinc TACITVS *ibid.* *Paucissima in tam numerosa gente adulteria, quorum poena praesens, et maritis permessa. Accisis criminibus nudatam coram propinquis \*) expellit domo maritus, ac per omnem vicum verberare agit.*

\*) Sunt profecto haec verba notatu dignissima, quippe ex quibus colligere licet, apud Germanos quoque vxori ius dixisse maritum, neque huic necesse fuisse, fatigare magistratum, ac tribunalia clamoribus implere, sed ipsum potuisse, adhibitis in consilium propinquis, vxorem toro expellere, matrimonio mulctare, quin verberibus coercere, ac per omnem vicum agere: ac proinde non fuisse, quod Germani inuiderent Romanis, quibus Romulus ob tres causas dederat ius expellendi vxores, ἐπι Φαρμακεία τίνων, ἢ κλειδῶν ὑποβολῇ, καὶ μοιχευθεΐσαν. Si liberis veneno, sustulisset, clares adulterinas adhibuisset, vel denique admisisset adulterium. PLVTARCH. in Romulo p. 31. Neque enim dubitandum est, quin in Germania omnis iurisdictio omneque imperium in vxorem penes maritum fuerit, modo de propinquorum sententia ferret sententiam. Quod idem de Romanorum iudicio domestico obseruat DION. HALIC. antiqu. Lib. II. p. 95.

### §. CLI.

Seruarunt veterem hanc pudicitiae laudem Wisigothiam etiam posteri, et in his WISIGOTHI, de quibus *antiquissimis* SALVIANVS \*) *de gubern. Dei Lib. VII.* temporibus ob-

castita-  
trem lau-  
dati.

VII. p. 223. *Esse inter Gothos non licet scire  
torem Gothum: soli inter eos præiudicio nota  
nis et nominis perhibentur impari esse Romanis.  
Et quæ nobis, rogo, spes ante Deum est? Impu-  
dicitiam nos diligimus, Gothi exsecramur;  
pudicitiam nos fugimus; illi amant: fornicatio  
apud illos crimen est, et discrimen; apud  
deus. Et extremo illo libro septimo p. 223.  
Apud Gothos impudici non sunt, nisi Romani.*

\*) Non sane credibile est, adulatum Gothis  
SALVIANVM. Ab hoc crimine eum facile ab-  
uit non modo professio et pietas, verum etiam  
internecinum fere odium, quo Gothicum populum  
prosequantur Romani. Immo tanto magis  
supparitari Gothis voluisse SALVIANVM, pro-  
babile est, quanto apertius alibi eorum vitia  
perstringit, in primis perfidiam, corporum  
que induriam barbaricarum foetorem, alia  
eius generis. Sed postea tamen paulatim aliquid  
vitii illis hæsit ex consuetudine cum provin-  
cialibus, ut ostendemus infra §. CLXX.

## §. CLII.

Leges  
eorum  
impudi-  
citiæ  
opposi-  
tæ.

Attamen quum vitia futura sint, de-  
erunt homines, nec, quæ in vniuersâ gente  
laudantur, adeo cadere soleant in singulos,  
ut in tam numerosa gente nemo unquam  
aliquid humani patiat: Germani quoque  
nihil fecerunt reliqui, ut arctiora hominibus  
suis legum vincula iniicerent, poenarumque  
metu continerent in officio, quos impotens  
animus ad foedam libidinem incitaret. Eas  
vero leges ex instituto nostro iustitiam  
paullo accuratius, eamque nobis ipsi legem  
dicemus, ut, quid singulae gentes non mo-  
do

de ADULTERIO, sed et de STUPRO, NEFANDI MATRIS, INCESTU, et LENOCINIO sanxerint, omnia enarremus.

### §. CLIII.

Severi admodum in vindicando adulterio Et qui fuerunt WISIGOTHI. Nam primo non modo violationem tori alieni, verum etiam congressum mariti cum innupta, ADULTERIVM VOCARUNT. \*) Deinde et deprehensum adulterum una cum femina occidendi potestatem fecerunt non modo marito et patri, verum etiam, hoc mortuo, fratribus et patruis. LEG. WISIG. *Lib. III. tit. IV. §. IV. et V.* Præterea accusandi adulteram, ius dederunt non solum marito, eiusque liberis, verum etiam aliis propinquis, et ita quidem, ut accusatoribus lucrum non poenitendum promitterent. *IBID. §. XIII.* Denique, quamvis non supplicium supremum, poenam tamen satis acrem statuerunt in adulteros, de qua paullo post erit dicendi locus.

\*) Iure Romano adulterium in nupta tantum admittebatur, *l. 6. §. 1. ff. ad leg. Jul. de adult. l. 34. §. 1. ff. eod.* ac proinde publico iudicio mulier non habebat adulterii accusationem, quamvis de matrimonio suo violato queri vellet. *l. 1. C. eod.* Ut paucis dicamus, adulterium admittebat vxor, quæ alii, quam viro suo corporis usuram præbebat, non maritus, qui innuptam subagitauerat. At iure Wisigothorum etiam innupta ingenua, quæ alterius marito se substrauerat, vxori, tamquam adultera, addicebatur. LEG. WISIG. *Lib. III. tit. IV. §. IX.* Quin, uti paullo ante monuimus, stuprum quoque adulterii nomine veniebat apud Wisigothos, quemadmodum et legem Iuliam

Iuliam *adulterium stuprum* promiscue et *καταχρηστικῶς* adpellasse, obseruat PAPIANVS l. 6. §. 1. ff. ad leg. Iul. de adult.

## §. CLIV.

Cuius  
poena  
ordina-  
ria addi-  
ctio ad-  
ultero-  
rum.

Nimirum poena adulterii ordinaria erat ADDICTIO NON MODO PERSONARVM, quae se eo flagitio polluerant, sed et aliquando *facultatum*, quas possidebant. Addicebatur adulter et adultera marito adulterae, mulier in-nupta, quae cum alterius marito consuetudinem habuerat, huius vxori: si, coniuente marito, liberi, fratres, patruī, immo et fisci procurator accusarent adulterium: adulteri his addicebantur, non quidem abscisse in seruitutem, sed vt illorum in arbitrio esset, quam poenam iis irrogare vellent. \*) Id enim sibi volunt verba: *vt in eius potestate vindicta consistat*: itemque: *vt, quod de iis facere voluerit, in eius proprio consistat arbitrio*.  
LEX WISIG. *ibid.* §. I. III. IX.

\*) Hinc flagitii istius conuicti in seruitutem quidem poterant detrudi, membro truncari, flagellis caedi: solae saeuitiae illorum, quibus addicti fuerant, eximebantur animae. Ita LEX WISIG. *Lib. III. tit. IV. §. XIII.* Tunc adulter, siue etiam adultera, qui hoc scelus conuicti fuerint commississe, cum omnibus rebus incunctanter illis tradendi sunt seruituri, qui hanc caussationem secundum institutionem legis visi fuerint iustissime prosequi, SALVIS tantum ANIMABVS, quas ad lamenta poenitentiae pietatis indulgentia reseruamus, ea tamen, quae in detruncatione vel flagello corporis in eis impertire voluerint, licentiam per huius legis sanctionem decernimus. Cuius loci is sensus est, posse quidem eum, cui adulter vel adultera addicti essent, in eorum corpus statuere, quod velle, nec

nec tamen iis impedimento esse, quo minus in monasterium secedere, ibique pietatis exercitiis peccata expiare possint. Sane illo aeuo nec clerici, nec claustris, exclusos esse, qui vitandi periculi ac supplicii causa eo confugissent, exemplis quamplurimis demonstrauit LVD. THOMASIN. de *bet. et non. eccl. discipl. Part. II. Lib. I. Cap. XXVII. et XXVIII.* inter quae et Wisigothica sunt, quae partim ex GREG. TVR. *hist. Lib. VI. Cap. XLIII.* partim ex CONCILII TOLETANI VIII. *can. VII.* depromsit.

### §. CLV.

Quin illa additio non modo ad PERSONAS, adulterio pollutas, verum etiam ad eorum FACULTATES, pertinebat. Quae in re tam-  
Et facultatum eorum.  
 men eam seruabant *diuisiv*, vt si liberos legitimos haberent, iis salua esset parentum substantia, sin iis carerent, omnis eorum substantia simul ad eum eamue, quibus addicebantur, transiret. Si adultera bis nupsisset, liberis e priore matrimonio seruabatur portio sua, liberi quoque ex posteriore marito suscepti suam portionem saluam habebant, quod ad proprietatem attinet, vsum fructum patre, quoad viuebat, percipiente, nisi forte cum vxore adultera postea rem habuerit. Quin et propinqui mariti adu-  
 teram, liberis adhuc impuberibus, accusantes quintam bonorum eius partem lucrabantur, quatuor partes liberis legitimis cedebant. LEX WISIG. *ibid. §. I. III. XII. et XIII.*

### §. CLVI.

## §. CLVI.

Sponsae  
alienae  
violatio  
vt adul-  
terium  
puni-  
tum.

Eadem severitate animadvertebant metum, qui sponsam alterius corruperat, ipsamque sponsam, quae oblita officii, stuprum ab alio passa fuerat. \*) Vtramque enim personam addicebant sponso laeso; cum vtriusque facultatibus, nisi liberos legitimos ante id stuprum sustulissent. LEG. WISIG. *ibid.* §. II. Contra si ancillam alterius quis corrupisset volentem: huic dominus, quam vellet, poenam irrogabat, ille siue ingenuus, siue servilis conditionis esset, pro conditione ancillae \*) certum ictuum numerum flagellis patiebatur. LEX WISIG. *ibid.* §. XV. XVI.

\*) In servorum conditione, iure Romano, nulla erat differentia: §. *ult. Inst. de iure pers.* at, ius WISIGOTHICVM discrimen statuit inter ANCILLAM IDEONEAM ET INFERIOREM, et ob illam constupratam ingenuus verbera centum; ob hanc quinquaginta sine infamia; servus vtroque casu centum et quinquaginta ferebat. LEX WISIG. *ibid.* §. XV. Sed hoc discrimen fortassis non tam ad statum, quam ad locum, quem in familia domini obtinebat, pertinuerit. Ancilla ergo idonea fuerat, quae honestiores operas praestaret, veluti dominae pedisequa vel ornatrix, vel dispensatrix; inferior, quae latrinam lauabat, aliisque vilioribus officiis domiungebatur.

## §. CLVII.

Leges  
eorum  
de stu-  
pro.

STUPRVM vocabulo apud WISIGOTHOS non differebat ab adulterio. Poena tamen paullo erat mitior. Nam si puella vel vidua ad stuprum sollicitata esset, haec quidem hereditatis parentum exfors erat, nisi hi ei gratiam delicti



delicti facere molenti; et stupratori fas erat, vel eam uxorem ducere, dato parentibus pretio, vel cum ea, oblata pecuniae summa, transigere. \*) Sin non sollicitata, sua sponte, alteri vsuram corporis praeuisset: licebat quidem stupratori, si vellet, eam uxorem ducere, at si nollet, non vlla erat stupratae actio. Suae enim imputare debebat culpa, quod se adulterio volens miscuerit. LEG. WISIG. *ibid.* §. VII. VIII.

- \*) Vere ergo et wisigothi receperunt regulam: aut ducat, aut dotet, quum tamen *Exod. XXII, 16.* et *Deut. XXII, 28.* stuprator et dotare et ducere stupratam cogeretur, et huius tantum patri arbitrium esset, velletne eam nuptum stupratori dare, an dotem accipere. At quum inter leges foederis fuerit hoc praeceptum: licuit sane legislatoribus illud suarum rerum publicarum statui populorumque moribus attemperare.

### §. CLVIII.

Indigni origine Germanica fuissent Wisigothi, nisi et NEFANDAM VENEREM, cuius illis fortassis exempla in prouinciis, per quas arma circumtulerant, plurima innotuerant, poenis acerrimis dignam iudicassent. Si quis ergo sexu esset abusus; eum virilitate priuatum leges episcopo *ad arduam detrusionem*, id est, ad arctissimam in monasterio aliquo custodiam dedi iubent, bonis in liberos legitimos translatis, et uxori, si quam habeat, data facultate iterum, cui velit, nubendi. LEG. WISIG. *Lib. III. tit. V. §. V.* Quod et §. VII. repetitur; nisi quod illi vel Chindaswinthus, vel Wamba, Rex. nouella lege et hoc adstruxit,

Et de  
nefanda  
Venere.



ferens in monasteriis delegentur, illic iugiter permanfuri. Ad bona eorum quod attinet, etiam liberis etiam ex damnato complexu natis, quippe sacro lauacro ablutis, vel, liberis non extantibus, heredibus reliquis relinquit.

Quam vero et sacrae virgines desponsatae dicantur Christo, fratri nostro secundum carnem: inde colligebant, eum quoque, qui sacratae deo virgini stuprum inferre, vel eam uxorem ducere audeat, incestus reum esse. Et hinc LEX WISIG. *Lib. III. tit. V. §. II.* eandem poenam et his irrogari iubet: et *§. II. et IV.* animaduerti vult in viros et mulieres, qui quaeue vestem religiosam semel sumram abiecerint, nec non in viduas, quae velatae tempore luctus sacrae vesti clausos furtim adfuerint, vt per hoc intuentium fallerent oculos.

### §. CLX.

Eadem lex nec LENONIBVS LENISQUE parcat, Et leno-  
immo ne mulieribus quidem quaeftuariis, cinio.  
quarum turpitudinem extra poenas ciuiles esse passum erat ius Romanum. Vid. *comment. nostr. ad leg. Iul. et Pap. Lib. II. Cap. I. pag. 131.* Seueriores ea in re WISIGOTHI *Lib. III. tit. IV. §. XVII.* vulgatae pudicitiae ream, CCC. verberibus laceratam, mittebant in exsilium, iterum deprehensam, totidem flagris caesam pauperi cuidam extra illam ciuitatem in seruitutem addicebant: si pater materue eam prostituerant, hi quoque centum ictus flagellorum pati tenebantur. Ancilla denique quaeftuaria, trecentis ictibus flagelli mulctata, et decaluata reddebatur domino, ea lege, vt  
hic

hiceam longius a ciuitate abduceret, vel extra ciuitatem venderet. Quod si non fecerit, vel ipse hoc mancipium quaestui habuerit, priori casu L; posteriore C. ictus accipiebat et mulier pauperi cuidam addicebatur, ne iudice quidem effugiente C. ictuum et XXX. solidorum poenam, si flagitium huiusmodi impune passus esset perpetrari.

§. CLXI.

Leges  
Ostro-  
gotho-  
rum de  
adul-  
teriis.

Sic satis quidem accurate de singulis his criminibus sanxisse animaduertimus WISIGOTHOS, at ita tamen, vt memores Germanici moris, quo poenae capitales erant rarissimae, nullum vltore gladio, multo minus igne, persequerentur. At acriorem poenam adulteris minatur EDICTVM THEODORICI §. XXXVIII. dum negat, adulteros vel adulteras, in iudicio conuictos, interitum euasuros, quin idem supplicium et ministris flagitii consciis, et §. XXXIX. iis, qui domum adulteris praebuerint, vel mulierem ad adulterium istud sollicitarint, comminatur. \*)

\*) Videtur hoc supplicium iam tum in Italia reperisse THEODORICVS, quippe quod apud Romanos Constantinum auctorem habuisse nouimus. l. 39. §. 1. C. ad leg. Iul. de adult. Obseruat clarissimus POLAC. iur. Germ. Lib. III. Cap. XVI. §. VIII. male cohaerere Ostrogothorum iurisprudentiam, dum ea adulterium cum vili muliere impune committi patitur, et capitis tamen damnet eum, qui domum praebuerit. Et procul dubio haec scribenti obuersarus est locus EDICTI §. LXII. *Si matrona vidua alicuius libidine volens corrupta sit, stuprum admittitur: nisi forte vilis vulgarisque sit mulier. Cum his enim viduis adquietiscentibus si concubuerit,*

cubuerit, quas artis operam, aut ministerii laborum publice exercere consiterit, hoc crimine nec capite, nec illae teneantur obnoxii. Sed haec non minus cohaerent, quam quae CONSTANTINVS M. legibus sanxit, qui tamen gladio animaduerti iusserit in adulteros: vetus tamen retinuit iuris Romani principium, et in vulgarem mulierem stuprum admitti, negavit. l. 20. C. ad leg. Iul. de adult. Ceterum ex his constare arbitramur, totum hoc ius non esse sincerum et Germanicum, sed ex iure Romano, tamquam ex fonte, ad Ostrogothos permanasse.

## §. CLXII.

STVPRVM non eadem semper poena coer- Et de  
cebant Ostrogothi, multum interesse, rati, stupro.  
ingenuus vitiaffet virginem vel viduam, an  
seruus: itemque virgo ingenua, an ancilla  
stuprum passa sit. Virginem quisquis corru-  
perat ingenuus diues, nobilis et caelebs, eam  
ducere vxorem, et quintam patrimonii par-  
tem ei titulo sponsalitiaie largitatis offerre co-  
gebatur: Sin maritus virginem aliquam stu-  
prasset, is eam triente patrimonii sui dotabat,  
aut, si nec nobilis, nec pecuniosus esset, ca-  
pitis damnabatur. EDICT. THEOD. §. LIX.  
Seruus, qui viduam volentem compresserat,  
vius exurebatur, mulierque ingenua, quae  
vota sua miserat in crucem, plectebatur tam-  
quam adultera. Capitis quoque damnabatur  
seruus, qui virgini ingenuae aut viduae vim  
intulerat. EDICT. IB. §. LX. sequ. quamuis  
de stupro violento alio loco agendum sit.

## §. CLXIII.

Quomodo reli-  
qua cri-  
mina  
coercue-  
rint ?

De NEFANDA VENERE, INCESTV, ET LENO-  
CIVIO quum nihil singulare in edicto illo oc-  
currat: non possumus non suspicari, Ostro-  
gothos ea crimina ex legum Romanarum  
praescripto vindicasse. Quamuis enim hoc  
edictum eo consilio proposuerit THEODORI-  
CVS, vt constaret, quae barbari Romanique  
*huiusmodi expressis articulis et casibus terminan-*  
*dis* obseruare debeant: diserte tamen rex il-  
le edictum hoc valere iubet, *salua iuris publi-*  
*ci reuerentia, et legibus omnibus cunctorum de-*  
*uotione seruandis:* EDICT. THEOD. *praefat.* \*)  
Quibus verbis ipsum ius Romanum intellige-  
re Theodoricum, iam obseruauit HERM.  
CONRING. *de orig. iur. Germ. Cap. IV. p. 12.*

\*) Hinc et rarius hoc edicto vsi sumus ad proban-  
dum ius Germanicum. Pauca enim ei insunt,  
quae ex iure Germanico deprompta videntur, ple-  
raque, quae ex iure Romano, quamuis interpo-  
lato, profecta sunt. Et adfectauit sane THEODE-  
RICVS mores Romanos, ceu vnumquemque, qui  
CASSIODORVM legit, res ipsa docebit. Quin prae  
se tulisse illum, quod Imperatorum Romanorum  
auspiciis regnet, iam ab aliis est obseruatum.

## §. CLXIV.

Leges  
Burgun-  
dionum  
de adul-  
terio.

Religiosius mores patrios BYRGVNDIONES  
tenuerunt: sed hic tamen Romanam Them-  
idem redolet eorum iurisprudencia. Quam-  
uis enim adulterium et stuprum vocabulis  
non discernant: re ipsa tamen, permultum  
inter haec interesse existimarunt, et multa de  
vtroque sanxerunt, legibus Romanorum non  
dissi-

difficilia. Nam et deprehensas in adulterio occidi patiuntur, dummodo vterque occidatur, siquidem alias occidentem occisi vnus pretium persolvere iubent: LEG. BVRG. tit. LXXIII. §. I. et II. et ipsum quoque adulterium capitale apud illos fuisse, vel inde patet, quod in causa Fredegiseli, spatharii, et Balthamodi ac Aunegildis, cum desponsata alteri nuptiæ morte dignæ iudicantur, et licet Balthemodus et Aunegildis, ob quasdam re-  
*gis causas*, pecunia mulcentur, in posterum tamen lege cauerit Gundebaldus, *ut, quoscumque similis facti reatus æquauerit, ii non tam dispendia sustinerent facultatum, quam capitis amissione plectantur.* LEX BVRG. *ibid.* tit. LII.

## §. CLXV.

At mitius puniebant STUPRVM. Si quæ Et stu-  
 enim Burgundionis ingenui filia virgo stu- pro.  
 prum vltro passa esset siue a Burgundione,  
 siue a Romano: stuprator XV. solidis multa-  
 batur, stuprata notabatur infamia: LEG.  
 BVRG. tit. XLIV. §. I. et tit. LXI. \*) vidua ve-  
 ro, itidem infamis, ne pecuniariam quidem  
 illam poenam adquirebat, adeoque nec ma-  
 trimonio digna iudicabatur, nec præmio.  
 IBID. §. II.

\*) Non ergo stupratorem cogebant stupratam ducere, sed, simplici nuptiarum pretio soluto parentibus, ei facultatem dabant, vxorem, quamcumque vellet, ducendi. Et huc pertinet *d. tit. LXI. Quæcumque mulier, natione barbarâ, ad viri coitum spontanea voluntate conuenerit, nuptiale pretium in simplum tantum eius parentibus dissoluatur,*

*tur, et is, cui adulterii dicitur societate permixta, alterius postmodum coniugio, si voluerit, societur.* Quamvis autem hic de stupro, barbarae mulieri illato, agatur, inter hanc tamen et Romanam vix quidquam discriminis fuisse videtur, nisi quod haec forte minus pretium nuptiale acciperet.

## §. CLXVI.

De incestu denique. In hac quoque Burgundionum lege nihil reperio de NEFANDA VENERE, nihil de LENOCINIO, ideo forsitan, quod Romani, seu provinciales, his vitiis frequentius polluti, iure Romano plecterentur, Burgundionibus vero, castius viventibus, non opus esset huiusmodi legibus. De INCESTV tamen legimus *tit. XXXVI. §. I. Si quis cum parente sua vel uxoris suae sorore in adulterio fuerit deprehensus, pretium suum ei, qui est proximus mulieri, quam adulteravit, persolvat: prout persona fuerit, cogatur exsoluere, et multae nomine sol. XII: adulterum vero subdi iubemus regiae servituti.*

## §. CLXVII.

Leges Francorum de adulterio. Proximum est, ut ad FRANCORVM legislationem progrediamur. Et lex quidem vtraque nihil admodum de adulterio sancit, nisi quod *SALICA tit. XIV. §. XII. et RIPVARIORVM tit. XXXV. §. I. cauent, ut qui uxorem alienam tulerit, viuo marito, CC. solidis multetur.* Quamvis hae leges magis ad digamiae, quam ad adulterii crimen pertinere videantur. Nam tantum abest, ut in vindicando adulterio tam feueri fuerint Franci illorum temporum, ut



stuprum et adulterium eodem loco habuisse videantur; et sub altera demum regum stirpe adulterium coeperit esse capitale, et cum publicatione bonorum coniunctum. \*) CAPITVLAR. REG. FRANÇ. *Lib. VI. §. CCCCXXXI. edit. Baluz.*

\*) Praeterea latis acris erat in adulteros adulterasque disciplina ecclesiastica, de qua iisdem CAPITVLAR. *Lib. VII. §. CCCLXXXII.* Adulterae enim, *si occulte*, id est, antequam quaestio de se haberetur, *ad confessionem veniret, septem annos, et in his tres in pane et aqua, poenitentiam agere; maritus, qui adulterium perpetraverit, per triennium a communione abstinere*, iubebatur. Nec innocens coniux, facto diuortio, alteram ducere poterat, praeterquam si frater fratris torum persultasset, CAPITVL. *Lib. V. §. XXI.* vbi BALUZ. *Tomo II. pag. 1204.* notat, in excerptis Benedicti Leuitae MSSC. bibliothecae Thuanaeae addi verba: *si absque eius conscientia factum fuerit adulterium, et si ab ea abstinuit, postquam rescivit. Nam cum illa reconciliari non potest.* Ex eo colligit, apud Francos quoque lenocinium aliquando fecisse maritos, quemadmodum et apud Langobardos: vid. LEG. LANGOB. *Lib. I. tit. XXXII. §. VI.* Immo ipse profert tabulas nuptiales Raimundi, comitis Pallariensis, quibus sponsus socris promittit, *se Valentiam, filiam eorum, in coniugio accepturum, et eam semper cum honore tenturum, sicut homo debeat tenere suam legitimam uxorem, et numquam eam dimissurum, dum vixerit, nisi propter cucuciam, quam ipsa sibi faciat, et ipsa cucucia sibi sit probata a se legaliter et manifeste conuicta, et non sit facta per SVVM ADSENSVM, nec per SVVM CONSILIVM, nec per SVVM STABILIMENTVM.*

## §. CLXVIII.

Etiā  
foluti  
cum a-  
liena v-  
xore.

Eodem tempore et maritum cum muliere inupta, adulterium committere, agnouisse videntur Franci. Exstat enim inter CAPITVLARIA *reg. Franc. Lib. VI. §. CCCCXXXIII.* singularis sanctio *de conseruanda fide inter virum et vxorem*, qua ii, qui in coniugio viuunt, *neque pellicem, neque concubinam habere posse*, dicuntur. \*) Sed istud caput magis ad disciplinam ecclesiasticam, quam ad leges forenses, pertinuisse videtur, maxime quum nulla poenalis sanctio addita sit, quin iam supra a nobis obseruari meminerimus, pellicatum et concubinatum inter ipsos Francorum reges non infrequentem fuisse, (*Lib. I. §. CCVI.*) vt proinde nos dubitandum sit, quin tantis exemplis se facile tuiti sint reliqui, quibus huiusmodi leges praescribentur.

\*) At concubinatus non impediēbat nuptias. Qui enim mulierem habuerat extra matrimonium, eaque postea domo eiecta, iustam vxorem ducebat, is nec adulterii, nec digamiae crimine se obstringere, sed resipiscere videbatur. *CAPITVL. reg. Franc. Lib. VII. §. LIX. sequ. et §. CV. Hinc §. LIX. et LX. occurrunt regulae, quas et GRATIANVM can. 32. quæst. 2. caus. 11. decreto suo inseruisse nouimus: Non est coniugii duplicatio, quando ancilla relicta, vxor adsumitur, sed perfectus est honestatis: itemque: Non est dubium, eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale non fuisse mysterium.*

## §. CLXIX.

## §. CLXIX.

Quod ad STUPRUM attinet, in nuptiae a quo Itemque cumque illatum, illud veteres Franci multa de stufatis mediocri expiari posse existimabant. <sup>pro.</sup>  
 Nam LEX SALICA tit. XIV. §. XIII. et XIV. eum, qui violentum stuprum admiserat, LXII. qui puellam, quae *druchte* \*) dicebatur, dum ad sponsum duceretur, *adsilierat*, et cum ipsa violenter fuerat inoechatus, CC; eum denique, qui cum aliena sponsa volente clam rem habuerat, XLV. solidis multari iubet. Qualis etiam est LEX RIPVARIORVM, nisi quod haec titulo XXXV. §. II. III. stuprum quodcumque ingenuae puellae illatum L; et, si muliercula in regis vel ecclesiae patrocínio fuerit, LX. solidis expiari velit.

\*) *DRUCHTE*, quasi *getraüete*, sponsa est, eiusque notionis aliud exemplum ex vita S. Vdalrici adduxit LINDENBROG. in *glossar. Lat. pag. 1391*. Quin apud ipsum OTFRIDVM *Euangel. II, 13. v. 23*. sponsa dici videtur *drutinna*, ut errare videatur SCHULTER. in *glossar. Teut. pag. 244*. legis Salicae locum intelligens de paranymphe, sponsam sponso adducente. Ab eadem radice *trou*, *trawen*, *vertrauen* sunt vetera vocabula *trublinga*, sodales, *drutscas*, societas, amicitia, *drutlicho* fideliter, *druti*, ministeriales, vasalli, immo et apostoli, OTFRID. IV, 12. v. 68. *gedrutes*, satellites, et alia.

## §. CLXX.

De NEFANDA VENERE nihil vel in SALICA, vel Et de nefanda in RIPVARIORVM lege occurrit. At grauius in nefanda eos easque, qui quaeue hoc crimine se polluant, Venere. animaduerti iubent CAPITVLARIA, quae mortem interminantur *ἀλογιστομένοις*, aut si supplicii

plicii gratia fiat reis, iis poenitentiam secundum *can. XV. et XVI.* concilii Ancyrani iniungunt. *CAPITVL. Lib. VII. §. CCCLVI. et Lib. VI. §. CCIX.* Quin postea *LVDOVICVS PIVS addit. IV. §. CLX.* minatur, \*) *qui super his aut faciens, vel libenter consentiens inuentus fuerit, eum se iuxta praedictam Romanam legem velle punire.* Est vero ea *l. 6. C. Theod. de adult.* quae viuicomburiq̄ expiari iubet tam nefandum flagitium.

\*) Notatu dignissima sunt, quibus *LVDOVICVS* vitur, verba. Nam ex iis patet, illis temporibus adeo a maiorum castitate descivisse gentes Germanicas, quae extra Germaniam noua sibi regna quaesiuerant, et in primis Francos, vt ideo veluti infamia apud alias gentes laborarent, et vulgo iactaretur, ideo pessum iuisse Gothos et Burgundiones, quod tanto se scelere polluissent. *Si enim, inquit, gens nostra, sicut per istas prouincias diuulgatum est, et nobis in Francia, (orientali procul dubio, vel Germania,) et in Italia improperatur, et ab ipsis paganis improperium est, spretis legalibus connubiis adulterando et luxuriando ad instar Sodomitanae gentis, foedam vitam duxerit: de tali commixtione meretricum aestimandum est degeneres populos, et ignobiles, et fureptes libidine fore procreandos, et ad extremum vniuersam plebem ad deteriora et ignobiliora vergentem, et nuissimè nec in bello saeculari fortem, nec in fide stabilem, et nec honorabilem hominibus, nec Deo amabilem, esse venturam. Sicut aliis gentibus Hispaniae et Prouinciae, Burgundionumque populis contigit, quae sic a Deo recedentes fornicatae sunt, donec iudex omnipotens talium criminum vtrices poenas per ignorantiam legis Dei et per Sarracenos venire et sauire permisit.* Tam cito gentes illae, degustatis prouinciarum Romanarum deliciis, veluti hausto Circeo poculo, pristinam naturam atque

que indolem posuerunt, et veluti in bruta degenerarunt.

### §. CLXXI.

Quae de INCESTU sanxerint Franci, iam Nec non supra suo loco vidimus. (*Lib. I. §. CCV.*) de incestu. iam addimus, SALICA LEGE incestuosos ita puniri, *ut a tali consortio separentur*, filiique non legitimi heredes, sed infames, habeantur: *tit. XIV. §. XVI. LEGE RIPVARIORVM tit. LXIX. §. II.* exilium et bonorum publicationem illis irrogari. CAPITVLARIA denique *Lib. V. §. CLXVIII.* incestuosis anathema, et prohibitionem nuptiarum; et *Lib. VI. §. CCCXCIX.* interdictionem palatii, militiae, postulationis in foro, et quodammodo iacturam facultatum, minantur, nisi ad frugem redeant.

### §. CLXXII.

Quod ad LENOCINIVM attinet, illud, quam- Et lenocinio. uis inter Francos non infrequens (*§. CLXVII. \**) praeteruidisse tamen eorum leges videntur. Neque enim de illo quidquam in iis reperio, praeterquam quod maritus, quo consentiente vxor in aliorum amplexus venerat, dato adulterae repudio, aliam ducere vxorem non posset. Locum huc pertinentem, quem BALVZIVS ex codice Thuaneo eruit, iam supra *d. §. CLXVII. \**) vidimus. Praeterea in CAPITVLAR. CAROLI M. *de minister. palat. §. III.* apud BALVZ. *Tom. I. p. 343.* legimus: *Similiter de gadalibus \*) et meretricibus volumus, ut apud quemcumque inuentae fuerint, ab eis portentur vsque ad mercatum,*

*vbi ipsae flagellandae sunt. Vel si noluerint, volumus, ut simul cum illa in eodem loco vapulentur.*

\*) Magis haec barbara sunt, quam reliqua esse solent; quae ex Caroli M. scriniis proficiscuntur, ut dubitem, Carolo M. an alii Francorum regi debeant vindicari. Sensus tamen est, eum, apud quem mulier quae stuararia reperitur, illam ad poenam teneri exhibere, aut ipsum, tamquam lenonem, eandem poenam subiturum. Sed quid GADALES? Tacent de hoc vocabulo glossographi, nisi quod CAR. DV FRESNE, adlato hoc ipso loco, suspicatur, Germanis hoc idem esse ac *latitans*, vel occultum, quia id vocabulum antecedit. Sed sic nec Latinum, nec Germanicum, dixeris vocabulum. Mihi GADALIS *anica* vel *fornicaria* est. Nam *gatiling* apud OTFRID. I, 22. v. 43. est *cognatus, necessarius*. Et *camera*, vel *fornix* veteribus dicta *gadan* vel *gaden*. OTFRID. IV, 9. v. 24. SCHILTERVS sane in *glossar. pag. 330.* ex vetere euangeliorum dominicalium versione, quae Argentorati reperitur, profert testimonium, in quo locus *Rom. XIII, 13.* qui manifesto loquitur de lupanaribus, vertitur *niet in gaden*. Si ergo lupanar dictum *gaden*, quid mirum, si mulier quae stuararia *gadalis* nomen tulerit?

### §. CLXXIII.

Leges Baiuuar. de adulterio. Mira fuit legislatio BAIUVARIORVM, qui ad-  
ulterum damnarunt in *wergeldum* vel certam pecuniae summam marito, cuius vxor corrupta fuit, persoluendam, et quidem in CLX. solidos, si quis cum alterius vxore libera concubisset: \*) LEG. BAIUVAR. *tit. VII. Cap. I. §. I.* in quadraginta, si cum libertina alteri nupta. *IBID. Cap. X.* in quatuor, si cum ancilla, quam quis in matrimonio habebat, rem habuisset.

IBID.

IBID. *Cap. XII. §. I.* in duodecim, si torum alteritus perfulsisset, nec tamen iniisset mulierem.

IBID. *§. III.* Attamen iidem impunem esse volebant eadem adulteri. IBID. *§. II.* Eandem poenam pecuniariam et dominus pro seruo adultero praestare tenebatur, ita tamen ut, siue occisus fuerit seruus, siue noxae deditus a domino, XX. solidi summæ decederent. IBID. *Cap. II. §. I. sequ.*

\*) Hoc ideo factum, quod ex motibus Germanorum adulter regulariter addiceretur marito innocenti, ut hic suo arbitrio poenam quamcumque in eum statuere posset. Ne tamen in truculentiam abiret illa vindicta, (quod sane metuendum erat a viro, quem tam insignis iniuria in furorem egisset,) substituerunt pretium hominis ingenui, *das webergeld*. Est haec elegans coniectura amici olim ac collegae coniunctissimi, CHRIST. GOTTFR. HOFFMANNI *dissert. de dissensu iurium in puniendo adulterio crimine Cap. V. §. I.* quam ita explicat: *Ast quid accidit tóri coniugalis violatoribus? Silet hic Romanus, (TACITVS.) Si vero coniecturis locus est, vindicanda relinquebatur iniuria laeso marito, in ciuitate, quae multum ex naturali statu adhuc conseruabat, nece libidinosi, aut componenda erat alio modo illata iniuria. Hinc in antiquissimis Germanorum legibus a deprehensio in adulterio WERIGELDVM solutum esse, legitimus.*

#### §. CLXXIV.

Eadem lex et STUPRA, omnemque impudicitiam, persequitur, etiamsi intra conatum prores steterit. \*) Qui enim volenti ingenuae stuprum intulerat ipse ingenuus, nisi eam ducere mallet vxorem, XII. solidos pendeat. IBID. *Cap. VIII. §. I.* Seruus, qui ingenuam vitia-

vitauerat, noxae parentibus dabatur, adeo, vt his liceret ei poenam quamcumque, etiam capitalem, infligere. *IBID. Cap. IX. §. I.* Stuprum virgini libertinae illatum VIII. solidis; ancillae III. solidis luebatur. *IBID. Cap. XI. §. I. et Cap. XIII. §. I.*

\*) Sex enim solidis multabatur, qui mulieri siue nuptae, siue innuptae manus inieciisset, quod Baiuarii vocabant *borgrift* (*hubren-griff*) XII, si indumenta super genua sustulisset, quod vocabant *bimilzorun* (vid. §. CVIII.) totidem, si discriminalia deiecerit de capite, vt *virgini libidinosose crines de capite extraxerit*: LEX BAIUVAR. *ibid. Cap. III. IV. V.* quamuis haec omnia supra ad iniurias, quales vere sunt, retulerimus.

### §. CLXXV.

De incestu.

Nihil haec lex de NEFANDA VENERE, nihil de LENOCINIO statuit, vt reliquae pleraeque omnes. At iis, qui INCESTV se polluerint, poenam satis acrem minatur. Honestiores enim diuelli, facultatesque eorum omnes in fiscum redigi; viliores in seruitutem detrudi et seruis ancillisque fiscalibus accenseri iubet. *IBID. tit. VI. Cap. I. §. I. II. III.* Quae poena tanto acerbior videri debuit, quanto magis ea aliena fuit a moribus Baiuuariorum, ceu eodem *tit. VI. Cap. III. §. I. et II.* ipse monuit legislator.

### §. CLXXVI.

Leges Alaman-  
norum de adul-  
teriis et  
stupris.

Similes fere sunt LEGES ALAMANNORVM, quae ipsae quoque et ADULTERIA, et STUPRA, poena pecuniaria expiari patiebantur. Et stuprum quidem ingenuae puellae etiam vi illatum



tum in via publica, solidis XL; nuptiae summa duplo maiore; subagitatio, qua caput vel genua denudata, VI. qua ipsae partes verendae reuelatae XII. solidis luebatur. LEX ALAM. tit. LVIII. §. I. II. et III. Ea multa triplo maior erat, si quis feminae, quae in ministerio ducis erat, hanc insignem fecisset iniuriam. IBID. tit. XXXIII. §. I. Denique sex solidis redimebatur vitium, ancillae vestiariae vel mulieri de *genecio priore*; \*) tribus de *alio genecio* oblatum. IBID. tit. LXXX. §. I. sequ.

\*) Quemadmodum ancilla vestiaria est ornatrix, quae paullo honoratiore loco et veluti interioris admissionis erat apud dominam: ita *genecium* scriptum est pro *gynaecio*, quod Germani, teste glossario Latino Theotisco, vocabant *genetzume*, vel *genex*, vid. SCHILTER. *glossar. Teuton. pag. 354*. Gynaecium ergo prius est, cui materfamilias intererat, et quod non nisi selectiores ancillae ingrediebantur: reliqua gynaecia erant textrina, ubi pēnsa distribuebantur ancillis aliis, quod posterius et PAPIAS in glossario Langob. obseruauit apud LINDENBR. in *glossar. p. 1407*.

### §. CLXXVII.

In hoc quoque lex ALAMANNICA similis est Et de in-  
BAIVVARICAE, quod NEC NEFANDAE VENERIS, castu.  
neclenocinii, facit mentionem, ideo fortassis,  
quod ex THEOPHRASTIMONITO, quae semel aut  
bis fiunt, ea praeterire soleant legislatores. l. 6.  
ff. de legib. Sed et de INCESTU idem plane in  
illa legimus, quod paullo ante ex BAIVVARICA  
attulimus, puta, quod honestiores diuellendi,  
eorumque bona publicanda; viliores per-  
sonae

sonae libertate priuandae, et seruis fiscalibus accensendae sint. LEX ALAM. tit. XXXIX. §. I. et II.

## §. CLXXVIII.

Cūr in Saxo-  
num,  
Anglio-  
rum et  
Werino-  
rum le-  
gibus  
tam pau-  
ca de his  
crimini-  
bus oc-  
currant?

Mirari quis posset, SAXONES nihil omnino lege sua de adulteriis, nihil de stupris, multoque minus de nefanda Venere, incestu et lenocinio cauissē, \*) nisi quod, eum, qui filiae, aut vxori, aut matri domini stuprum intulisset, capitis ex domini arbitrio damnati iusserit. LEG. SAX. tit. III. §. III. Et tamen SALVIANVS *de gubernat. Dei Lib. VII. p. 239.* Saxones *crudelitate efferos, sed castitate mirandos esse,* testatus est. Enimuero nemo hoc credo mirabitur, qui apud Saxones paratum adulteris supplicium, ipsisque maritis ac parentibus permissum fuisse, meminerit. \*) (Lib. I. §. CCCXXI.)

\*) Quum vero et ANGLII et WERINI vel eiusdem cum Saxonibus originis, vel eorum saltim vicini, dum adhuc in Germania debebant, essent: facile est ad intelligendum, cur et hi nihil, quod ad haec flagitia pertineat, legibus suis constituerint, nisi quod tit. X. §. V. et VI. quaedam de raptu mulierum sanciuntur, quae magis ad titulum de vi publica et priuata, quam ad hunc de adulteriis et stupris, pertinent.

## §. CLXXIX.

Frisio-  
rum le-  
ges de  
adulte-  
rio et  
stupro.

Apud FRISIOS femina quaelibet nobilis et ingenua stuprum passa, werögildum suum regi; lita domino suo soluere tenebatur: qui ancillam adhuc virginem vitiauerat, IV. solidos, qui iam femel stupratam, tres; qui tertium

tium virum passam, duos; qui quartum vel saepius violatam, tremissem debebat. *LEX FRIS. tit. IX. §. 1. sequ.* Sed haec omnia ad *supra* pertinentem pertinere arbitramur. De adulterio nihil ibi habetur, ob eandem, ut opinor, causam, puta, quod propinquis et ibi esset facultas in uxorem adulteram animaduertendi. \*)

\*) Eleganter hoc probat TETARDVS SIBR. SICCAMA in *not. ad leg. Fris. d. titulo*, ex legibus antiquis Frisicis, ex quibus patet, accusatam adulterii feminam defendere ac purgare debuisse tutorem: si eam purgare non potuerit, in eius arbitrio fuisse, excoriare eam, id est, flagris caedere, an gladio illo, quo in domum deductione usus esset, regulare mallet. Addit vir doctus, in more fuisse Frisiis, ut sponsas magna pompa ad templum, peractisque sacris domum sponsi deducerent: Aduenienti illi aliquem ante limen obiescisse scopas, quas fores ingressura auerruncandi fascini causa transierit: alium gladium euaginarum limen transiturae praetendisse, sponsae irruptionae non prius cessurum, quam munusculo placatum. Eo vero ritu admonitam sponsam, ut septa pudicitia ageret, quippe vel scopis excoriandam, vel eodem gladio, quem *aestswird*, seu gladium nuptialem, vocabant, perituram, si cuiquam virorum corporis sui usuram praebuisset. Similia quaedam legas apud *HEIMKEICH Nortfris. chronic. Lib. I. Cap. 1. p. 15.*

### §. CLXXX.

Superfunt ex gentibus Germanicis, qua-  
rum adhuc leges recensuimus, LANGOBARDI, Lango-  
qui fati seuerè in adulteros atque adulteras bardo-  
animaduertebant. Primo enim marito per- rum de  
mittebant; ut deprehensos in adulterio im- adulte-  
rio.  
pune

pune occideret. LEG. LANGOB. *Lib. I. tit. XXXII. §. II.* Deinde accusato adulterii, crimen ex hac lege aut iureiurando, aut singulari certamine, erat diluendum, quod nisi facere posset, capitis periculum adibat. *IBID. §. III.* Denique poena ordinaria in eo consistebat, ut adulter et adultera marito laeso traderentur, ad vindictam sumendam, et si postea venundati eodem se flagitio polluerent, a fisco in seruitutem vindicarentur. \*) *IBID. §. VII. sequ.*

\*) Id quoque notatu non indignum est, Langobardos et vxoribus dedisse potestatem accusandi adulterium. Nam *IBID. §. VI.* legimus: *Si vir cum ancilla sua, aut cum altera muliere adulterium fecisset, mulier ipsa ad palatium, aut ad iudicem, habuit proclamare.* Quum vero obiter tantum huius iuris mentionem faciat *LUITPRANDVS*, Rex, non additur, quomodo in virum fuerit animaduersum. Ceterum a *LINDENBROGIO* in *glossario pag. 1349.* obseruatum est, *decaluari et fustari per vicos vicinantes* apud Langobardos quoque fuisse poenam adulterii ordinariam, eamque in rem laudat *Lib. I. tit. XVII. §. V.* Sed res ipsa docet, non ibi ob adulterium, sed vim illatam, hanc poenam irrogari mulieribus.

### §. CLXXXI.

Et de  
stupro

Si *STVPRVM* volens passa esset virgo ingenua ab ingenuo: *parentes potestatem habebant in eam dare vindictam*, id est, poterant eam abdicare et exheredem scribere, is vero, qui ei vitium intulerat; si eam cum parentum consensu vxorem duceret, *pro culpa, id est, anagriph* \*) viginti, sin alterutris non placeret conditio, C. solidos soluere tenebatur, cuius summae

fominae dimidia fisco, dimidia mundwaldo, cuius in potestate vel tutela erat, cedebat. Quis ancillam Langobardam viuaerit, XX; qui Romanam, X. solidos domino debebat. Aldis denique seu feruus, qui violauerat ingenuam, L. solidos ei, cuius in mundio erat, pendere cogebatur, nec vlla satisfactione digna habebatur mulier, quae in feruiles amplexus tam turpiter ruisset. LEX LANGOB. *Lib. I. tit. XXXI. §. I. sequ.*

\*) Est ipsum Germanicam *ougriff*, quod vim illam tam tactumque impudicum significat, ceu ex WILLERAMI paraphrasi cantici canticorum similibusque monumentis probauit LINDENBROG. *in glossar. pag. 1353.* Vade vocabuli vim non satis perspexisse videtur auctor glossae veteris apud eundem LINDENBROGIUM, cui *ouagripb* est *culpa praesumptionis*: multoque minus PAPIAS et VGTIO, qui vocem diuidentes, *ana* putant esse pro; *grip* vero *culpam*: minime omnium SPEELMANNVS, qui *ana* putat significare *solam, singularem, innuptam*, ac proinde *ouagripb* interpretatur *compressionem feminae innuptae*. Quid vero opus est his argutiis, quum lingua nostra vocem hanc eodem sensu retineat? Vid. SCHILT. *glossar. Tent. p. 42.*

## §. CLXXXII.

Apud LANGOBARDOS quoque de detestabili De in-  
illo crimine, de quo honeste fari non licet, cestu.  
nihil reperio. At de INCESTU apud eos euan-  
tiam fuerat, vt ea cognitio pertineret ad epi-  
scopos, et si qui ab his corrigi se haut pate-  
rentur, vel in eodem luto postea haerent,  
eorum heredia, vel allodia a fisco regis oc-  
cuparentur. LEG. LANGOB. *Lib. II. tit. VII.*  
*§. IX. Lib. III. tit. III. §. X.* Quint et spon-  
(*El. I. G. Tom. II.*) L fam

fam defuncti cognati si quis duxisset vxorem, vir et vxor amittebant facultates suas, earumque pars fisco, pars proximis cedebat, nulla parte liberis ex incestu natis relicta. **IBID. §. XIV.**

§. CLXXXIII.

**De leno-** At turpissimus apud eos inoleuerat quæstus  
**cinio.** lenonius, adeo vt ne maritos quidem puderet, *vxoribus malam licentiam dando, dicere: vade et concumbe cum tali homine, vel viro cuidam: veni, et fac cum muliere mea carnis commixtionem.* Ei si dicto audiens fuisset vxor, neque rem ad iudicem detulisset, ipsa capitis damnabatur, maritus vero cogebatur pretium vxoris persolvere parentibus et cognatis, perinde, ac si ab eo fuisset occisa. Bona adulterae, si liberos non haberet, ad cognatos reuertebantur, iisdemque tradebatur adulter, qui consentiente marito cum muliere rem habuerat. Si vxor pudica virum, tanti probri auctorem, accusasset, ille tamquam corruptor L. solidis mulctabatur. **LEG. LANGOB. Lib. I. tit. XXXII. §. VI. (Conf. §. CLXXII. \*)**

§. CLXXXIV.

**Quid ius** Haec de antiquiorum Germanorum iure  
**Sax. de** ac moribus circa adulteria aliaque delicta,  
**his cri-** quae apud Romanos lex Iulia vindicauit,  
**minibus** dicta sufficiant. Iam vt ad insequentia tem-  
**sanxerit.** pora progrediamur, in **IVRE SAXONICO** nihil  
admodum occurrit de **ADULTERIO**, nisi quod  
in **IVR. PROV. Lib. II. art. XIII.** legimus: *Die*  
*in*

in sabbatherey begriffen werden, den soll man allen die häupter abschlagen. Quem quidem locum varie interpretantur doctores Saxonici. CONSVEL. SAX. part. IV. tit. I. quæst. II. n. XIV. COLER. part. I. decis. pag. 487. Sed manifestum est, eum de femina aequè ac de mare, in adulterio deprehensis, agere. \*)

\*) De poena eorum, quos cautius mercatos nemo deprehendit, filet ius Saxonicum, GLOSSA tamen ad Lib. I. art. LI. recensens plures infamia notatorum classes, de tertia ita loquitur: Die dritten sind, welche friedlos, oder in die acht gesprochen sind. Vnd dies lezt geschieht zweyerley weise. Etliche werden von dem richter friedlos vertheilet, veruestet, vnd geechret, als die ehebercher. Itaque poena adulterorum ordinaria fuit proscriptio.

### §. CLXXXV.

Eadem est dispositio IVRIS PROV. SVEVICI Quid ius  
Sueu-  
cum?  
Cap. CXIV. §. X. Quamuis enim ibi in MEICHSNERIANA editione generatim legatur: Die mit vbelthun begriffen werden, den soll man allen das haupt abschlagen: in BERGERIANA tamen pag. 201. diserte est: Die mit vberhür begriffen werdent; eaque verba præfert etiam editio SCHANNATI pag. 253. et SCHILTERI Cap. CLXVI. §. XXVIII. pag. 101: Die mit ir in vberhure begriffen werdent. VBERHVR autem est nostrum oberhubrerey vel adulterium, idque vocabulum non intellexisse videtur MEICHSNERVS. Ceterum in eo plenius est Saxonico ius Alamannicum, quod et conuictos adulterii, quamuis non deprehensos, capitis esse damnatos, obseruat. \*) Cap. CXLVIII. §. XXVII.

\*) Verba, huius capituli ita se habent: *Ob ein mann bey eines manns weib liegt, der ebrecher vnd die ebrecherin (in BVRG. p. 228. derselb vberburer vnd dew vberburarin) sind beyde samt des todtes schuldig. Ob sie für das weltlich gericht kommt, so soll man ihn das haupt abschlagen.* Qui quidem locus etiam in editione GOLDASTINA Cap. XLIX. et in codice Feschiano habetur apud SCHILT. thesaur. antiqu. Tent. Tom. II. p. 234. non autem in KRATTIANO, quem ipsa SCHILTERI editio expressit, nec in SCHANNATIANO, in quo istud caput plane desideratur. Quare quum toto illo capite varia loca compilentur ex scriptura sacra, quemadmodum et rubrica, et ipsa verba initialia: *Diese worte sprach Gott selber wieder Moysen auff dem beilligen berg Sinai:* suspicor sane, vnumquemque fere codici suo plura huiusmodi capita adscriptisse ex ipsa lege Mosaica, atque inde esse, quod caput hoc in quibusdam editionibus satis prolixum, in aliis multo breuius sit, in quibusdam vero plane desideretur. Itaque nec probari hoc testimonio posse arbitror, adulterium iure Alamannico capitale fuisse, nisi in ipso crimine deprehensi fuerint rei.

## §. CLXXXVI.

Caupo-  
nis vxor  
et ancil-  
la an rea  
adulterii  
ex eo  
iure? Notatu quoque dignum est; eo iure ab  
adulterii crimine absoluti feminam, quae  
quaestum cauponarium exercet. Ita enim se  
habet IVR. PROV. SVEV. Caput CCCLXXXVI:  
*Vnd ist, daß ein leydgeb feil hat essen vnd trin-  
cken, vnd hat ein kaufffrau, vnd ein dirne, die  
sein magd ist, vnd helfen ihm sein ding bese-  
hen, die müssen mit den leuten mehr zu schaf-  
fen haben, dann andere frauen. Davon ist  
das gesetzt, ist es, daß sie vnehlich sünden,  
(BERGERIANA editio pag. 374. werdent sy getzi-  
gen vberbur) oder werden daran begriffen, man  
soll*



soll über sie nicht richten, als über ander  
 frauen, man soll sie auch nicht öffentlich rü-  
 gen, noch öffentlich büßen, ihn soll ihr pfarrherr  
 heimlich büß geben. \*)

\*) Ex hoc quoque capite, quod in SCHANNATI edi-  
 tione, Capite CCXXII. in SCHULT. Cap. CCCLXX.  
 habetur, satis intelligitur, ineptum iuris Romani  
 compilatorem egisse speculi huius artificem, De-  
 scriptum enim est hoc caput ex l. 29. C. ad L.  
 Tal. de adult. sed male descriptum. Ibi enim distin-  
 guitur inter dominam et servilis conditionis mi-  
 nistram. Illa non erat in vinculis iuris excepta:  
 haec immunis a iudiciali severitate et stupri, et ad-  
 ulterii praestabatur: non quod frequentior cum  
 viris consuetudo in capona eos excusaret, quam  
 ineptam rationem reddit speculator: (ita enim  
 et aliae professiones mulierculas immunes a le-  
 gum severitate praestarent) sed quia iure Roma-  
 no in matresfamilias, non in personas viles, et  
 ancillas stuprum committebatur. Hinc eos, qui  
 cum ista rem habuerant, absolvendos putat Con-  
 stantinus, pro vilitate eius, quae in reatum dedu-  
 citur: et ipsas mulierculas damnandas negat,  
 quod ab his pudicitiae ratio requiratur, quae vir-  
 tis nexibus detinentur, et MATRISFAMILIAS nomen  
 obtinent: non a quae suavis mancipis, quae vi-  
 tus vilitas digna legum observatione non credatur.  
 Haec quam male conveniant moribus Germano-  
 rum, facile vnusquisque intelligit, eoque mi-  
 nus excusandus est speculator, qui ius illud ad  
 liberas etiam feminas inepte protulit, quas vo-  
 cat die leytgeb. Lyd enim venibus erit voodi  
 vel sicera. OTFRID. Lib. I. Cap. IV. v. 21. et Lib.  
 II. Cap. VIII. v. 21. et 51. Hinc vithaus pro cap-  
 onna, Meyebe, qui vinum vendit, adeoque ab-  
 surda est in editione SCHANNATI rubrica von dem  
 leibgewinne.

## §. CLXXXVII.

Iuris  
Lube-  
censis  
disposi-  
tio de  
adulte-  
rio.

Mitius cum adulteris agit IUS LVBECENSE  
*Part. IV. tit. VI. art. II.* quod primum pec-  
cantes adulteros LX. marcis, vel XX. impe-  
rialibus mulctat, vel si soluendo non sint,  
eos numellis coerceri iubet, iterum delin-  
quentes numellis abscisse, et non concessa re-  
dimendi facultate, punit, nisi rei vrbe exce-  
dere malint: tertia vice in eos numellis et  
relegatione animaduertit. Qui caelebs cum  
alterius vxore rem habuit, prima vice carce-  
re et quatuordecim dierum ieiunio, altera  
numellis, LX. marcis redimendis, tertia nu-  
mellis et relegatione punitur.

## §. CLXXXVIII.

De stu-  
pro quid  
sanxerit.  
Ius Sue-  
uicum?

De STVPRO etiam, quod fere praeteruehi-  
tur IUS SAXONICVM, paullo accuratius agit SVE-  
VICVM *Cap. XXIX: Vnd ist, daß ein mann bey  
einer iungfrauen ligt, die da nicht hinge-  
schworn, (BERG. p. 229. dew nicht hingeben ist,)  
es sey wieder ihren willen, oder nicht, vnd er  
für gericht kommt, der bey ihr geschlaffen hat,  
der soll ihrem vater hundert marck silbers ge-  
ben, vnd soll die jungfrau zu rechter ehe ha-  
ben, dieweil sie lebet. Si sponsa stuprata ef-  
set non inuita, nec aliorum opem implorans,  
tum ea, tum stuprator, lapidibus obrueban-  
tur: (man soll sie beyde fahen, vnd soll sie für  
den richter führen, da soll man ihn ertheilen,  
daß man sie aus der stadt führe, vnd sie mit stei-  
nen verronen ob einander,) sin in locis deser-  
tis, vel vbi hominum fidem quiritando im-  
plorare*

placere non poterat; compressa esset, capitis damnabatur: stuprator, et vim passa virgo, quae resistere viro non potuisse praesumebatur, absoluebatur. *IBID.* §. *XXVII.* Sed haec quoque non in omnibus editionibus leguntur. \*)

Haec quoque omnia compilator descripsit ex lege Mosaica *Exod. XXII, 16. Deut. XXII, 23. et sequ.* adeoque merito dubites, an talia umquam exempla facta sint à Suevis. Multo magis dubito, genuinum esse ius Germanicum, quod eodem *Capite CXLVIII, §. XXVI.* de sponso, qui sponsae virginitatem ante nuptias esse delibatam, contendit, de offendendis signis virginitatis, et poena denique lapidationis traduntur. Nam et hic speculator legem Mosaicam *Deut. XXII, 13. sequ.* *κατά νόμον*, expressit. Quis credat, majores nostros legibus Moisis forensibus umquam locum concessisse in republica sua? Eodem ergo consilio haec compilationi suae inseruisse videtur speculator, quo PLATO olim leges scripsit, in Platonica tantum, id est, nulla ciuitate locum habituras.

### §. CLXXXIX.

Apud LVBEGENSES quoque stupratorem vel Quid  
 uxorem ducere stupratam, vel eam dotare o- Lubecense?  
 portet. Praeterea multam debet magistratui, quam si soluere non possit, carcere et  
 ierupis (*bey wasser und brod.*) punitur. Eadem poena manet stupratorem, in eodem  
 luto iterum haerentem, nisi quod ei poenam carceris multa redimere non licet. Tertium delinquens in perpetuum relegatur: *ivq.*  
*LVBEC. Lib. IV. tit. V. art. I.* eademque poena decernitur aduersus feminam, quae iterum ac

tertium se vitari passa est. *IBID. art. III. Quin*  
 paullo durius castigatur vidua. *art. IV.*

## §. CXC.

Quid  
 Sueu-  
 cum de  
 nefanda  
 Venere  
 et de in-  
 cestu  
 sanxerit.

De NEFANDA VENERE nec ius Saxonicum,  
 nec Sueuicum, quidquam sanxit, nisi quod  
 posterius eodem *capite CXLVIII.* quo multa  
 ex lege Mosaica decerpfit, §. XXI. et hoc ad-  
 didit: *Der gelüst mit dem viehe hat, den soll*  
*man tödten.* Quae quidem desumpta sunt ex  
*Exod. XXII, 19.* nec in omnibus editionibus  
 huius speculi reperiuntur. Nec iura Lube-  
 censium hoc crimen persequuntur. De IN-  
 CESTV plura habet SPECVLATOR SVEVVS *Cap.*  
*CCCLXX. §. IV. sequ.* Sed praeter separatio-  
 nem nihil poenae statui animaduertimus in  
 huiusmodi personas. Additur tantum: *Sie*  
*müssen aber starck büßen die sünde.* Quod  
 de disciplina ecclesiastica manifesto est intel-  
 ligendum.

## §. CXCI.

De leno-  
 cinio dif-  
 positio  
 iuris Sax.  
 et Lube-  
 censis.

Superest LENOCINIVM. De eo quoque silet  
 IUS SAXONICVM. At GLOSSA *ad Lib. II. art.*  
*XIII.* vbi gladio percuti iubentur deprehensi  
 in adulterio, haec addit de lenocinio: *Hie*  
*soltu auch wissen von denen, so ihre weiber*  
*vermiethen, vnd dieselben andern verkuppeln,*  
*vnd die armen frauen damit betrügen, ob sie*  
*das klagen wollen: man richtet über sie, als*  
*über diese alhier.* Nec in IVRE PROV. SVEVICO,  
 quidquam, quod huc facere videatur, ego  
 reperio. IVRE denique LVBECENSI *Lib. IV. tit.*  
*V. art. V.* meretriculae primum deprehensae  
 rele-

delegantur, iterum reae in numellis suffigatae  
 abbe eiciuntur, qui cum iis rem habuerunt,  
 adtra ordinem puniuntur: lenones denique,  
 lenae, et quorumcumque ope et consi-  
 lio flagitia haec admiffa sunt, eandem  
 poenam, ac ipsae impudicae mulierculae,  
 fubeunt. *IBID. art. VI. \**)

\*) Sed ad plerosque hos articulos IVRIS LUBECCENSIS,  
 imprimis *ad. art. II. p. 800.* monet interpres do-  
 ctissimus, DAV. MEVIVS, maiore hodie feueritate  
 in huiusmodi crimina animaduertete ciuitates,  
 in quibus alioquin iure Lubecepsi viuunt. Hinc  
 et *ad hunc articulum M. IV. sequ.* obseruat, ali-  
 quando plenius puniri, quin capitali supplicio  
 dignum iudicari lenocinium, si parentes filias,  
 mariti vxores prostituant, dummodo id quaestus  
 et lucri causa fecerint. Quod nemo mirabitur,  
 qui cogitauerit, prouinciis ciuitatibusque Germani-  
 ae tantum non omnibus pro norma esse CAROLI-  
 NAM NEMESIN.

### §. CXCII.

Quum ergo tam dissimiles essent gentium Axioma-  
 Germanicarum mores in criminibus his per-  
 ta de ad-  
 sequendis: non mirum est I. Carolum V. ad-  
 ulterio.  
 ulterium vindicari voluisse ex praescripto iu-  
 ris Romani. Ita enim se habet sanctio arti-  
 culo CXX. *So ein ehemann einen andern,  
 vmb des ehebruchs willen, den er mit seinem  
 eheweib verbracht hat, peinlich beklaget, vnd  
 des überwindet, der selbig ehebrecher samt der  
 ehebrecherin sollen nach sag vnser vorsehen,  
 vnd vnser kayserlichen rechten, gestrafft wer-  
 den. \*)* At passim tamen II. vigere mores ve-  
 teres patrios, et III. multa praeterea relinqui

arbitrio coniugis innocentis, quippe cui per-  
multae leges veteres Germ. adulteros veluti  
addixerant. (§. CLIII. CLVI. CLXXIII.  
CLXXVII. CLXXVIII. \* et CLXXIX.)

\*) Mirum est, imperatorem ordinesque imperii hic  
tam ambigue loqui, quum rem multo clarius  
expresserint cum primae huius constitutionis de-  
lineationes, quas barbare *proiecta* vocant apud  
KRESS, in *comment.* p. 223. tum constitutio Bam-  
bergenfis apud LVDOV. in *Comment.* p. 155. nempe  
in duplicato adulterum capite plectendum, adulte-  
ram custodiae perpetuae esse includendam, (*sie solle  
zu ewiger buß und straff versperret und gehalten  
werden.*) Quibus sane verbis poena l. 31. §. I. C.  
ad leg. Iul. de adult. et Nov. CXXXIV. Cap. X.  
exprimitur. Ibidem maritus, qui cum innupta  
concubuit, infamia notatur, et pro conditione  
personae carcere, numellis, fustigatione iubetur  
coerceri. Quae omnia omissa sunt in constitu-  
tione criminali, ideo procul dubio, quod illa  
iuris Romani seueritas plerisque ordinibus dis-  
pliceret, iique suae prouinciae mores iuri pere-  
grino praeferrerent. Vti ergo placuit verbis quo-  
dammodo ambiguis. Verba enim *nach sag vnser  
vorfahren* aequae de Germanis, ac Romanis legis-  
latoribus, possunt explicari, ac proinde non mi-  
rum est, eam constitutionem nihil obstitisse prin-  
cipibus atque ordinibus imperii, quo minus suas  
singuli saltem plerique leges moresque patrios re-  
tinerent.

### §. CXCIII.

Et reli-  
quis de-  
lictiis  
carnis.

Deinde ex comparatione legum Germani-  
carum discimus, IV. de nefanda Venere ni-  
hil paene sanxisse maiores nostros, nisi quod  
ex ipso sacro codice, desuntisque inde con-  
ciliorum decretis depromserant, idemque pae-  
ne V. dicendum esse de incestu. VI. Stu-  
prum

pram plerasque originis Germanicae gentes carcere, vel multa pecuniaria, puniuisse, ad-  
 acto simul stupratore, ut aut duceret stupra-  
 tam, aut dotaret. Denique VII. lenocinium  
 eas extra ordinem coercuisse, et VIII. ne me-  
 retricum quidem turpitudinem extra legum  
 civilium poenam habuisse.

### §. CXCIV.

Quum itaque ius Romanum pro norma ef-  
 fe voluerit legislator in coercendo adulterio:  
 (§. CXCI, 1.) recte inde collegerunt docto-  
 res, 1) iis locis; ubi iura provincialia et statu-  
 ta nihil singulare habent, adulterum, qui alie-  
 nam uxorem corruptit, gladio percutiendum,  
*L. 31. §. 1. C. ad leg. Iul. de adult.* 2) adulteram,  
 quia inclusio in monasterium ab usu recesserit,  
 \*) fustibus caedendam ac relegendam.  
 HEIG. *Part. II. quaest. XXIX. num. LXXII.*  
 CARPZ. *prax. crim. part. II. quaest. LIII.*  
 3) Maritum, qui inruptam vitiauit, poenam  
 stupri sustinere ex principiis iuris Romani,  
 quamvis 4) plerumque illum fustigatum per-  
 petuo; 5) hanc ad tempus carcere vel relega-  
 tione puniendam censeant iuris criminalis  
 interpretes. OLAS. *ad const. crim. art. CXX. p.*  
*379.* Denique 6) caelibem, qui alterius  
 uxorem violavit, capite plectendum, 7) adul-  
 teram fustibus caedendam esse. BEIER. et LV-  
 DOV. *ad art. CXX.*

\*) In Sabaudia hanc poenam adhuc obtinere, au-  
 ctor ex ANT. FABER *in Codice suo Lib. IX. tit. VII.*  
*def. II.* Sed et IVRE BAVARICO nobilibus permit-  
 titur, uxores tertium moechatas perpetua custo-  
 dia

dia coercere: es solle ihren ehevögten, doch mit vorwissen des landesfürsten, oder dero regimenter, zugelassen seyn, nach gelegenheit eines ieden vermögens vnd ständes in sein selbs hauß, schloß, oder einem andern gebührlichen ort, die verbrecherin gänzlich zu vermauren, vnd in solcher fängnuß bis in ihren tod verwahrt zu halten. *Constit. de adult. MDCXXXV. apud KHRAISER. instit. iur. Rom. Bauar. p. 354.*

## §. CXCv:

Quomodo apud Bavaros?

At quum non impediatur haec sanctio Carolina, quo minus passim adhuc vigeant leges et mores patrii: (§. CXCI, 2.) facile reddideris rationem, 8) cur in quibusdam prouinciis mitius agatur cum adulteris. 9) Cur BAVARI adulteros et adulteras vilioris conditionis prima vice carcere et multa pecuniaria, vel, si soluendo non sint, disciplina ecclesiastica, (*daß sie bey nechstgelegener pfarrkirchen in eisen für die kirchthür, oder in den brecher, drey sonntag nach einander mit einer kerzen, doch ohn entblößung der armen vnd ohne ruthen, vel, si duplicatum sit, adulterium, mit entblößten armen vnd darinn habenden ruthen gestellet werden.*) 10) altera vice relegatione perpetua, 11) tertia iudicio criminali et poena arbitraria coerceant; 12) nobiles vero prima vice in seruitia militaria quinque mensium, (*mit vier pferden fünff monath wieder den erbfeind, oder im fall zutragerender landesnoth auf seine vnkosten zu dienen*) condemnent, 13) secunda honoribus, officiis, insignibus nobilitatis priuent, 14) tertia demum criminali



nali iudicio arbitrarie damnet. IVS PROV. BAVAR. Lib. V. tit. IX. p. 704.

## §. CXCVI.

(Ex eadem ratione 15) in AVSTRIA adultere-  
 sum, quod antea multa pecuniaria lueba-  
 tur, WALTH. consu. Austr. p. 124. ex iure no-  
 uissimo, si duplicatum sit, in vilioribus per-  
 sonis prima vice virgidentia et relegatione, in  
 nobilibus carcere temporario, (*mit dem thurn  
 mit wasser und brod*) et multa insuper; 16)  
 iteratum etiam a caelibe et nupta in vilioribus  
 gladio, in nobilibus acriore, quam antea, poe-  
 na, (*mit noch schärffer straff, oder auch gar  
 nach den umständen des verbrechens mit dem  
 todt, nach vernünftiger ermessung der obrig-  
 keit,*) dignum iudicatur: 17) mariti vero con-  
 cubitus cum innupta prima vice multa,  
 (*höchstens mit 32. gulden*) secunda carcere vel  
 operis publicis, tertia fustigatione luitur. \*)  
 LANDGER. ORDN. art. LXXVI. §. VIII.

\*) Addit augustissimus legislator: *jedoch daß diß orts  
 die ledige weibes person in der bestraffung etwas  
 leichter gehalten werde.* Quum enim nulla hic  
 facta sit tori violatio, et fidem quoque, quam  
 coniux coniugi debet, non misera illa mulier-  
 cula, sed stuprator, abruperit, adeoque vix adul-  
 terae nomen illa mereatur: leuius omnino pu-  
 nienda visa fuit, non quidem, vt alio poenae ge-  
 nere plectatur, sed vt poenae istae, pecuniaria,  
 carceris vel operarum publicarum, et virgido-  
 mae parumper mitigentur.

## §. CXCVII.

## §. CXCVII.

Sed et 18) in TIROLENSI comitatu  
 gitur cum adulteris, quandoquidem  
 discrimine personarum prima et secunda  
 carcere cum ieiunio, (*bey wasser und brod*)  
 tertia exsilio puniuntur. IVS TIROL. *Lib. VII.*  
*tit. XL.* Ast multum 19) ab hoc iure discor-  
 pat WVRTEMBERGICVM, quod *tit. XCIV.* pri-  
 mum adulterium carcere et infamia; alterum  
 numellis et relegatione; tertium gladio puni-  
 niri iubet, quamvis postea nouella Luduici  
 Ducis constitutio anni MDLXXXVI. secun-  
 dum adulterium vitore gladio persequatur  
 HARPRECHT *Respons. LXIV.* Denique 20) et  
 in episcopatu WVRZBURGICO adulterium pri-  
 mum, sed duplicatum, fustigatione et relega-  
 tione perpetua; iteratum poena capitali  
 simplex multa vel operis publicis trimestri-  
 bus expiatur. B. HOFFM. *diff. de dissensu iur.*  
*poena adult. Cap. V. §. VII.*

## §. CXCVIII.

Similes et alibi constitutiones reper-  
 Nec non Nam 21) IVRE DITHMARSICO *art. CXXXVII.*  
 in Dit- mum adulterium LX. marcis; iteratum fustiga-  
 marfia, tione et relegatione coercetur. 22) in  
 terris BADENSI *Part. VII. tit. XXIX.* primum in  
 Badensi- chatus carcere menstruo, (*bey wasser und brod*),  
 bus, ciui- et multa XIV. flor. et XVIII. cruciger. Nec  
 tatibus imperia- non infamia et priuatione dignitatum; ite-  
 libus? rum numellis et perpetua relegatione; ter-  
 tium gladio punitur. 23) Lenissimae vero  
 in hoc coercendo flagitio plerumque sunt ci-  
 uitates

uitates liberae atque imperiales, quae raro admodum gladio animaduertunt in adulteros. *J. KRESS. comment. ad constit. crim. pag. 38.*

Saltim prima vice raro, aut nunquam poenam capitalem irrogant adulteris. LVRECENSIVM ius iam pluribus supra descripsimus. Similis fere est poena, quam adulteris infligunt AVGVSTANI, ARGENTORATENSES, MVLHVSINI, BREMENSES, ESLINGENSES, HAMBVRGENSES, immo et ciuitates quaedam municipales, veluti MINDENSIS, de qua CRVS. in *comment. ad statuta Mind. p. 292.* IVTERBOCENSIS, et VRGEN. de quibus BERGER. in *electis crimin. p. 130. et supplement. part. I. obs. XXXVIII.* Pleraque hic debemus diligentiae B. HOFFMANNI in *dissert. de dissensu iur. in pun. adult. crim. Cap. V. §. VIII.*

### §. CXCLX.

Enimuero uti lenioribus esse licuit ordinibus imperii, quam iuris Romani conditoribus: ita nec quidquam iis obstitit, quo minus nonnulli maiore seueritate adulteria coererent. Hinc 24) IVRE PROV. PALAT. *Part. V. tit. XXX.* tam caelebs, quam maritus, in adulterio cum alterius vxore deprehensus, vel eius criminis conuictus, capitis damnatur, vel gladio percutiendus, vel in aqua suffocandus. 25) Eidem poenae gladii locus est in adulterio duplicato in BOHEMIA. Vid. WEINGART. *fasc. diuers. iur. Lib. I. part. III. p. 273.* nec non 26) in MARCHIA: BRVNNEM. *process. crim. Cap. IX. n. XXX.* quum contra simplex ibi arbitrarie puniatur. SCHEPL. *const. March. Part. I. tit. I.* Id quod etiam 27) obtinet in duca-

Capitale adu-  
terium in  
palatina-  
tu, Boe-  
mia,  
Mar-  
chia, du-  
catu  
Magd. et  
alibi.

ducatu MAGDEBVRGICO; nisi quod ibi et cœu-  
libis concubitus cum nupta capitalis est;  
ORD. POL. MAGDEB. *Cap. LXIX. §. III.* necesse  
28) in ducatu BRVNSVICENSI: ORD. POL. BRVNSVIC.  
*Cap. VI. §. II.* et 29) TERRIS ANHALTINIS, vbi et  
cœlebs, alienum torum persultans, eadem  
dii poena adficitur, ORD. PROC. ANH. *tit. XL*  
cui 30) per omnia similis est constitutio  
NASSOVICI *Part. I. n. LXXV.* et 31) SOLMENSIS  
*Part. II. \**)

\*) Sunt et quaedam poenae adulterii admodum sin-  
gulares, et vno alteroue tantum loco receptae,  
veluti, quam supra apud BAVAROS vidimus.  
Talis etiam est AVGVSTAE VINDELICO-  
RVM, vbi adulter non modo prima vice carce-  
ri mancipatur per quatuor hebdomadas,  
*nemlich zum wenigsten acht tage mit dem leib, wer  
aber die andern drey wochen mit dem geld büssen  
und ablegen will, das mag er für einen jeden tag  
mit drey gülden thun.* ORD. POL. AVG. *art. 1*  
*MDLXXV.* verum etiam nomen eius inscribitur  
in librum, quem vocant *das blaue buch.* *verum*  
*Comment. ad const. crim. p. 311.* qui ibidem etiam  
observat, VLMAE adulteros aliquamdiu pacis  
to pulmento, *mit haberbrey.* Notabilis est  
na, quam nobilibus MEKLENBYRGICIS minatur,  
POL. MEKLENB. *art. MDLXXII. vom tadtschlag  
eheberuch p. 10.* puta, vt feudo priuetur: at  
poenam ab vsu recessisse, observavit TARNOW  
*de feud. Megalop. Cap. II. sect. I. §. XIV. p. 190.*

## §. CC.

Seuerif-  
simae le-  
ges Hol-  
sat. et  
Saxoni-  
cae.

Sed nescio, an vsquam terrarum actiora  
legum vincula sint, quam in HOLSATIAE parte  
et SAXONIA. Quemadmodum enim 32) in tractu  
EYDERSTADENSI Ioannes Adolphus, Dux, an-  
no MDCVII omne adulterium, siue sim-  
plex,

plex, siue duplicatum, capitale esse iussit. *HEIMANNI NORTFRIS. chronic. Lib. III. Cap. VII. pag. 271. ita 33)* non multo mitiores sunt leges electorales SAXONICAE, quae et in duplicato adulterio et in simplice, vbi caelebs cum nupta concubuit, vtrumque gladio feriri iubent, nec parcent vitae mariti, innuptam stuprantis, hanc fustigatione duntaxat punientes. \*) *Part. IV. CONST. AVG. XIX.*

\*) Eandem poenam et in reliquae extra electoratum Saxoniae parte in adulteros statuit B. ERNESTVS PIVS in ORD. PROV. *Part. II. cap. IV. tit. X.* quamvis alibi adulteram, siue cum marito alterius, siue cum caelibe concubuerit, virgis tantum caedi velint. *RICHT. decis. LXXXVIII. n. 88.* Certe si legibus ex animis hominum euelli posset libido, nusquam terrarum, quam ibi, castius viveretur, et iam pridem mos et lex maculosum edomuisset nefas.

§. CCL.

Tam variae sunt in Germania adulterii poenae, quamvis 34) vel ideo rariora eorum <sup>Cur ex-</sup>empla <sup>empla</sup> existent exempla, quod crimen illud immis- <sup>horum</sup>sione seminis perfectum esse, de eoque iudi- <sup>suppli-</sup>ci constare debeat, ob verba *CONST. CRIM. art. CXX: den er mit seinem eheweibe verbracht hat.* <sup>ciorum</sup> <sup>rariora?</sup> Accedit 35) quod et plures aliae sunt causae, ob quas poena ordinaria cessat, veluti si coniux adulter ab altero desertus sit: si adultera sit mulier quaestuaria: si morbus diuturnus coniugem impediuerit, quo minus coniugis officio in toro fungeretur: si alterutrius rei confessio deficiat: si coniux, qui adulterium accusat, ipse in eodem luto haeret. <sup>(El. I. G. Tom. II.)</sup> <sup>M</sup> <sup>reat;</sup>

reat; immo et si innocens coniux poenam alterius deprecetur, de qua deprecatione paulo post erit dicendi locus. Vid. KRESS. *ibid.*

§. IV. p. 311. *sequ.*

### §. CCLII.

Poenam ordinariam minuit coniugis innocentis deprecatio.

Nimirum quum maiores nostri multa hic relinquerent arbitrio coniugis innocentis, quippe cui adulteri fere addicebantur: (§. CLXXIII. \*) non mirum est, 36) ubique fere inuauisse consuetudinem, vt in deprecatione coniugis innocentis ad mitigandam poenam alterius aliquid momenti positum esse, eaque 37) non modo coniugi, sed et socio delicti, prodesse credatur, CARPZ. *quaest. LV. n. 122.* quamuis dissentiat BRVNEM. *process. inquis. Cap. IX. n. VI.* Ex eodem patet 38) cur, si a legibus Saxonice discesseris, nihil intersit, siue duplicatum sit adulterium, siue simplex: KRESS. *ibid.* modo 39) innocens, et vxor quidem Saxonica, consentiente curatore, deprecetur, seque alteri gratiam facere delicti, nec matrimonii solutionem cupere, profiteatur, et 40) decreta adultero relegatione, relegatum comitari constituerit. \*) Cuius iuris originem illi mihi non satis intelligere videntur, qui id in honorem matrimonii fieri statuunt.

\*) Non decernitur, coniugem innocentem simul esse relegandum, quod sane iniquissimum esset: sed eum comitari relegatum teneri, *dass der ebe-gatte ihm mit wesentlicher wohnung zu folgen schuldig.* Quum enim gratiam delicti coniugi adultero fecerit innocens: redintegratum inter eos est matrimonium, quumque inter officia coniugum

gum sit indiuidua vitae consuetudo; facere non potest, quin relegatum tamquam coniux comitem innocens. Vid. KRESS. *ibid.* p. 312.

## §. CCIII.

Ex eadem ratione 41) eo facilius Germani coniugi innocenti dederunt facultatem vindicandi illatam sibi iniuriam, torumque nefarie violatum: et hinc 42) Vindicta priuata an permissa coniugi innocenti? *CONSTIT. CRIM. art. CL.* inter homicidia, quae impune fiunt, refert caedem adulteri, in adulterio a marito vel patre deprehensi, *da einer iemand um unkeuscher werk willen, die er mit seinem eheweib oder tochter übet, erschlägt.* Ex iis enim, quae supra ex legibus Germanorum attulimus, satis constare arbitramur, non tum primum id ius in Germaniam inuectum esse a Carolo V. sed iam inde ab antiquissimis usque temporibus ibi viguisse. \*)

\*) Quamuis enim Carolus V. hac licentia patri tantum et marito data, ius Romanum pro norma habuisse videatur, (quum leges Germanicae uxori etiam laesae feminam cum marito concubentem addicerent *LEG. WISIG. Lib. III. tit. IV. §. IX.*) non tamen reliqua, quae ius Romanum exigit, inculcauit, e. g. ut pater simul occidat filiam: ut marito ea vindicta permittatur, si vilissimae conditionis hominem, vel honestiorem, tribus contestationibus monitum, occiderit: ut id non nisi domi suae liceat. *l. 20. sequ. l. 32. ff. ad leg. Jul. de adult.* Quare merito dubites, an hic omnia ad viuum sit rescatura criminalis Germanorum iurisprudentia, quamuis non desint omnino, qui cum GYDELINO aliisque patribus et maritis adimendam existiment hanc occidendi licentiam.

## §. CCIV.

Poena  
nefan-  
dae Ve-  
neris.

Quum porro de crimine nefandae Veneris nihil paene, nisi quod ex sacro codice, vel depromptis inde conciliorum canonibus, desumptum sit, in legibus Germanorum reperiamus: (§. CXC.) eo proclivius 43) fuit Carolo V. indistincte poenam viuicomburii minari omnibus, qui contra naturam vel generis sui, vel sexus, flagitium fecissent, quum eodem genere supplicii ipse Deus Sodomitas olim perdiderit. CONST. CRIM. art. CXVI. At, 44) quod ad usum forenses attinet, hodie eos tantum, qui contra naturam generis peccarunt vivos comburi, pecudemque simul occidi: contra 45) sexu abusos gladio percuti, inter omnes omnino legum criminalium interpretes constat: CLASEN. ad d. art. CXVI. KRESS. *ibid.* p. 292. *sequ.* qui 46) et reliqua impudicitiae nefandae crimina extra ordinem puniri, animaduertunt. KRESS. et BEYER. *ibid.*

## §. CCV.

Nec non  
incestus.

Quumque idem paene de incestu dicendum sit: (§. CXCIII. 5.) 47) hic quoque mores veteres non aboleuit Carolus V, sed diferte sanxit, artic. CXVII: *So einer vnkeuschheit mit seiner stiefftochter, mit seines sohnes eheweib, oder mit seiner stieffmutter treibt, in solchen, vnd noch nähern sipschafften, soll die straff, wie davon in vnserer vorsehnen vnd vnsern kaysserlichen geschriebenen rechten gesetzt, gebraucht,*



gebraucht, und derhalb bey den rechtsverständigen raths gepflogen werden. At quia paulo obscurior est haec dispositio: 48) moribus inualuit, vt incestus, contra ius naturae cum ascendentibus vel descendentibus admissus, gladio; 49) contra ius diuinum posituum *Leu. XVIII. et XX.* fustigatione; \*) 50) contra ius humanum mitiore poena, pro ratione *πενίαιων*, puniatur: BEYER. *ad const. crim. art. CXVII. §. IV.* KRESS. *ibid. §. II.* quamuis 51) et hic delinquentium aetas, stupor, ignorantia, aliaeque circumstantiae poenam iure meritoque mitigent. KRESS. *ibid. §. III.*

\*) Si quando incestus cum adulterio coniunctus est, et leges moresque patrii capitale esse iubent adulterium: id supplicium tanto magis ab incestuosis sumendum esse, nemo dubitauerit. Ceterum quum nihil fere definiat criminalis Caroli V. statutio: non mirum est, mundum hic regi opinionibus, pleraque a doctoribus celebrioribus tradita fere pro lege esse, e. g. quod hic locus non sit precibus innocentis coniugis: MYLIUS *add. ad Beieri comm. ibid. §. VII.* itemque, quod crimen hoc non quinquennii, sed vicennii, praescriptione exstinguatur. CARPZ *Part. III. quaest. CCXLI.* KRESS. *ibid. §. III. not. \* 3.*

## §. CCVI.

Ex sexto axiomate (§. CXCIII.) intelligitur, 52) cur et hodie stuprum carcere aliquot hebdomadam vel multa, quam vocant *die hubren-brüche*, expietur, et 53) stupratori praeterea iniungatur, vt aut vxorem ducat stupratam, aut pro facultatibus patris eius dotet, quin 54) compressam sponsam, vel inie-

cta spe matrimonii plectam, abscisse ducere teneatur, et priore casu 55) vsque ad pubertatem, (vel *so lange, bis es sein brod selbst erworbén kan,*) infanti alimenta praestare debeat. Additur plerisque locis 56) poenitentia publica, *die kirchen-busse*, quam tamen censuram ecclesiasticam poenam vocandam esse negant. BRVNEM. *iur. eccles. Lib. II. Cap. XIX. §. XXVII. sequ.*

### §. CCVII.

Itemque  
lenocini-  
nii.

Non multum quoque a maiorum moribus (§. CXCIII, 7.) in coercendo LENOCINIO discesserunt posteri. Quamvis enim 57) eos, qui filias vel vxores prostituunt, infames esse Carolus V. iubeat, iisque poenam iure communi statutam minetur, id est, poenam capitis, *l. 29. ff. ad leg. Iul. de adult.* et 58) reliquam lenonum lenarumue colluuiem, de prudentum consilio relegatione, numellis, abscissione aurium, fustigatione plectendam censet: *art. CXXIII.* tamen 59) abscissio aurium numquam decernitur, et 60) crimen hoc detestandum, et cum maximo humani generis detrimento coniunctum, pro laxa saeculi in deterius ruentis disciplina, raro ea, qua par erat, feueritate vindicatur.

### §. CCVIII.

Denique  
meretriciae tur-  
pitudi-  
nis.

Ceterum quum in eo a iuris Romani placitis quam maxime olim differrent Germanorum mores, quod apud illos meretricum turpitude extra legis Iuliae poenam esset: *l. 13.*

§. 2.

§. 2. ff. l. 22. C. ad leg. Jul. de adult. Germani, studiosiores castitatis, ne istud quidem probrum impune esse paterentur: (§. CXCI, 8.) non obscura est ratio, cur 61) tales mulierculae alicubi numellis constrictae, virumque stramineum tergo portantes, praecunte carnifice, et tympanum pulsante, urbibus eieciantur: alicubi 62) inclusae caueae versatili aliquamdiu in girum agantur; alibi 63) currui iunctae lutum et sordes ex vrbe euehere cogantur: plerisque tamen locis, vbi occasio est, detrusae in ergastulum, aliquamdiu laboribus adsuefiant. Quo, quidem instituto nihil est salubrius. Nam

*Otia si tollas, periire Cupidinis arcus.*



## TIT. XXV.

## DE VI PVBLICA ET PRIVATA.

## §. CCIX.

Vis omnis statui civili aduersa.

**N**ihil est, quod magis reipublicae tranquillitatem turbet, quam si homines non in iure manus conferant, sed rem repetant ferro, et freti potentia, ipsi sibi ius manu dicant. Quum enim finis et causa constituendarum ciuitatum, teste PLATONE *de republ. Lib. II.* praecipua fuerit μήτ' ἀδικεῖν, μήτ' ἀδικεῖσθαι, ne homines facerent, paterenturue iniurias: facile patet, nullam fore rempublicam, aut certe pessime adfectam, in qua sibi quisque actor, testis, iudex, atque exsequutor litis esse posset.

## §. CCX.

Germani olim vi malebant vti, quam iure experiri.

Et tamen Germani, temporibus TACITI non tam facile obliuisci poterant libertatis naturalis, vt non fas cuique esse crederent, ius suum vi persequi, vel hostem cogere in ordinem, et armis denique consequi, quod alii iudicium ope consequuntur. Saltim veteres omnes, qui de harum gentium natura ac moribus aliquid memoriae prodiderunt, eas vi et armis potius, quam iudiciis, inter se contendisse, narrarunt. Inprimis eo pertinet, quod refert VELLEI. PATERC. *hist. Lib. II. Cap. CXVIII.* miratos esse Germanos, visa Romanorum iurisdictione, quod *hi iustitia finiunt iniurias, solitaque armis discerni iure termi-*

terminant: \*) itemque, quod de inimicis, ab universis familia susceptis, refert Tacit. de morib. Germ. Cap. XXX.

\*) Sed non videtur tamen id Germanis proprium, sed cum plerisque gentibus aliis vetustioribus commune fuisse. Nescio, an id Romani quoque modo de maioribus suis passi sint, raris sancte inter se servato ritu vindictarum, vel manum in iure conferendi, quem accuratius descripsit GELLIVS noct. Att. Lib. XX, Cap. X: et insigni dissertatione illustravit v. C. GE. EVN. ION. GUERUS, Lips. MDCCXXIII. Quamvis enim ea non solida vis esset, sed civilis et festuaria, quae verbo diceretur, non manu fieret cum vi bellicae et cruenta, ut ait GELLIVS: videtur tamen hic ritus solidam illam vim veterum repraesentare, vel statum istum, ad quem alludit ENNIUS:

*Pellitur e medio sapientia: vi geritur rex.  
Spernitur orator bonus, horridus miles amatur.  
Haud doctis dictis certantes, sed maledictis,  
Misceant inter sese inimicitias agitantex.  
Non ex iure manu confertum, sed mage ferro,  
Rem repetunt, regnumque petunt, vadunt solida vi.*

Vim sane quamdam adumbrant illae vindictae, et eam quidem procul dubio, qua veteres ipsi suis rebus solebant consulere, antequam maiore auctoritate reges et magistratus ius dicere coepissent.

### §. CCXL

Quo iucundius vero hominibus est inimicos viciscendi studium: eo aegrius adduci se patiebantur Germani etiam insequentibus temporibus, ut litigiosa fora sequerentur. \*) Idque vel inde patet, quod in morem Gothorum vi potius, quam iure inter se certantium, grauter inuectus CASSIODORVS

Qui mos et medio aedo mansit.

*Lib. III. Cap. XXIV. Cur, inquit, ad monomachiam recurritis, qui venalem iudicem non habetis? quid opus est homini lingua, si causam manus agit armata? et Cap. XXIII. Remoue consuetudines abominanter inolitas: verbis ibi potius, non armis, caussa tractetur. Ne plus intentio ciuibus rapiat, quam bella consumant. Scuta in hostes erigant, non in parentes, vel cognatos. Adeo ne inter hos quidem sine vi et armis transigebatur. Non repetimus hic, quae supra (§. LXXI. \*) de Henrici IV. temporibus obseruauimus.*

\*) Hinc quemadmodum Romanos ad veterem illam et solidam vim, qua eorum maiores vsi fuerant, adumbrantam ritum vindiciarum seu vim imaginariam retinuerant: (§. CCX. \*) ita simile quid reperias apud Germanos, qui, latis legibus, iudiciisque rectius constitutis, vim tamen quamdam restituerunt forensem, vt maiorum suorum mores hoc singulari certamine praesentarent. In eo tantum discrimen erat, quod vis illa apud Romanos erat festucaria, apud Germanos solida et vera, sed iudicis tamen arbitrio facta. Pertinent huc, quae ex LEGE ALAM. tit. LXXXIV. et BAIVVR. tit. XI. Cap. V. de iudicio, quod dicebatur *webading*, attulit laudatus IOECHERVS *diff. de ritu. vindic. §. XXVIII.*

### §. CCXII.

Hinc opus visum legibus senioribus, quales Wisigothica. Eo acrioribus legum vinculis constringenda videbatur procax illa vim hostibus inferendi licentia, quam a maioribus veluti per manus traditam iam aegre dimittebant posteri, etiam quando, institutis rectius iudiciis, nemini non esset in iure experiundi copia. Ac curatissime de VI cauit LEX WISIGOTH. *Lib. VIII. tit.*

*in l. quae §. III. eos, qui, condunatis hominibus, caedis vel seditionis causa vint fecerint, LX; focios criminis in eius patrocinio non constitutos, L; seruos alienos, CC. ictibus flagellorum lacerari; eos, qui aliquem intra aedes suas inclusum habuerint, XXX. solidis mulctari, et centies flagello caedi; focios criminis singulos in XV. solidos damnari, et centies flagris caedi, seruos ducentis ictibus emendari iubet: paullo maiorem vero poenam minatur iis, qui quem sua domo excluderint, vel domum alienam sua auctoritate adprehenderit, descripserint, \*) obsignarint. IBID. §. IV.*

\*) DESCRIBERE DOMVM idem esse videtur, ac titulum domui adfigere, quo dominus eius exprimeretur. Solebant enim veteres tales titulos adfigere praediis, vt, cuius essent, et, ad quem pertinerent, sciri posset, quemadmodum hodie praediis nobilium insignia dominorum eum in finem adfigi solent. De eo more, cuius passim meminerunt iura nostra *l. fin. §. 5. C. de delat. tot. tit. C. de his qui potent. nom. tit. praediis adfig. et tit. C. ut nemo priuat. titul. praed. vel alien. impon. vel vela reg. suspendat l. ult. §. 2. ff. quod vi aut. clam. Nou. XXVIII. Cap. V. Nou. XXIX. Cap. IV. Nou. XXX. Cap. VIII.* plura reperies apud CUIAC. *ad haec loca: in primis Tomo II. p. 107, 108, 657. et Tomo X. p. 886. edit. Neap. LINDENBROG. in glossar. p. 1422. CAR. DV FRESNE glossar. Lat. voce titulus.*

### §. CCXIII.

Eadem lex varias huius criminis species distinguit. Nam eum, qui rem suam alteri vi extorsit, iure suo priuat, quae lex ex *l. 7. C.*

Quid ea cautum de variis huius criminis speciebus?

unde vi defuncta videtur, et  
 postea nullum ius in illa habere  
 duplicem aestimationem, praesertim  
 §. II. et V. eum, qui ad res ali-  
 das homines inuicauit, et in vi-  
 cios criminis singulos in quibus  
 L. ictuum poenam condemnat  
 similitque, ac modo acriore  
 poena adfici vult eos, qui in  
 constitutorum res inuaserint, et  
 ipsi euntes in expeditionem vim  
 §. IX, qui receptum dederint  
 reis, vel quorum ope et consilio  
 quid factum fuerit. \*) IBID. §. X.

\*) Eodem titulo et de seruorum poe-  
 uetur, veluti, vt, si dominorum  
 riant, domini pro iis satisfaciant  
 sin insciis dominis, hi nihilominus  
 vel seruos noxae dedant: §. V. qui  
 to ictuum numero coerceantur.  
 VI. Non necessarium visum est  
 sequi, quum sufficiat, scire, quum  
 narum in hos animaduertentis  
 tiae laude celeberrimi.

### §. CCXIV.

Quid de  
 raptu  
 mulie-  
 rum?

Quum vero et RAPTUS virginum  
 rum, et STUPRUM VIOLENTVM ad vi-  
 etiam de hoc utroque crimine et  
 na non silet lex WISIGOTHICA. \*)  
 quidem quod attinet, de eo pro  
 Lib. III. tit. III. praecipiturque, §.  
 ingenuus ingenuam virginem vel  
 puit, feminae illibatae recuperata  
 bonorum suorum dare cogatur: sin-



sent pudicitiam, omni spe nuptiarum exclu-  
 sus, ducentisque flagellorum ictibus lacera-  
 tus, et ingenuitate priuatus, addicatur paren-  
 tibus vel feminae ipsi in seruitutem, et qui-  
 dem cum vniuersa substantia, si liberos non  
 habeat legitimos, quippe quibus tunc impro-  
 bi parentis bona salua relinquebantur. Quin  
 capitis damnabantur raptor et rapta, si nu-  
 ptias fecissent: *IBID. §. II.* et raptores *is-  
 tae* impune occidebantur. *IBID. §. VI.*

\*) Immo nec vlla alia lex Germanicarum gentium.  
 Videtur ergo hoc crimen in Germania frequen-  
 tissimum, ac poene quotidianum fuisse, sub  
 pretii magnitudine deterriti, rapere sibi vxores  
 maluerint homines, quam redimere, siue ridicu-  
 lo errore magis decorum putarint feminae rapi,  
 quam vitro viros sequi. Iam Arminium, virum  
 fortem, et primae inter Germanos dignitatis, ra-  
 puisse Thufeldam, praeter alios refert *TACITUS,  
 Annal. Lib. I. Cap. LI.* Et medio aevo  
 huiusmodi exempla exstant etiam non minus il-  
 lustria, quae infra suo loco dabimus. Quam man-  
 sit alicubi infanus mos ad patrum vsque memo-  
 riam, idque notabili *HYPERI* testimonio proba-  
 mus, qui *praefect. ad pondoct. Lib. XLVIII. tit.  
 VI. §. IV.* de Frisia sua: *Qui volentes, inquit,  
 virgines viduasque abducunt, tantum abest, ut ca-  
 pite puniantur, uti vix vnquam, poene dixerim  
 numquam, criminis accusentur, et quandoque tam  
 frequenter fiat, ut parum absit, quis pro dex-  
 teritate amatoria nec ineleganti habeatur.*

### §. CCXV.

Sed sicuti haec erat poena raptus ordinaria, Quid de  
 si quis ingenuus iniuriam, iniuratis parentibus, raptu  
 rapuisset: ita si his scientibus volentibusque sponsa-  
 rapta esset alii desponsa, et parentes pretii, <sup>rum?</sup>  
 quod

quod prior sponsus dederat, quadruplum reddere cogebantur, et raptor sponso addicebatur in seruitutem. *IBID.* §. III. Fratres, quorum ope et consilio rapta fuerat soror, si viuis parentibus id fecissent, vt ipse raptor, puniebantur, sin iis mortuis, quinquagies caesi semissem bonorum amittebant, sorori a se proditae cessurum. *IBID.* §. IV. Qui alienam sponsam, inuitis parentibus et cognatis, rapuerat, virgis caesus vniuersam substantiam amittebat, ex vno semisse sponso, ex altero raptae cessuram, vel, si soluendo non esset, addicebatur vtrique venumdandus, pretiumque inde redactum inter sponsum sponsamque aequa lance diuidebatur. *IBID.* §. V. Quae quidem huius criminis persecutio, triginta demum elapsis annis, exspirabat. *IBID.* §. VII.

\*) De seruis quoque, huius criminis reis, ibidem factis accurate cauet *LEX WISIGOTHICA*, Nam si iubente domino seruus rapuisset, ille pro hoc ad omnem satisfactionem obstrictus erat. Sin incio domino, et eo quidem consilio, vt ingenuam vxorem duceret: damnabatur capitis, alioquin decaluatus CCC. ictibus lacerabatur. *IBID.* §. VIII. Paulo seuerior erat poena serui liberatam vel ancillam alienam rapientis, *IBID.* §. IX. et X. multoque grauior sollicitatorum alienarum nuptiarum, qui et ipsi addicebantur laesis. *IBID.* §. XI. Qui non tam ipsi rapuerant, quam auxilium tulerant raptoribus, ii, si ingenui essent, quinquagies caesi, X. auri vnciis; sin serui, iique incio domino raptori opem tulissent, centum singuli ictibus multabantur.

## §. CCXVI.

Similis fere ex ea lege erat poena STUPRI violenti. Ingenius enim, qui ingenuae pudicitiam vi extorserat, criminis convictus, centum ictibus caedebatur, feminaeque addicebatur, ipsi quoque cum stupratorum cognatarum alicui seruiturae, si stupratori nubere non dubitasset. Servus, qui ingenuam vi compresserat, vivus comburebatur. LEG. WISIG. *L. III. tit. IV. §. XIV.* Ancillam qui vi stuprauerat, servus CC. ictibus flagellorum, ingenuus L, ac praeterea XX. solidis, ancillae soluendis, puniebatur: eandemque poenam pro seruo subire tenebatur ipse dominus, si eius iussu seruus tantum flagitium admisset. *IBID. §. XVI.*

Nec non de stupro violento?

## §. CCXVII.

Progredimur ad OSTROGOTHOS, apud quos de vi permulta edixerat rex eorum Theodericus. Primo enim eos, qui coadunatis hominibus aliorum possessionem inuadant, impune occidi permittit: *EDICT. THEOD. §. XVI.* Deinde insequente *§. XVII. sequ.* et raptorem et mulierem raptam, si consenserit, capitis damnat, parentibus vero aut curatoribus, id crimen non persequentibus, vel cum raptore pactis, exilium irrogat, libertate in praemium promissa servis, qui crimen hoc, a dominis dissimulatum, detulissent. Persequendi vero raptores erant intra quinquennium, eoque temporis spatio elapso ius hoc expirabat, quin liberi interea suscepti ex

Leges Ostrogothicae de vi et raptu mulierum.

ex rapta pro legitimis habebantur. Quam-  
cillam rapuerat coadunatis hominibus, siue  
ingenuus siue seruus, raptoris poenam sub-  
ibat, eademque seueritate coerceretur con-  
ductor, cuius consensu id factum fuisset. Do-  
minus denique ancillae, quo sciret non in-  
bente illa rapta fuerat, fundum vel praedium  
ex quo rapta erat, amittebat.

### §. CCXVIII.

De stu-  
pro vio-  
lento.

Idem edictum et pudicitiae virginum vi-  
duarumque praesidium circumponitur. Si  
quis enim vi stuprasset virginem ingenuam,  
ipse nobilis et nondum maritus, uxorem  
ducere, et quintam facultatum suarum  
partem titulo sponsaliciae largiri, si  
iam uxorem haberet, tertiam bonorum  
tem vitiatae dare cogebatur: sin quod  
ret, non haberet, extremo supplicio  
batur. EDICT. THEODORIC. §. LIX. *Violenter*  
si quis vi compresserat, adulterii poenam  
subibat. *IBID.* §. LX. *Seruus qui vi stuprasset*  
*ingenuam, conuento domino, rebus ex*  
*patet factis, capite feriebatur: IBID.* §. LXXI.  
Sed et ingenuus peregrinus, qui vi  
ancillae intulerat, si dominus vellet,  
ducere poterat, similis tunc futurus con-  
ditionis. Si vel dominus vel peregrinus  
eam conditionem adspernaretur, hic  
duo eiusdem pretii mancipia dare teneba-  
tur, caedendus alias fustibus, aut *vitiosae ci-*  
*uitatis collegio deputandus.* \*) *IBID.* §. LXXIV.

\*) Quid

\*) Quid vero est: *deputare viciniae civitatis collegio?*  
 Nihil aliud, quam ad operas publicas municipii  
 alicuius damnare. Dicebantur hi COLLEGIATI,  
 EDICT. THEOD. Cap. LXIX. de iisque ISIDOR. Orig.  
 Lib. IX. Cap. IV. COLLEGIATI dicuntur, quod eor-  
 um collegio custodiisque deputentur, qui facinus ali-  
 quod commiserunt. Et fuit hoc sordidissimum genus  
 hominum patre incerto progenitum. Sunt haec paullo  
 obscuriora, at ita tamen intelligenda, quod faex haec  
 hominum confluerit ex facinorosis, spuriiis, simi-  
 libusque, eorumque fuisse, operas prosecutioni-  
 bus equorum praebere, l. 1. C. Theod. de operas  
 a collat. incendia coercere, et alias viles praesta-  
 re operas. Vid. BRISSON. de verb. signific. bat  
 voce.

### §. CCXIX.

Apud BVRGVNDIONES ob quamlibet vim al-  
 teri factam ingenuus pecunia multabatur, Burgun-  
 feruus fustibus caedebatur. Eo sane perti-  
 dent, quae tit. XXV. §. I. et II. de iis, qui leges de  
 hortum alienum vi sint ingressi, tit. vi.  
 XXVII. §. I. II. IV. sequ. de irruptione per  
 sepem, §. III. et addit. I. tit. I. §. I. de via  
 publica vel vicinali alicui clausa, sancita esse  
 legimus. Qui virginem ingenuam rapuerat,  
 eamque corruperat, sexcuplum puellae pre-  
 tium cum multa XV. sol. exsoluere cogeba-  
 tur, aut, si tantum non esset in eius bonis,  
 parentibus addicebatur. LEX BVRG. tit. XII.  
 §. I. II. Qui puellam volentem rapuerat,  
 triplum tantum praestabat: IBID. §. III. quin  
 impune id faciebat, qui virginem incorru-  
 ptam restituisset parentibus. IBID. §. IV. An-  
 cillam alienam si quis ingenuus vi compres-  
 serat, XII. solidis multabatur; seruus, hu-  
 (El. I. G. Tom. II.) N ius

ius criminis reus, CL. ictibus caedebatur.  
IBID. tit. XXX.

§. CCXX.

Francorum  
leges de  
vi.

At FRANCI imprimis vim omnem, publicam ac priuatam, eo feuerioribus legibus coercere studebant, quo magis illis antiquissimis temporibus ius in manibus positum esset. \*) Nam LEX SALICA tit. XVIII. edit. ECCARDI eum, qui alienam villam inuasit, XXX. solidis; (LINDENBROGIANAE tit. XVI. §. I. sequ. et auctorem delicti et socios LXII. solidis;) eum, qui simul ianuam confregit, canem occidit, homines percussit, res ibi repertas carro auexit, solidis CC. et criminis socios LXII. sol. et dimidio mulctari, quin apud LINDENBROG. simul omnium rerum ablatarum aestimationem praestare iubet.

\*) Obseruauit hoc iam ECCARDVS ad leg. Sal. p. 42. cuius en verba: *Adsalitio huiusmodi, (ita enim vocabant inuasionem,) violenta frequens fuisse videtur apud Francos. Vnde et, qui inimicos habuerant, cum iis aliquando paciscebantur, ut ab adsalitione eorum tuti essent, sibi que etiam scripto securitatem confirmari faciebant. Formula inter Andegauenses quinta securitatem de superfallicione, ut vocat, hanc proponit: Dum non est incognitum, qualiter aliquis homo, nomen illi, aliquo homine, nomen illo, mallauit de res suas, et ipse illi male ei exinde numquam fecisset. Proinde ipse illi ante bonis hominibus conuenit, ut hanc epistolam facere deberit, ut nullo umquam tempore contra ipso agere non praesumat. Quod si illi, aut aliqua persona ad vicem suam ipsa causa resultare praesumerit, solidus tantus inter tibi et fisco componere debeat,*  
et

et quod repetit, vindicare non valeat, et haec securitas firma permaneat.

§. CCXXI.

II, qui inter Francos lege Romana viue- Eae ex-  
bant, ex lege Iulia relegatione vel deporta- aspera-  
tione puniebantur. Sed quum nec inter tae po-  
Francos lex Salica; nec inter prouinciales Iu- stea.  
lia ad rei summam proficere videretur: po-  
stea omnis vis capitalis esse coepit. Hinc  
CAPITVL. *Lib. VI. §. CCLXXXIX. edit. LINDEN-  
BROG. Qui manifestam detegitur fecisse vio-  
lentiam, non iam relegatione aut deportatione  
insulae plectatur, sed SUPPLICIUM CAPITALE ex-  
cipiat, nec, interposita prouocatione, sententia,  
quae in eum fuerit dicta, suspendatur. Et  
Lib. VII. §. CLXIV. Conuictus in iudicio de  
evidente violentiae crimine, reus capite punia-  
tur. \*)*

\*) Et ex hac lege sub Ludouico, infante, supplicium in Germania sumtum esse videtur ab Alberto, Bambergensi, quem anno DCCCCV. manibus vinctis adductum, omnibus adiudicantibus, CAPITALEM SENTENTIAM, facultatibus et possessionibus in fiscum redactis, suscepisse, refert REGINO *Annal. ad d. ann.* Quamuis enim et maiestatis crimen concurreret, fatente OTTONE FRISING. *Cbron. Lib. VI. Cap. XV.* non tamen vniquam hostili animo fuerat aduersus Ludouicum regem, vel rempublicam, sed vim fecerat comitibus vicinis, et Conradum occiderat. Videtur ergo contumacia eius et proscriptio occasionem dedisse eius inimicis, vt eum simul reum maiestatis peragerent, quo eius facultates hoc colore a fisco possent eo facilius occupari.

## §. CCXXII.

Nec minus frequens ac paene quotidiana  
 Quid de raptu sanxerint Salii. *ac viduarum*, adeo ut ne regii quidem patris  
 sanctimonia homines audaciores deterrent,  
 quo minus uxores vi sibi inde quaerere  
 Et LEX quidem SALICA tit. XIV. §. I. et II. hic  
 mulctam cum capitali et dilatura irrogat  
 et quidem raptori ipsi solidorum LXII. cum  
 dimidio: focis criminis, si tres puellae  
 mo rapuerint, XXX. solidorum, si plures  
 adfuerint, V. solidorum, iis, qui sagittas fecerint  
 habuerint, (per quas ECCARDVS pag. 34. *ma-*  
*gia*, nos arma intelligimus,) III. solidorum.  
 Qui puellam, in Regis patrocinio ac tutela  
 constitutam, rapuerat, praeter mulctam  
*profredo* LXII. solidos cum dimidio per  
 bat: qui sponsam alterius, tantumdem  
 mulcta, et sponso XV. solidos, vel, si  
 dum iam domum ducebatur, raptam com  
 fillet, CC. solidos debebat. Ingenuus  
 alienam ancillam, vel ingenua, rapti se  
 passa a seruo, vna cum illo redigebantur in  
 uitutem: nisi veniam impetrarent liberorum  
 causa, cuius rei exempla sunt apud MARCVL  
*Eib. II. Cap. XXIX.* BIGNON. *Cap. XIX.* LIN  
 DENBR. *Cap. XXVI.* ANDEGAV. *Cap. LVIII.*  
 seruus vero vel lidus regius, raptus inge  
 nuam, capitis damnabatur, nisi gratis illi fie  
 ret huius supplicii, statusque liberorum inde  
 procreatorum confirmaretur. Quo pertinet  
*charta de agnatione, si seruus ingenuam trahit,*  
 apud MARCVLF. *Lib. II. Cap. XXIX.*

) Quis



\*) Quis crederet, tantam in quemquam mortali-  
 um cadere potuisse audaciam, ut et regis fi-  
 liam raperet? Et id tamen non semel factum  
 a Francis. Sic Gislebertus, comes, et Caroli Cal-  
 ni vassallus rapuit filiam Lotharii Imp. eamque  
 abductam in Aquitaniam vxorem duxit. ANNAL.  
 apud PITHOEVM *script. XII. Anal. Franc. ad ann.*  
*DCCCXLVI. p. 41. et sequ.* Non multo post Bal-  
 duinus Flandrus rapuit Iuditham, Caroli Calni fi-  
 liam, Edilnisi, Anglorum regis, viduam, po-  
 stea interueniente Nicolao Papa, illi legitimo  
 matrimonio iunctam Autisiodori, exeunte anno  
 DCCCLXIII. FLODOARD. *Lib. III. Cap. XII.* Quid  
 priuaris fecerint, qui ne regiae quidem famillae  
 pepererunt?

### §. CCXXIII.

RIPVARI in puniendo RAPTVM feueriores fue- Quid Ri-  
 runt Saliis. Quamuis enim et illi distinxerint, puarii?  
 seruus rapuerit, an ingenuus, itemque, tres,  
 an plures adfuerint: raptorem tamen CC,  
 trium sociorum singulos LX, si plures opem  
 tulerint, eorum singulos XV. solidos; \*) ho-  
 mines regios et ecclesiasticos dimidiam, ea-  
 rum mulctarum pendere, seruos capitis da-  
 mnari iubent. LEG. RIPVAR. *tit. XXXIV.*

#### §. I. sequ.

\*) Eam poenam legibus antiquis introductam fir-  
 maffe videmus reges alterius stirpis, nisi quod  
*canonum auctoritate* hoc illis adstruxerunt, ut  
 inter raptorem et raptam non esset matrimo-  
 nium, nec illi spes esset muliere potiundi: ut  
 femina, quae vitro raptorem sequuta sit, ar-  
 ctissimae custodiae mancipetur, et denique tum  
 raptor, tum si, quorum ope et consilio crimen ad-  
 missum esset, publica poenitentia secundum canoni-  
 cam auctoritatem mulctentur. CAPITVLAR. *Lib. IV.*  
*§. XXII. Lib. IV. §. XCV. Lib. VII. §. CCCXI.*

edit. Lindenbrog. CARIT. CAROLI CAESI SIG. III. §. VIII. Qui religiosas mulieres rapiunt, eos ultimo supplicio subicit Ludouicus Pius, *Ann. in CARIT. INGELH. anni DCCCXXVI. Cap. III.*

## §. CCXXIV.

Quid de stupro violento? Denique et STVPRI VIOLENTI crimen aduersione dignum visum est Francis. eo enim LEX SALICA tit. XIV. §. XIII. Si ingenuam feminam aut puellam, contubernio facto, seu in itinere, aut quolibet loco, adfuerit, et vim illi inferre praesumpserit, tam culpabilis quam plurimi, qui in ipsa violentia fuerint mixti, CC. solid. vnusquisque ipsorum culpabilis iudicetur. Et si adhuc de illo contubernio remanserint, qui scelus istud non admisissent, scuntur, et tamen ibidem fuerint, eorum quilibet XLV. sol. culpabilis iudicetur. Alius quis cum ingenua puella per virtutem contractus fuerat, LXXII. sol. cum dimidio culpabilis iudicabatur. IBID. tit. XV. §. II.

- \*) Contubernium hic est coadunatio hominum, ἀνδρῶν σύστημα, vt ex glossis Graecolatinis scriptoribus tacticis probauit ECGARDVS ad Tit. p. 36. Luculenter haec vocabuli notio demonstrari potest ex tit. XLV. eiusdem legis §. I. ubi res ipsa hanc significationem postulat. Si quis, COLLECTO CONTVBERNIO, hominem ingenuum in domo sua adfallerit, cetera. Itaque rem non satis exprimit LINDENBROGIVS in glossa, cui contubernium idem videtur ac auxilium, nisi et hoc vocabulum pro ipsis hominibus, alteri opem ferentibus, accipias.

## §. CCXXV.

## §. CCXXV.

Quum hic vetustis illis legibus parum vel nihil adstruxerint CAPITVLARIA: non est, quod legibus istis Francicis diutius inhaereamus. Hinc in Germaniam potius nostram reuertimur, et, quid gentes cisrhenanae de vi publica et priuata sanxerint, paucis expendimus. Inter hos BAIUVARII, reliquorum Germanorum exemplo, multam, at satis leuem, irrogarunt iis, qui vi adgrederentur alios, sibi ius manu dicerent. Et quidem tit. X. Cap. I. §. I. et Cap. II. §. I. et III. LEGIS suae statuunt, *vt si quis curtem alterius per vim contra legem intrarit, is cum III. sol. componat: sin in domum per violentiam intrauerit, rei furtiuae quaerendae caussa, et ibi suum nihil inuenerit, cum sex sol. componat, praeterquam si, cognito errore, domino domus det wadium, vel, eo absente, istud mittat supra liminare. \*)* Quo facto tantum in tres solidos eum condemnant. Generatim vero ea lex IBID. Cap. II. §. II. praecipit, *vt nemo ingrediatur alienam domum per violentiam, quia hoc scandalum generet.*

\*) Dabantur *wadia*, seu pignora ab iis, qui, se in iudicio ante certum diem adfuturos, spondebant: idque quodammodo poenitentiae habebatur signum, quia se ad satisfactionem obtulisse videretur. Atque inde est, quod mitius cum illo ageretur, qui *wadium* obtulisset. Ex eo vero apparet, non tanti visam esse Germanis vim publicam priuatamque, quam violationem existimationis, quam non parum laedi credebant, re furtiua in viri honesti aedibus quaesita.

## §. CCXXVI.

De raptu.

Apud eodem, qui virginem iniuste raptam parentibus rapuerat, ei XL. solidos, eandemque fisco pendere tenebatur: multa maior erat multa, si quis viduam, orphanorum suorum aut necessitatis causa demeritissimam, rapuisset, quippe qui ei LXXX. solidos, et fisco LX. debebat. Videbatur ne delictum hoc posterius priore *quod viduae defensio in Deo, et in duobus iudice consistere deberet.* \*) LEX BAIUVAR. tit. VII. Cap. VI. et VII.

\*) Mirum est, Baiuvarios eum, qui alienam sponsam rapuerit, ad eam redhibendam, et raptam simul ad soluendam octoginta solidorum compositionem, eiusdemque quantitatis multam, imponendam, IBID. Cap. XVI. Hinc id incertum quis existimet de casu, si sponsa non vitiaisset raptor. Neque enim probabile videtur, leges adigere voluisse sponsam ad ducendam eam, quae ab alio iam corrupta esset. Enimvero tale erat ius veterum, ut et si sponsa redhibenda esset, quamvis non cogere sponsus eam ducere. Vid. LEX LANGOB. tit. XXX. §. XIV. CAPITULA excerpta ex Langob. apud BALVZ. Tom. II. Capitul. §. 112. p. 334. et Not. ad Capitul. p. 1153.

## §. CCXXVII.

Sanctio legis Alamannorum de vi, raptu, et stupro violento.

ALAMANNI quoque multam statuebant in eos, qui vi et armata manu alienam domum intrassent, et quidem XVIII. solidorum in eum, qui in curiam episcopi vel presbyteri; XXXVI, qui in partem interiorem aedium sese penetrasset. LEG. ALAM. tit. X. et XI. Idem raptori alienae vxoris, si eam redhiberet, multam LXXX.

LXXX. solidorum, si reddere nollet, aut ea, antequam eam maritus repetat, decēsserit, CCCC. solidorum irrogabant. *IBID. tit. LI. §. I.* Qui sponsam alienam rapuerat, itidem eam cum CC. solidis redhibere, vel, si redhibere nollet, CCCC. solidorum multam pendere cogebatur. *IBID. tit. LII. §. I. et II.* Denique, qui virginem, iter facientem, vi compresserat, XL. qui vxorem alienam, LXXX. solidis facinus illud luebat. *IBID. tit. LVIII. §. II. et III.*

### §. CCXXVIII.

Paullo feueriores erant SAXONES, saltim ad-  
 uersus eos, qui sponfas rapuerant. En enim Nec non Saxo-  
 num de raptu.  
 verba LEGIS *tit. IX. Qui feminam ab alio de-  
 sponsatam rapuerit, CCC. patri puellae, CCC. sponso componat, et insuper CCC. sol. emat eum: et si cum matre euntem in via rapuerit: et matri CCC. sol. componat.* Ut adeo raptus MCC. solidorum multa aliquando esset expiandus. Qui puellam inuitam, inuitis parentibus, vi rapuerat, eam redhibere, et parentibus itidem CCC; ipsi puellae CCXL. sol. pendere cogebatur. \*) *IBID. tit. VI. §. III.* Qui filiam domini sui rapuerat, capitis adibat periculum. *CAPITVLAT. de part. Sax. §. XI.*

\*) Et hinc etiam multo post haec tempora non durius apud Saxones animaduersum esse legimus in raptore mulierum, quam quod certa multa id delictum expiare, vel in exilium ire, vel vtramque poenam subire iuberentur. Exstat exemplum apud LEVOLD. *NORTHOVIVM in cbrom. Marcan. apud MEIBOM. Tomo. I. rer. Germ. p. 304.*

Anno domini MCCXCVII. feria II. ante festum Ioannis Bernardus Bitter filiam Gerwini de Rinckenrode, militis, venientem de Vrondenberg, rapuit, et eam fratri suo Engelberto in matrimonio copulavit, quam pater eius postmodo, sibi, redditam primogenito domini de Volmunsteive dedit in uxorem. Cuius facinoris auctores, videlicet Bernardum Bitter, et suos complices, statim e terra sua eliminavit, multamque in ipsorum bonis satis rigidus irrogavit. Vt adeo legem Saxonum et diu post in vetere Saxonia viguisse, vix dubitari posse videatur.

### §. CCXXIX.

Et Frisiorum.

Nihil de vi, stuproque violento sanxerunt veteres FRISII. Saltim in eorum lege nihil, quod directe huc pertineat, occurrit, quia quae tit. IX. §. XIV. sequi de vi occurrunt, magis ad delictum rapinae sunt referenda, quod itidem poena pecuniaria luebatur. De raptu vero mulierum tit. IX. §. VIII. cauerunt, ut, si quis puellam virginem rapuerit, et violatam dimiserit, componat ei weregildum eius, et, siue nobilis sit, siue libera, ad satisfactionem, et ad partem regis similiter: tertium weregildum patri siue tutori puellae, si vero puella lita fuerit, satisfaciat ei similiter solutione weregildi sui, \*) et domino eius decem solidos componat.

\*) Vere ergo poena his casibus apud FRISIOS erat capitalis, idque vel inde patet, quod a reo solvendum esset weregildum, quippe quo hominis vita redimebatur. SIBR. SICCAMA ad b. l: Fuit raptus virginum capitalis, quod weregildo suo redimere poterant, eoque triplici. Addit similem fere iuris Frisici recentioris sanctionem. Eo enim cauetur, ut rapta virgo a iudice vicano per tres noctes

noctes sequeſtretur, eaque deinde in iudicium adducta, duo pali inſigantur terrae, quorum ad unum raptae parentes et cognati; ad alterum raptor conſiſtant: hinc porro mulieri detur optio, vtrum ad hunc, an ad illos, ſeſe conferre malit: ſi ad raptorem tranſeat, is illam habeat: ſin ad propinquos: raptor ipſam duplici werigeldo componat, incendium vero et vim luat domino octoginta libris. Haec SICCAMA. Obiter moneo, quum *siculus* iſte IX. vnde haec depromta ſunt, inſcribatur de FARLEGANI, virum illum doctum vocabulum emendaſſe, et ſubſtituiſſe de horleganis, i. e. *hoerleggers*. Enimvero iſta vocabuli mutatione vix opus eſt. Vere enim Germanicum vocabulum eſt *furlegan*, adultera, quo uſus eſt TATIANVS in *harm. euang. Cap. LVII, 2.* et, VCLINDENB. in *gloſſ. p. 1308.* obſeruat, in *legibus, ALFREDVS Cap. X. p. 31.* Id PALTHENIVS p. 356. deriuat a Gothico *liugan* vxorem ducere, et hinc *furlegan* interpretatur diſſolutionem matrimonii: Malim ego compositum dicere a *fabr, dolus* vel periculum, et *liggen vel liegen*, cubare et in ſanſu nequiore concumbere, vt idem ſit ac dolofus concubitus. In eadem enim TATIANI Harmonia, *Cap. XXI, 1. non moechaberis* vertitur: *Ni furleggi thib.*

### §. CCXXX.

IN LEGE ANGLIORVM ET WERINORVM totus Quid  
*titulus X. agit de vi et raptu.* Et ad illam Anglii  
 quidem pertinent §. VII. et IX. *Qui alterum* et Weri-  
*intra ſepta propria occiderit, in triplum com-* ni de his  
*ponat, et quidquid damni ibi admiferit, tri-* crimini-  
*pliciter emendat.* *Qui domum alterius collecta* bus diſ-  
*manu hoſtiliter circumdederit, trium primo-* riant?  
*rum qui fuerint, vnusquisque ſolidos LX. com-*  
*ponat, et rei ſimiliter.* De ceteris, qui eos  
*ſequuti ſunt, ſolidos X. vnusquisque, et in ban-*  
 num

num regis solidos LX. De raptu mulierum §. I. sancitur; vt, qui liberam feminam raperit, reddat eam cum solidis CC, et quidquid cum ea tulit, restituat, addens ad unquamque rem sol. X. Et §. V. et VI. vt, si seruis liberam feminam raperit, dominus compositionem soluat, ac si occisa fuisset, similiterque de viduae raptu vel interfectione iudicetur.

### §. CCXXXI.

Quid  
Lango-  
bardi de  
vi.

Denique omnium accuratissima est LEGVM LANGOBARDICARVM de vi publica et privata sanctio. Pertinet huc titulus XVII. libri I. qui inscribitur de adgressione in vico facta, et de collectionibus rusticorum. Hoc quoque multa expiandum erat delictum, nisi quod capitalis esset vis, coadunatis hominibus saltem IV. facta, et certe in auctorem facinoris, nisi sanguinem suum, non XXX. sed vt in aliis Codicibus est, DCCC. solidis redimeret, gladio animaduerneretur, IBID. §. I. II. III. IV. ibi mulieres, si conglobatae vim fecissent, caluatae, fustibus per vicos caederentur, et earum coadunatio non possit ad similitudinem earum, quae vocetur ARASCILD. \*) IBID. §. V. et VI.

\*) ARASCILD, quod Glossa ex rubrica huius tituli interpretatur adgressione in vico factam; \*) alii aliud videntur, quam Germanicum necessarium. Ita vero Langobardi vocabant coadunatos homines armatos saltem III. quemadmodum Francis et Boioariis huiusmodi turba dicebatur HERREITA, haergeräthe. LEG. RIPVAR. tit. LXIV. LEG. BAIUVV. tit. III. Cap. VIII. §. I. Reliquae conspirationes vel coniurationes Langobardis erant GILDONIAE,



NIAE, LEG. LANGOB. *Lib. I. tit. XVII. §. VII.*  
 CAPITVLAR. *Lib. V. §. CXXIX.* quod vocabulum  
 etiamnum in vrbibus Saxonis superest, vbi vel  
 tribus seu collegia opificium in vrbibus, vel con-  
 uinia agricolarum publica, quae quotannis col-  
 latitia pecunia instituuntur, vocantur *gilden.*  
 Prioris notiois exemplum dedit FRATER à *μα-  
 ναρίτης Antiqu. Gosl. Lib. II. p. 219. et 222. et  
 Lib. III. p. 395.* de posteriore testem habemus  
 LINDENBROG. *in glossar. p. 1407.*

### §. CCXXXII.

Sed et *titulus XXX.* eiusdem *libri I.* LEGIS De ra-  
 LANGOB. *de RAPTU* agit, cauetque, *§. I. et XI.* ptu.  
 vt, qui mulierem inuitam rapuit, DCCCC.  
 solidis, ex femisse partim tutori, partim pa-  
 rentibus, ex femisse fisco soluendis, mulcte-  
 tur, raptae vero ius sit, cuilibet in tutelam  
 vel mundium sese dandi. Eadem multa ex-  
 igebatur, si quis desponsam alteri virginem  
 vel viduam, non inuitam, rapuisset, nisi  
 quod et sponso duplum metæ, quam pro-  
 miserat in sponsalibus, dare cogereetur. *IBID.*  
*§. III.* Ob aldiam raptam, et domino repe-  
 tenti non restitutam, raptor solidis quadra-  
 ginta; ob ancillam viginti, vtroque casu in-  
 ter Regem et dominum diuidendis, mulctaba-  
 tur. *IBID. §. VIII. sequ.* Quibus legibus po-  
 stea quaedam ad disciplinam ecclesiasticam,  
 et matrimonii libertatem raptae conceden-  
 dam, adstruxerunt Carolus M. Ludouicus  
 Pius, Lotharius, et Guido Imperatores. *IBID.*  
*§. XII. sequ.*

### §. CCXXXIII.

## §. CCXXXIII.

De stupro violento. Nec STUPRVM VIOLENTVM alia, quam pecuniaria, poena coercendum putabant LANGOBARDI, et eadem quidem, qua raptum. Nam *Lib. I. tit. XXX. §. I.* non solum de iis, qui inuitas rapuerint ingenuas, sed et *qui illis violentiam fecerint*, loquitur. Qui aldiae vim intulerat, quadraginta; qui libertinae vel ancillae, viginti solidis mulctabatur. *IBID. §. V. VI. et VII.*

## §. CCXXXIV.

A temporibus Henrici IV. bella priuata inualuerunt. Quam frequens in vniuersa Germania hoc vis publicae priuataeque delictum a temporibus Henrici IV. Imp. esse coeperit, iam supra fatis probauimus. Et tamen medii aevi leges, si a paucis discesseris, de eo vix quidquam disponunt. Saltim IVRA SAX, et SVEVICVM nihil fere, quod eo pertineat, habent, nisi quod eos, qui vi mulieres compresserunt, gladio percuti iubent. *Lib. II. tit. XIII.* At inueterato illi morbo iam impares fuisse leges videntur: nec aliud fere superfuisse remedium, quam vt vniuersi imperii suffragiis et omnis vis publica ex compacto cessaret, et acriores poenae proponerentur iis, qui vi aperta aduersus alios vterentur. Quales sanctiones tum PACIS PVBLICAE nomine veniebant. \*)

\*) Eae magis induciae erant, quam vera pax. Plerumque enim ad tempus tantum valebant, et hinc sub omnibus fere Imperatoribus et regibus videbantur renouandae. Historiam harum sanctionum accuratissimam dederunt IO. PHIL. DATTIVS, de pace publica et PFEFFING. *ad Vitriar. Lib.*

*Lib. I. tit. II. p. 281. sequ. ex quibus aliisque pauca, quae eo pertinent, des cribare iuuabit*

§. CCXXXV.

Pacem huiusmodi iam sanxerat Fridricus I. Hinc  
 Imp. Noribergae anno MCLXXXVII: ABB. pax pu-  
 VRSP. *ad d. ann. pag. 230.* eumque postea imi- blica va-  
 tati sunt anno MCCI. Philippus Rex, GOL- riis legi-  
 DAST. *constit. imp. Tom. III. pag. 367.* anno bis san-  
 MCCVIII. et MCCIX. Otto IV. GOTHOPRED. cita.  
 MON. *chron. ad ann. CCVIII. pag. 278.* ARNOLD.  
 LVBEC. *chron. Slau. Lib. VII. Cap. XVIII.* an-  
 no MCCXXXIV. et sequente Fridricus II.  
 Imp. ALBERIC. *chron. ad h. ann. pag. 549.* GOL-  
 DAST. *reichs-satz. Tom. II. pag. 17.* anno  
 MCCLV. Guilielmus rex: DATT. *Lib. I. Cap.*  
*IV. §. XX. pag. 22.* anno MCCXCI. Rudol-  
 phus: LEHM. *chron. Spir. Lib. V. Cap. CVIII.*  
 anno MCCXCIII. Adolphus, *IDEM ibid. Cap.*  
*CXIX.* extremo saeculo XIII. Albertus Au-  
 striacus, GOLDAST. *Tom. II. reichs-satzungen*  
*pag. 24.* anno MCCCXVI. Ludouicus Ba-  
 uarus, TRITHEM. *chron. Hirsfaug. ad ann.*  
*MCCCXVI. et MCCCXXVII.* HENR. REBD. *ad*  
*ann. MCCCXLV.* et imperatores regesque in-  
 sequentes tantum non omnes. \*)

\*) Si fatendum, quod res est, magis pactis quam legibus, pacem sanxerunt insequentium temporum reges, adeo inualefcente iam malo, ut ei impares esse leges viderentur. Sic Caroli IV. sanctio, vocata *der landfriede*, apud LEHM. *Lib. VII. Cap. XLVII.* magis pactum est, cum electore Palatino, et ciuitatibus quibusdam Rhenanis initum, quam lex publica: quamuis postea et de communi vniuersae Germaniae pace laborarit.

rit. HENR. REBDORFF. p. 443. Nec ignota sunt, quae in ipsa AVR. BVLLA tit. XVII. de pace publica sanxit. De pace publica a Westphalia, Rege, sancita consulendus LEHM. *chron. 1648. Lib. VII. Cap. LXIH.* DATT. *Lib. I. Cap. XL. p. 66.* de ea, quam Sigismundus sanctus, DATT. *Lib. I. Cap. XXII. §. XXVI. p. 170.* Quomodo fortassis maiore studio, at minore fuerit, de pace publica tuenda cogitavit. Imp. de cuius moliminibus plura habet DATT. *Lib. I. Cap. XXIX. p. 204.* Desiderantur facta hanc gloriam Maximiliano I. Imp. primum anno MCCCCXCV. et sequentibus Imperium Germanicum hac peste liberasse, tam notum est, ut quidquam addere superuacuum videretur.

### §. CCXXXVI.

Quae  
poena  
constitu-  
ta pacis  
publicae  
turbato-  
ribus?

Satis acres poenas comminari omnes principes animaduertimus iis, qui pacem publicam turbare audeant. Nam ex Fridrici I. Imp. edicto alii proscribebantur, alii damnabantur, alii, qui extra bellum in castris flammis in tecta grassati fuerant, comburebantur. *V. Feud. X.* Infamiae poenas legitimas subire eosdem iubet Philippus: similisque fere est reliquorum principum seueritas, quae tamen cum casibus, quibus ne ad rei summam profuerit, facile remissior, intelligitur. \*)

\*) Non enim in vniuersum omnibus, qui pacem publicam armis turbare ausi essent, poenae huiusmodi proponebantur, sed iis tantum, qui sine declaratione vel indictione belli armis contempserant, vel inducias treugasque, uti vocabantur, violassent. Ita sane Fridricus I. *V. Feud. X.* poenam soluit eos, qui manifesta guerra castra manifesta cepissent. Et Philippus similiter iis parcendum esse statuit,

Statuit, quæ diffidationem per tres dies naturales ipsi diffidendo personaliter, vel in loco, in quo habitare consuevit, publice intimarint, possintque de binominibus intimacione per testes idoneos plenam fidem facere. Quin in ipsa AVREA BVLLA privati belli indisionem, quodammodo adhuc admitti, ex tit. XVII. manifestum est. Quam facile vero fuit, huic conditioni parere? quamque multo facilius, litteris ad hostem datis, (quæ postea sufficere videbantur,) classicum canere? Hinc impares hae leges fuere inueterato reip. morbo, maxime quum principes, ordinesque imperii reliqui, nondum milite conductitio essent instructi: neque se prius melius habere coepit Germania, quam Maximilianus I. Imp. non modo lege in perpetuum valitura omne bellum privatum sustulisset, verum etiam iudiciis vigorem suam atque auctoritatem, constituto supremo tribunali, restituisse.

### §. CCXXXVII.

Quemadmodum ergo maior solis splendor Maximi-  
 reliquorum siderum luminibus facile officit: liani I.  
 ita legibus istis omnibus derogavit lex im- constitu-  
 perii publica, quæ PACIS PROFANAE nomine tio de  
 venit, condita in comitiis Wormatiensibus pace pu-  
 anno MCCCCXCV. posteaque in pluribus co- blica,  
 mitiis, maxime Augustanis, anno MDXLVIII. vulgo  
 quin et in legibus pacis Westphalicae, et pa- profana.  
 ctionibus inter Imperatores et electores no-  
 mine imperii initis, firmata, luculento deni-  
 que commentario a GAILIO illustrata. Ea le-  
 ge saluberrima cautum, I) ne quis bellum al-  
 teri indicat, vel quemquam inuadat, spoli-  
 et, capiat, obsideat, sed iure experiatur: II) vt qui-  
 libet subditos alienos per territorium suum  
 libere commere patiatur: neque III) eos  
 (El. I. G. Tom. II.) O solli-

sollicitare, dominis subducere, receptantibus eis dare velit: IV. vt vagi homines in ordinem cogantur, V. pacifragisque nemo sine et consilio adsit: denique VI. vt. si quis quid aduersus hanc legem, vel in fundamentum eius fecerint, ab Imperatore vel tribuni aerali proscribantur, apud reliquos iudices competentes aduersus eos in duo mactarum argenti millia iudicium detur.

§. CCXXXVII.

Sed et constitutione criminali *Art.*  
 Nec non *CXXVIII.* capitis damnantur: *welche die leut*  
 sanctio *wieder recht vnd billigkeit bedrohen, entrichten*  
 constitu- *vnd austreten, vnd sich an end, vnd zu solchen*  
 tionis *leuten thun, da muthwillige beschädiger ent-*  
 crimina- *hält, hülff, furschub vnd beystand finden, vnd*  
 lis Caro- *denen die leut ie zu zeiten wieder recht vnd*  
 linæ de *billigkeit mercklich beschädiget werden, vnd*  
 vi et fra- *sabr vnd beschädigung von denenselben leuten*  
 eta pace. *fertigen personen warten müssen; die*  
*mehrmals die leut durch solche drohe*  
*furcht wieder recht vnd billigkeit*  
*auch an gleich vnd recht sich nicht lassen*  
*geben, daher solche für rechte landzwiner*  
*halten werden sollen. Quin tanta est*  
 V. feueritas, vt gladio hos percuti iussu  
 vnangesehen, ob sie sonst nichts anders mit  
 that gehandelt hätten, solis exceptis us, qui  
 metu vis imminentis, non consilio alius  
 faciendi, in ea se loca contulerint. Eadem  
 poena plectuntur, qui aliis bellum priuatum  
 indicunt, atque inferunt, (*welche iemanden*  
*wieder*

wieder recht und billigkeit muthwilliglich befehlen,) nisi id publica auctoritate, et consentiente Imperatore, fecissent. \*)

\*) Ex quo patet, ipsas leges saluberrimas, a Maximiliano I. latas, non statim finem fecisse bellis hisce feralibus, sed aliquando ipsos Imperatores et principes coactos esse privatorum operas conducere ad hostes suos coercendos. Exemplum est in VITA GOTTFR. DE BERLICHINGEN p. 142. et 223. ubi ipsum illum Berlichingium, quem iis temporibus omnes, tamquam in bellis istis privatis exercitatissimum, male metuebant, a Maximiliano I. et Ferdinando I. conductum esse legimus, quamvis neutri haec servitia re ipsa praestandi esset occasio. Nimirum non possunt vitia, quae tam altas radices egerunt, semel simulque evelli, quamvis paullatim illis veluti succus subtrahatur, si leges ea, qua par est, severitate exercentur.

### §. CCXXXIX.

Eadem NEMESIS CAROLINA *art. CXVIII.* Nec non raptum mulierum; *art. CXIX.* stuprum violentum coercet, et huius quidem reos, perpetrato iam crimine, gladio feriri; ob improbum conatum arbitrarie puniri iubet; raptoribus siue volentes siue inuitas parentibus vel maritis subduxerint, poenam, decessorum constitutionibus et legibus Romanis definitam, comminatur, adeoque huius constitutionis auctori procul dubio in animo fuit *l. vn. C. de raptu* ex cuius praescripto et in eum, qui feminam connubii causa rapuit, gladio animaduertendum est.

## §. CCXL.

Axio-  
mata.

Ex his ergo omnibus, quae de legibus moribusque veterum Germanorum diximus, colligimus, I. vim factam aliis pro ratione τῶν περιστάσεων arbitrarie punitam: at II. ipsam Germaniae calamitatem demum coegisse Imperatores et imperii ordines, ut crimen violatae pacis publicae capitale esse iuberent: denique III. ob eandem causam illis et rapum virginum ac viduarum, et IV. stuprum violentum supplicio capitali dignum visum esse.

## §. CCXLI.

Quomodo hodie vis puniatur?

Quum ergo vis in Germania fere semper arbitrarie pro ratione circumstantiarum puniri consueverit: (§. CCXL, I.) non mirum est, 1) et hodie Germanos hunc maiorum morem imitari, quoties hoc crimen in sanctionem pacis publicae non incidit, CARPZ. *prax. crim. quaest. XL. u. VII.* ac proinde 2) non tam interesse, publica vis sit, an privata, (siquidem Romanorum definitiones Germani vix curant,) quam maiorne an minor dolus pelluceat, itemque 3) graue damnum datum sit, nec ne: demum 4) cuiusnam personae, et 5) quo loco \*) vis facta sit, siquidem 6) concurrentibus circumstantiis atrocioribus et ultimo supplicio locus est. ANT. MATTH. *de crim. ad Lib. XLVIII. dig. tit. IV. Cap. IV.*

\*) Sic



\*) Sic acriore omnino poena digni sunt, qui sacra turparunt dolo malo, qui in palatiis principum vim alicui intulerunt, qui legatos, ministros principum, magistratus, insulerunt, qui domi, ubi quilibet cuique refugium esse oportebat, in aliquem fecerunt impetum, vel aliorum locorum sanctione poenali munitorum, veluti curiarum, tribunalium, templorum, fori nullam habere rationem. Vid. BESOLD. *thesaur. pract. in Burgfriede*, qua de re supra, ubi de pace domestica, quam vocant, actum, plura nos dicere meminimus. Quin sunt quaedam statuta, quae vim et vilidibus hominibus, at reipublicae nauantibus operam, veluti vigilibus nocturnis, illatam, capitalem esse volunt. Exemplum eius rei ex Tyrolensium iure attulit V. G. SAM. FRIDR. BOEHMER. *elem. iurispr. crimin. Lib. II. Cap. IV. §. XCII.*

### §. CCXLII.

At ex quo ipsa calamitas publica, in quam Germaniam coniecerat bellorum priuatorum furor, coegit imperii ordines, vt fractae pacis crimen capitale esse iuberent: (§. CCXL, 2.) in hanc poenam incidunt 7) qui securitatem publicam laedunt, et 8) in aliorum perniciem coniurantes, arma iungunt, 9) alios vi possessione deiciunt, et spoliant, et in primis 10) qui bello priuato, quod vulgo diffidationem vocant, alios, sibi non subiectos, persequuntur, sibi que adeo ipsi potius manu ius dicunt, quam vt in iure sibi experiendum esse statuunt. PAX PROY. *anni MDXLVIII. art. I.*

Quale  
hodie  
crimen  
fractae  
pacis?

\*) Itaque hoc crimen non videtur admitti, si non ex compacto, sed temere, et veluti casu, confluunt homines, et vim alicui faciunt. MEV. *part. I. decis. CV.* At poenam fractae pacis non effugiunt, qui ope et consilio iuuant improbos reipublicae turbatores, PAX. PROV. *ibid. praef.* quique iis receptum dant, eosque iustae animadversioni subducere conantur. *IBID. art. Aufhebung aller freyheit,* quin et faces et tubae huiusmodi tumultuum civilium, quibus plerumque illa reipublicae calamitas magis imputanda, quam ipsis coniuratis, qui telis, quae illi cuderunt, in aliorum exitium vtuntur. CRAN. *de pace religiosa part. III. probl. III.*

### §. CCXLIII.

Raptus  
mulie-  
rum  
poena.

Quumque et raptus mulierum dignus capitali supplicio visus sit: (§. CCXL, 3.) non difficile intellectu est, II) cur arctioribus paullo limitibus id crimen circumscribant legum criminalium interpretes, nec 12) nudum conatum, nec 13) raptum mulierculae quaestuariae, CONST. CRIM. *art. CXVIII.* verbis: *eheweib oder vnuertaumde iungfrau:* nec 14) raptum volentis et consentientis, modo sui iuris sit, capitalem esse velint: THEODORIC. *ad d. art. n. IX.* quin 15) et ius canonicum \*) potius, tamquam mitius, hic sequi malint, quam illum iuris civilis rigorem. CARPZ. *quaest. LXXV. n. LXVIII.* KRESS. *ad art. CXVIII. §. II.*

\*) Id vero et raptum sponsae, licet inuitis parentibus factum, ab hoc crimine eximit, *cap. pen. X. de raptu.* et matrimonium raptoris cum rapta raptum esse iubet. *cap. 20. X. eod.* Qua in re quantum a veterum canonum seueritate discedant

dant pontifices, vel ex *can. ult. cauff. XXXVI. qn. 2. patet. Vid. SCHULTER. Exerc. XLIX. §. CIV.* Ex eo vero consequitur, vt hodie capitalis supplicii gratia fiat raptori sponsae, eique, qui raptam volentem vxorem duxerit.

### §. CCXLIV.

Quin ob eandem rationem, quod poena <sup>Cauffae</sup> capitalis, satis grauis pro delicti ratione <sup>qui-eam mi-</sup> quibusdam videtur, 16) multas cauffas committigantes. nuncuntur iureconfulti, ob quas mitiori poenae locum esse, existimant, veluti 17) si poenituerit raptorem, isque feminam illibatam dimiserit: *LVDOVICI ad art. CXVIII.* 18) si femina vel vltro se rapi passa sit, *THEODERIC. ibid. n. IX.* vel 19) raptorem ad suscipiendum hoc facinus pellexerit. *BEYER. ad d. art. pos. VII.* Addunt alii, 20) paucillum poenae pro tanto delicto satis esse, si iam antea mulier raptori stupri consuetudine cognita fuerit: *THEODERIC. ibid. n. XX.* sed mirarer, si delictum delicto excusaretur, idque luculentum foret exemplum fatui axiomatis, quod a dolo et fatuam excusare caussam, statuit.

### §. CCXLV.

Quemadmodum vero multo clarior est de <sup>Poena</sup> poena violenti stupri sanctio: ita 21) eadem <sup>stupri</sup> cura cauendum sibi existimarunt doctores, ne <sup>violenti.</sup> poena tam atrox irrogetur promiscue, ac proinde 22) hoc crimen non nisi in feminam honestam, 23) repugnantem et inuitam, \*) vel 24) infantem, (infantia enim maiorem, at

viri nondum potentem qui volentem stuprauit, eum fustibus caedendum putant, BERGER. *elect. crimin. part. II. obs. CLVI.*) 25) vi atroce, et iusta, quin et 26) rite probata, committi, censuerunt: quin sunt, 27) qui ne tunc quidem paenae capitali locum esse, volunt, si delictum non plane perfectum sit immisione et commixtione feminis, quum tamen sic viri nondum potenti puellae stuprum vi illatum esse, dici vix queat. CARPZOV. *quaest. LXXV. tot.*

- \*) Quid vero si quis mente captae, vel vino sepulatae stuprum intulerit? Hoc quoque stuprum violentum iudicant, et exemplum stupratoris, puellam, mentis non satis compotem, comprimantis capitis damnati, est apud SCHILTERVM *Execr. XLIX. §. CII.* qui tamen obseruat, idem scabinorum Lipsiensium collegium, quod paullo ante tiro-nem, qui magistri sui filiam, mente captam, stuprauerat, capitis damnarat, anno MDLVIII. simili obueniens specie, poenam extraordinariam fustigationis decreuisse, intercedente reliquorum sententiis D. Iacobo, et interferente causam, mente captam, quia velle non possit, nec nosse posse *l. 3. ff. de reg. iur.* ateoque nec dicendum esse, eam inuitam passam esse stuprum.

### §. CCXLVI.

Et eorum, qui et ii, qui stupratori, vim facturo, opem tulerint ad tantum scelus perpetrandum, modo perfectum fuerit flagitium, capitis damnandi sint: *l. 1. §. ult. ff. de extr. crim. l. 9. ff. ad L. Iul. de adult.* Huiusmodi sane exemplum existat

exstat apud SCHILLI, *Exerc. XLIX. §. CIII.*  
Sed vel inde patet, 29) non tam ex perfecto  
stupro aestimandum esse hoc crimen, quam  
ex vi adhibita, adeoque 30) non parum er-  
rare, qui hic vel ob non immissum semen,  
vel 31) ob deprecationem coniugis innocen-  
tis, poenam esse mitigandam, existimant.  
THEODOR. *colleg. crim. pag. 876.*



TIT. XXVI.  
DE SICARIIS, VENEFICIS,  
INCENDIARIIS.

§. CCXLVII.

Transi-  
tio ad  
crimen  
homici-  
dii, quod  
paucis  
gentibus  
Germ.  
capitale  
fuit.

**P**ervenimus ad crimen, a quo non potest non totum humanum genus quam maxime abhorrere, quum hominum omnium interfit, sacrosanctam haberi vitam hominum, nec impune eius facinus esse, qui hominem dolo malo interemerit. Enimvero, quemadmodum recte scripserat THUCYDIDES *Lib. III*: εἰκός τὸ πάλαι τῶν μεγίστων ἀδικημάτων μαλακωτέρας κείσθαι τὰς ζημίας, παραβανομένων δὲ τῷ χρόνῳ εἰς τὸν θάνατον αἰ πολλὰ ἀνήκασι. *Credibile est, antiquitus quamvis gravium delictorum leues fuisse poenas: sed cum ea progressu temporis contemnerentur, ventum ad mortem:* \*) ita non mirum est, Germanis quoque homicidia non fuisse statim capitalia, sed leuiore poena, imino multa satis mediocri potuisse expiari.

\*) Commune id cum Germanis habuere gentes fere omnes, ut homicidas, quantumvis improbos, supplicio capitis non adficerent. *Ipsè sane Cainus, obseruante hoc GROTIUS de iure belli et pac. Lib. I. Cap. II. §. V. n. III. ex naturalis aequitatis sensu parricidii sibi conscius, dixerat: Qui inueniet me, interficiet me. Gen. IV, 14. At Deus primis illis temporibus, aut ob hominum raritatem, aut, quia paucis adhuc grassantibus vitis, minus opus erat exemplo, id quod naturaliter licitum videbatur, edicto repressit, et commercium quidem homicidae*

*cidæ defugi voluit, at vitam ei non eripi, quomodo et PLATO in legibus constituit, et olim in Graecia usurpatum, bis versibus docet EVRIPIDES:*

Καλῶς ἔθεντο τὰυτὰ πατέρες οἱ πάλαι  
 εἰς ὀμμάτων μὲν ἔψιν ἐκ εἰῶν περᾶν,  
 οὐδ' εἰς ἀπάντην, ὅσις αἰμὶ ἔχων κυρεῖ,  
 φυγαῖσι δ' ὀσίην, ἀνταποκτεῖναι δὲ μί.

*Quam bene parentum prouida aetas statuerat:  
 Ut cogeretur de via decedere,  
 Hominumque visu, caede patrata, nocens,  
 Fugaque lueret triste, non letho, scelus.*

*Haec GROTIUS, quibus gemina sunt, quae ex antiquissimis scriptoribus Graecis collegit FEITH: antiqu. Homeric. Lib. II. Cap. VIII.*

### §. CCXLVIII.

Antiquissimis sane temporibus, teste TA- Taciti  
 CITO *de mor. Germ. Cap. XXI. suscipere inimi-* tempore  
*citias seu patris, seu propinqui, quam amici-* homici-  
*tias, necesse erat: nec implacabiles durabant.* das per-  
*Luebatur enim homicidium certo armentorum* sequeba-  
*ac pecorum numero, recipiebatque satisfactio-* tur occi-  
*nem vniuersa domus, utiliter in publicum,* si fami-  
*quia periculosiores sunt inimicitiae iuxta liber-* lia.  
*tatem. Ex quo sane loco, iam supra expli-*  
*cato, patet, veteres Germanos priuatim vindicasse suorum caedes, familiamque laesam tamdiu armis persequutam esse homicidam, donec sibi, dato certo, de quo conuenerat, armentorum pecorumue numero, esset satisfactum. \*)*

\*) An vero plane nullam tanti delicti rationem habuisse magistratus, credibile est? Nihil sane, quod huc pertineat, habet TACITVS. Et tamen existimo, poenam hanc publicam satis grandem fuisse,

fuisse, quod nusquam tunc esset homicida, nec ei a magistratu aduersus laesam familiam, vlla praestaretur securitas, quin potius cuius praesentia teretur, in sacrum huiusmodi caput priuatim animaduertere, nisi et cum magistratu, et cum familia, quam homicida aduersus se irritaret, interuenientibus communibus amicis, transactisset. Generatim enim de poenis veterum Germanorum TACITVS *Cap. XII: Sed et leviora sunt inquit, delictis*, (qualia praeter proditorem, desertionem, ignaviam et nefandam venenum, omnia fuisse videntur,) *pro modo poenarum veterum pecorumve numero conuicti multantur. Pars multae regi vel civitati, pars ipsi, qui delinquitur, vel propinquis eius, exsoluitur.*

### §. CCXLIX.

Eum morem se posteros, tam certum est, quam quod tristissimum. Saltim plerasque gentes Germanicae originis non supplicio extremo adfectis homicidas, sed priuatam persecutionem transactionemque admisisse, nec ipsos magistratus processisse vltra multam, qua publica securitas redimeretur, ex antiquissimis eorum legibus atque annalibus luculenter, si quid aliud, potest demonstrari, quamvis negandum non sit, quasdam gentes, quae extra Germaniam sibi sedes constituerunt, Romanorum exemplo seuioribus in homicidas fuisse.

### §. CCL.

Wisigothorum leges de homicidio dolo. Et WISIGOTHI sane permultum interesse animaduertebant inter homicidium, dolo malo, culpa, et casu admissum. Quicumque enim dolo malo calce, pugno, aut quacumque



cumque percussione iniuriam alicui inferre conatus fuerat, vel occasionem homicidii prae-  
buerat, homicidio puniebatur, id est, uti ego in-  
terpretor, capite plectebatur: LEX WISIG.  
*Lib. VI. tit. V. §. VI. et XI.* et ne serui qui-  
dem caedem impune ferebat dominus. *IBID.*  
*§. XII.* Licebat etiam homicidam accusare  
non modo propinquis, verum etiam aliis  
quibuscumque, quin, accusante nemine,  
fas erat ipsi iudici, de caede perpetrata facto  
certiori, reum prehendere, et poena legitima  
adficere. \*) *IBID. §. XIV. sequ.*

\*) Supplicium ergo ficariorum ex iure Romano ad-  
sciuisse videntur Wisigothi. Illud tamen effu-  
giebant, qui ad sacrosanctam quandam ecclesiam  
sele receperant. Quamvis enim et inde abstrahi  
possent homicidae: fieri tamen id non poterat,  
nisi *consulto sacerdote, ac reddito sacramento, sce-*  
*leratum publicae mortis poena non iri condemnatum.*  
LEX WISIG. *Lib. VI. tit. V. §. XVI.* Sed haec  
erat vetus ecclesiae disciplina, quam patres CON-  
CILII TOLETANI IV. *canone XXXI.* inculcauerant:  
*Quia sacerdotes a Christo ad ministerium salutis*  
*electi sunt, ibi consentient regibus fieri iudices, ubi*  
*IVREIURANDO supplicii indulgentia promittetur.*  
Ex quo loco simul patet, episcopos Wisigothorum  
ne criminalium quidem causarum examen defu-  
gisse, quod suo more defendere conatur *LVD.*  
*THOMASSIN. de vet. eccles. discipl. Part. II. Lib.*  
*III. Cap. XCXVII. §. XI. p. 843. edit. Lucens.*

### §. CCLI.

Si quis, exorta lite, alium percussurus, alium  
praeter voluntatem occiderat: is, qui liti ac <sup>Iremque</sup>  
certamini causam dederat, C. qui caedem <sup>de cul-</sup>  
admiserat, L. solidis mulctabatur, propinquis <sup>poso.</sup>  
occisi soluendis. LEX WISIG. *Lib. VI. tit. V.*  
*§. IV.*

§. IV. Qui litigantes conciliaturum occide-  
rat, quamvis iurasset, se eum praeter voluntatem occidisse, libram auri persolvere eius propinquis tenebatur, IBID. §. V. tantumdemque et is debebat, qui per iocum vel petulantiam hominem occiderat, quamvis hic simul L. flagellorum ictibus lacerandus videretur. IBID. §. VII. Si ingenuus seruum non dolo, sed culpa, interemisset, mulctae huius dimidia praestanda erat domino, pro seruo vero, occidente ingenuum, aut eandem mulctam inferre, aut noxae dare seruum dominus cogebatur. \*) IBID. §. IX. X.

\*) Durum est, quod in medicum statuitur, qui venam secaturus culpa aliqua hominem occiderat. Is enim *continuo tradi iubetur propinquis, ut, quod de eo facere voluerint, habeant potestatem.* IBID. Lib. XI. tit. I. §. VI. Immo et cautio exigebatur a medico de aegroto perfanando, et, si hic nulla medici culpa exspirasset, spe fostri excidebat. IBID. §. III. IV. Sed videntur intelligendi *χερσπυοι*, et quidem seruilis vel infimae saltem conditionis, quippe in quibus tam parum fiduciae collocabatur, ut eos nec ingenuae mulieris venam secare, nec carcerem, curandi captiui causa, nisi praesentibus aliis, ingredi paterentur, IBID. §. I. II.

### §. CCLII.

Et de ca-  
tuali. Casu perpetratum homicidium plane im-  
pune erat, veluti si quis iaculum misisset eum in locum, in quo hominem esse ignorabat, vel si hominem non vidisset, dum constaret, nihil antea inter eos simultatis intercessisse. Idemque obtinebat, si quis ab alio impullus in alterum ita incidisset, ut inde  
more-

moretur, quamvis tunc is, qui alterum impulerat, libram auri propinquis persolvere teneretur. *IBID. §. L. II. III.* Id vero notatu dignum est, casualibus homicidiis accenseri etiam caedem tironis, quem magister disciplinae causa vapulantem occiderit, idque ob testimonium scripturae: *Qui disciplinam abiecit, infelix erit. Sap. III, II. \*)*

\*) Atqui hoc ex loco illo scripturae frustra colligitur: neque hic Wisigothis fauent leges Romanae, quae tantum abest, ut impunem esse velint hunc disciplinae excessum, ut et ob oculum tironis laesum a futore magistro actionem legis Aquilliae dandam existiment. *l. 5. §. ult. et l. 6. l. 7. pr. ff. ad leg. Aquill.* Videtur huius legis auctor in animo habuisse locum *HIERONYMI*, qui existat *c. 13. caus. XV. quaest. 2: Si quis non iratus, sed propter disciplinam, palmam alicui dederit, et euentu occiderit, sicut fieri solet: quantum ad gratiam, innocens est, quia voluntatem, non opus, requirit.* At hic tamen statim subiungit: *Quantum autem ad legem, reus est, quia opus requirit.*

### §. CCLIII.

Quum vero facile animaduertent *WISIGO-* De venethi, multo magis abominandam esse eorum neficio. malitiam, qui venena aliis parant: eo minus dubitarunt, quin hi quoque extremo digni sint supplicio. Hinc *Lib. VI. tit. II. §. II.* cauent, ut, *si quis venenatam potionem alicui dederit, et, qui biberit, mortuus exinde fuerit, veneficus continuo supplicio subditus, MORTE TURPISSIMA \*) puniatur: sin poculo venenipotatus euaserit, in eius potestatem tradatur ille,*

*illo, qui dedit, ut de ea, quod furtum est, sui sit incunctanter arbitrii.*

\*) Viderus ergo supplicium gratificatum, id est, veneficis, quod apud Gothos *spottig* *turpissimae* nomine venit. Id vero, quae scire me fateor cum ignarissimis. Si quae iecturis dandum, videntur Wifgornii *lasse* poenam cullei, quippe quam apud nos parricidis, pessimo sicariorum genere tam esse nouerant. Sed, certioribus delictis, gumentis, rem in medio relinquere cogit.

### §. CCLIV.

De forti-  
legio.

Romani sub veneficorum nomine et illas comprehendebant, qui fufurris magicis, aliisque artibus odiosis, alicui damnum inferant. Eorum quoque meminit Lex THICA, notatque *Lib. VI. tit. II. §. I.* *aruspices, vaticinatores, eosque, qui consulant: \*) §. III. maleficos et inimicorum tempestatum, qui grandinem in vineas, et que mittere perhibeantur: qui per invocationem daemonum mentes hominum contrahunt, qui nocturna sacrificia daemonibus celebrant, eosque per inuocationes nefarias nequitate uocent: §. IV. eos, qui in hominibus, animalibus, omnique genere, quod mori non potest, seu in agris, vel vineis, diuersis herbis, maleficium aut diuersa ligamenta, etiam scripta in contrarietatem alterius conuenerint facere, aut expleuerint, per alium laedere, vel mortificare, aut obuium fieri velint, aut damnum tam in corporibus, quam in vniuersis rebus, fecisse reperiantur.* Alii quidem generis maleficos praeter hos, qui

maxi-



addicebantur: \*) *serui diuerso poenarum genere adflicti*, in transmarinas prouincias exportandi vendebantur. *IBID. §. I.* Qui daemones consuluerant, iisque nocturna sacra fecerant, ducenties flagris caesi, et decaluati, per decem vicina praedia exempli causa circumducebantur, et custodiae, ne in posterum simili scelere se polluerent, mancipabantur. *IBID. §. III.* Eadem demum poena adficiebantur, qui ligamentis cuiusque homini damnum dederant.

\*) Eadem sententia et bona rei fisco addicebantur, seruata tamen, vti alias vbique, hac *discretes*, vt, si liberi non essent criminis socii, et dignitatem et rerum omnium possessionem, quam pater amiserat, plenissime obtinerent. *IBID. §. I.*

### §. CCLVI.

De incendiariis.

Denique et in INCENDIARIOS acriter animaduertebant WISIGOTHI. Qui enim in ciuitate doio malo domum incenderat: non modo viuus comburebatur, verum etiam ex eius bonis pretium domus, et rerum omnium, quae cum ea flammis perierant, redigebatur. Qui extra ciuitatem domum incenderat, centies flagello caesus, damnum cogebatur sarcire, vel, si soluendo non esset, in seruitutem laeso addicebatur. *IBID. Lib. VIII. tit. II. §. I.* Qui filuam alienam incenderat, centies flagris caesus, damnum sarcire tenebatur. Pro seruo CL. flagris caeso dominus damnum sarcire, vel si noluerit, seruus capite plecti iubetur, si laesus ne dimidiam quidem vel tertiam damni partem ex serui

serui substantia receperit. *IBID.* §. II. Qui culpa vel negligentia sua occasionem dederat incendio messis, vineae, vel domus, ad praestandam tantum damni dati aestimationem erat obligatus. *IBID.* §. III.

§. CCLVII.

A Germanico more desciverant etiam *BVRGUNDIONES*, qui caedem hominis cuiuscumque ingenui, immo et serui regii, siue barbari, siue Burgundionis, *sanguinis effusione* expiari volebant, idemque supplicium comminabantur seruo, hominem dolo malo occidenti, immo et domino, si hic facti fuerit conscius: \*) *LEX BVRG. tit. II. §. I. III. IV.* contra ob reliquorum seruorum caedem, pro eorum arte certam aestimationem praestari iubebant, veluti pro ministeriali solidos LV. mulctamque sol. XII. pro aratore vel porcario sol. XXX. pro aurifice CL. pro fabro argentario C. pro fabro ferrario L. pro carpentario XL. *IBID. tit. IX. §. I. sequ.* Conf. *tit. X. §. I. sequ.* Si tamen, qui perierat, alterum verberibus adgressus fuisset, et veluti in furorem egisset: pretium tantum hominis occisi dimidium soluebat propinquis, id est, si quis ex optimatibus occisus fuisset, solidos LXXV. si Burgundionem mediocris conditionis, L; si infimae fortis, XXXVII. et dimidium. *IBID.* §. II.

\*) Neque tamen ideo familiae laesae non permittebant vindictam priuatam. Id modo indignum saeculo suo existimabant, quod tota homicidae familia has inimicitias suscipere cogereur. Hinc

IBID. §. VI. cauetur: *Hoc specialiter in huiusmodi caussa vniuersitas nouerit obseruandam, vt interfecti parentes nullum, nisi homicidam persequendum esse eognoscant. Quia sicut criminofum iubemus exstingui: ita nihil molestiae sustinere patimur innocentem.* Sed huius aequiffimae legis immemor Chrotildis, regina, Chlodouaeum maritum ad persequendos Gundebaldi, regis Burgundionum, filios, Sigismundum et Godemarum, vindicandamque necem patris sui, Chilperici, stimulauit, quum non hi miseri filii, sed Gundebaldus, eorum pater, hoc parricidio se se polluisset. Vid. AIMON. *de gest. Franc. Lib. II. Cap. III.* GREG. TVRON. *bist. Lib. III. Cap. V. et VI.* GESTA FRANC. EPITOM. *Cap. XIX. XXXIV.*

### §. CCLVIII.

Et de casualibus, itemque de latrociniiis. Si sine dolo vel culpa homo perierat, merito ab omni poena immunis habebatur, IBID. *tit. XVIII. §. II.* eiusque rei hanc rationem reddit legislator, *non debere, quod casus operetur, ad damnum aut inquietudinem hominis pertinere.* IBID. §. I. Ceterum dolum et culpam non adeo accurate in hoc crimine distinxisse videntur Burgundiones, nisi quod quaedam homicidii genera ob insignem dolum grauius coercenda putarent, veluti latrocinium, ob quod latrones capitis damnabant, vxoribus ob celatum crimen vna cum liberis, qui quartum decimum aetatis annum exoesserant, perpetuae seruituti mancipatis. IBID. *tit. XLVII. §. I. sequ.*

### §. CCLIX.

Denique de incendiariis. Nihil vero singulare Burgundiones sanxerant de VENEFICIS: nihil de SORTILEGIS, et magis, vt dubitare liceat, an id hominum genus



nus existere crediderint. Quin ne de INCENDIARIIS quidem quidquam in eorum LEGE occurrit, nisi quod *tit. XLI. §. I. et II.* legimus: *Si quis in exarto suo \*) focum fecerit, et focus, nullo compellente vento, per terram currens, ad sepem vel messem peruenerit alienam, quidquid concrematum ex ea fuerit, ab eo, qui focum fecit, reformetur. Si vero flammam ignis ad sepem, vel messem alterius, vis venti transtulerit, damnum, quod illatum est ab eo, qui focum fecerit, non reformetur.*

\*) *Exartus*, quo vocabulo frequentius utitur LEGIS BVRGUNDICAE auctor, nihil aliud est, quam nouale, quod et hodie Galli vocare solent *essart*. Solent enim stipites et radices, caesis arboribus, igne exuri, eoque facile contingere potest, ut procedens per radices flamma sepes vicini incendat. Hinc siluam extirpare est *exartare*, LEGE BVRG. *Addit l. tit. I. §. I. et RAIIVAR. tit. XVI. Cap. I. §. II.* Fallor ego, an inde origo est vocibus Germanicis; *Art-land, bearten*, et traiectis litteris *raden, roden, aurotten, rottland*, et aliis eiusdem generis.

### §. CCLX.

Progredimur ad FRANCOS, quorum in le- Leges  
gibus de delictis omnibus accuratius multo, Franco-  
quam in aliarum gentium iuribus, agitur. Et rum de  
horum quidem leges vere sunt Germanicae, homici-  
dio do-  
id est, abhorrentes fere a supplicio capitali, lso.  
et hinc homicidia vel priuatae familiarum per-  
sequutioni relinquentes, vel poenam pecu-  
nariam sicariis irrogantes. \*) Ita sane LEX  
SALICA *tit XLIV. XLV. XLVI. LXV.* immo et  
*XXVIII. et XXXVIII.* prolixè agit de caede

hominum, poenasque varias statuit pro diuer-  
 sitate homicidarum, hominum occisorum,  
 loci, modi occidendi, aliarumque circum-  
 stantiarum: sed omnes in pecunia, seu  
 compositione, seu wergeldo, consistunt. Idem  
 que obseruamus in LEGE RIPVARIORVM tit. VII.  
 VIII. IX. X. XI. XII. sequ. Quin vtraque  
 lege ne proditorium quidem et maxime do-  
 losum homicidium, quod veteres *mordredum*  
 vocabant, capitale est. LEX SAL. tit. XLV.  
 §. II. V. RIPVAR. tit. XV. §. I.

\*) Priuatae persecuotioni homicidarum apud Fran-  
 quoque locum fuisse, iam supra suo loco per-  
 uimus. (§. XIX. sequ.) Si quis ergo in *gastis*  
 redire vellet cum occisi propinquis, *composi-*  
*nem* illam vel *weregildum* soluere tenebatur,  
 que deinde inter agnatos cognatosque *com-*  
 uidebatur. LEX SAL. tit. LXV. §. I. Si *quis*  
*que pater occisus fuerit, medietatem filii in per-*  
*uione colligunt, et aliam medietatem parentes*  
*proximiores fuerunt, tam de paterna, quam*  
*materna generatione diuidunt. Quod si de*  
*na vel materna parte nullus proximus fuerit,*  
*tio illa ad fiscum perueniat, vel cui fiscus*  
*ferit.* Exemplum soluti wergildi, vel *sum-*  
 de qua conuenerant, et datae eo nomine  
 tionis, est in FORM. LINDENBROG. CXXI. *in*  
 Lib. II. Cap. XVIII. Si soluendo non esset  
 micida, nec ecclesia aliqua, vel cognati, *com-*  
 terponerent, tunc bonam copiam sollempni ritibus  
 re cogebatur, quod vocabant *chrenecrudam*. LEX  
 SAL. tit. LXI. et tunc cognatos proximos, *com-*  
 bus bona illa cedebant, aut pretium illud solu-  
 re, aut ipsos quoque bonis cedere oportebat.  
 Sin ne horum quidem bona sufficiebant, reus ca-  
 pite facinus luebat. Enimuero quum ita fieret  
 faepius, vt ob vnus agnati delictum tota familia  
 ad incitas redigeretur, hanc chrenecrudam *de-*  
*ti sui* Cap. XVI. sustulit Childebertus, rex, statuit-  
 que,

que, ut de *chronocruda* lex, quam paganorum tempore obseruauerint, deinceps numquam valeret, quia per ipsam ceciderit multorum potestas. Et ex eo tempore, si homicidæ non esset, vnde solueret, nec se de lege defensare posset, omnis causa ad eius caput pertinebat. LEX SAL. tit. LXI. §. III. Itaque aut capite luebat crimen, aut sese propinquus, occisi si hi in eo adquiescerent, in seruitutem addicebat, cuius generis exempla supra iam dedimus. (Lib. I. §. XXXVII, 4.)

## §. CCLXI.

Quum iam Christo nomen dedissent An capitale esse  
Franci; episcopi et clerici regibus inculcasse coeperit  
videntur, non tam leui poena satisfieri iusti post  
tiae diuinæ, ipsumque Deum voluisse, vt tempora  
sanguine suo scelus luat homicida, qui sanguini Childe-  
ni alterius non pepercerit. *Gen. IX, 6.* Hinc bertii?  
Childebertus, rex, *decret. §. V.* abrogata lege  
de compositione, abscisse capitis damnari  
iussit homicidam, quia iustum sit, vt, qui ini-  
iuste norit occidere, discat iuste mori. Enim-  
uero hanc legem non valuisse apud posteros,  
pristinumque morem, homicidia pecunia expiandi, mox in vsum reuocari coepisse, recte iam alii obseruarunt, idque luculenter patet ex tot exemplis, quæ, et post Childeberti tempora homicidia expiata esse pecunia, docent. \*) Quin ipse Childebertus non prohibet, quo minus super homicidio transigatur, dummodo propinqui non cogantur pecuniã illam corrogare.

\*) Prodiit CHILDEBERTI regis decretio anno eræ Christianæ DXCV. At MARCVLFVM, qui formulas suas Landerico Episcopo dedicauit, circa annum DCLX. clariisse, plerique suspicantur. Vid.

BIGNON. *not. ad Marculf. apud BADV. adhibetur.*  
*Tom. II. pag. 862.* Iam, Marculfi *adhibetur*  
 consueuisse pecunia expiari homicidia, *not. ex*  
*Lib. II. Cap. XVIII. XXVIII. adpend. Cap. XXXI.*  
 et SIRMOND. *form. XXXIX.* Plura eius *ex*  
 exempla existant apud alios, ex quibus *ita*  
 adducere iuuabit ex AIMON. *Lib. IV. Cap.*  
*XXVIII.* ex quo patet, Sadregifili, Antitanian  
 ducis, filios bonis paternis priuatos esse in com-  
 muni Francorum conuentu, quod in persequen-  
 da vindicandaque nece patris fuerint ignaui. *Ad*  
*de Lib. IV. Cap. XXXVII.*

## §. CCLXII.

An sub  
 Carolin-  
 gis?

At ex altera demum regum stirpe Caro-  
 lus M. et Ludouicus Pius caedem homini-  
 dolo malo factam, capitalem esse voluerunt  
 adeoque decretum illud Childeberti in  
 reuocarunt. Sic CAPITVLAR. *Lib. VI. §. I.*  
 culcatur praeceptum diuinum: *Quicumque*  
*effuderit hominum sanguinem, fundatur san-*  
*guis illius.* Et *§. V. edit. Lindenbr.* cauetur,  
*qui hominem percusserit, volens occidere, morti*  
*moriatur.* Item *§. XXXIX.* vt, *qui ferrum*  
*cusserit hominem, et mortuus fuerit, reus*  
*homicidii, et ipse moriatur.* Denique *Lib. I.*  
*§. CLXXXIII.* decretum vel decreto Chi-  
 deberti, quam paullo ante adduximus, in  
 dem paene verbis, repetitur. *Quin, Lib.*  
*VII. §. CLII.* et is pro homicida haberi nibe-  
 tur, *qui hominem voluntarie occidere voluerit,*  
*et perpetrare non potuerit. \*)*

\*) Attamen et post hanc seueriorem legem licebat  
 supplicium capitale effugere, et soluto *weregildo*,  
 reatu exire, si reus vel eius cognati, se in eccle-  
 siam aliquam, tamquam in portum, recepissent.  
 Apud EGINARDVM *epist. XVIII.* legimus, *duos ser-*

nos sancti Martini fugisse ad limina beatorum Christi martyrum, pro eo, quod frater eorum quemdam socium suum occidisset, rogantes, ut eis liceret solvere wergeldum pro fratre suo, et ut ei membra perdonentur. Et simile exemplum exstat apud eundem Epist. XXIII. Quamvis enim homicidas in ecclesiis securitatem reperire noleret Carolus M. CAPITVL. DCCLXXIX. et CAPITVL. Lib. V. §. CXXII. eosque inedia cogi vellet, ut inde exirent: praeualuisse tamen benigniores leges et synodorum canones, luculenter demonstravit LUDOV. THOMASSIN. de vet. et nou. eccl. discipl. Part. II. Lib. III. Cap. XCVIII. §. IX. sequ.

### §. CCLXIII.

Sed haec de homicidio tantum, quod do-  
 lo malo ab aliquo fuerat perpetratum, intel-  
 ligenda sunt. Si quis enim culpa intereme-  
 rat hominem, extra ordinem puniebatur, et  
 simul poenitentia, quam vocabant, eccle-  
 siastica criminis labem eluere iubebatur. Poe-  
 na extraordinaria exsilii statuitur CAPITVL.  
 Lib. IV. §. XX. edit. Lindenbr. quem locum  
 ego de homicidio culpa admissio intelligo: \*)  
*Quicumque hominem aut ex leui causa, aut  
 sine causa, interfecerit, wergildus eius his, ad  
 quos ille pertinet, componatur. Ipse vero propter  
 talem praesumptionem in exsilium mittatur, ad  
 quantum tempus nobis placuerit: res tamen  
 suas non amittat.* De disciplina ecclesiastica,  
 qua homicidas emendare conabantur, agunt  
 CAPITVL. Lib. VII. §. CCXCV. et CCXCVII.  
 Addit. IV. Ludou. Pii §. LIX.

Quid de  
 homici-  
 dio cul-  
 poso  
 sanxe-  
 rint?

\*) Sensus esse videtur: Si quis, non iniuria alterius laceffitus, nec impetu animi, aut vehementiore ira instinctus, hominem occiderit, sed res ipsa doceat, eum vel leuem vel nullam plane causam habuisse occidendi: merito praesumendum esse, istum non dolo et consilio, sed vel culpa, vel casu occidisse, ac proinde exilii poenam, persoluto wergeldo, sufficere videri. Hoc modo nisi locum intellexeris, vix ab iniquitate absolueris legistatores, qui hominem, ex vehementiore animi perturbatione et furore iracundiae ad caedem prouolantem, capitis damnarint, ei, qui nulla iniuria prouocatus alium percusserit, exilium irrogarint. Quanto rectius ANTONIN. *εἰς ἑαυτόν*, Lib. II. §. X. *Graviora sunt, quae per iram, quam quae per libidinem admittuntur. Nam qui irascitur, cum dolore quodam et contractione animi occulta a tramite rationis declinare videtur: qui per cupidinem delinquit, quia voluptate vincitur, intemperantior quodammodo, et in peccando effeminatior videtur.* CONF. PVFENDORFF. *de iur. nat. et gent. Lib. VIII. Cap. III. §. XIX.*

### §. CCLXIV.

Quid de  
casuali?

Multo minus ergo homicidium, casu admissum, capitale fuit ex regum Francorum capitularibus. Id quod vel exemplo moderaminis inculpatae tutelae luculenter potest probari. Quamuis enim et ob illud non modo *compositioni et faidae* locus esset: ad comitis tamen officium pertinebat, rem inter homicidam et offensam familiam componere, cuius arbitrio si parere quis nollet, ei exilium comminatur legislator, *ut comiti suo inobediens esse ulterius non audeat.* CAPITVL. Lib. IV. §. XXVII. Ceterum et hoc casu poenitentiam ecclesiasticam homicidæ imperabant  
cano-

canones, de qua eadem CAPITVLARIA *Lib. VII.*  
 §. CCXCV. edit. Lindenbr.

§. CCLXV.

Proximum est, vt, quid de VENEVICIS <sup>Quid de</sup>  
 Franci sanxerint legibus suis, expendamus. <sup>venefi-</sup>  
 Hic quoque illi antiquum obtinebant, et vi- <sup>cio?</sup>  
 tae venefici parcebant, siue malo veneno,  
 siue incantationibus vsus esset, itemque  
 siue mors fuisset sequuta, sine viueret is, cui  
 venenum fuerat propinatum. LEX RIPVAR.  
*tit. LXXXIII. §. I. et II. Si quis vir, seu qua*  
*mulier Ripuaria, per VENENVM, seu per aliquod*  
*MALEVICIVM, aliquem perdiderit, weregeldum*  
*componat. Si autem mortuus non fuerit, et va-*  
*rietatem, seu debilitatem probabilem ex hoc in*  
*corpore habuerit, C. sol. culpabilis iudicetur,*  
*aut cum VI. iuret. Similis est LEX SALICA,*  
*quae tit. XXII. §. I. eum, qui alteri herbas*  
*dederit bibere, vt moreretur, VHIM. dena-*  
*riis, seu sol. CC. et si alter euaserit, den.*  
*MMD. seu solidis LXII. cum dimidio culpabi-*  
*lem iudicat. At, glifcente delicto, vel quod*  
 probabilius est, opinione de sortilegorum ar-  
 tibus, poenam quoque grauiorem statutam  
 esse, probabile est. \*)

\*) Dicit non potest, quam variae maleficorum artes  
 inter Francos iactatae sint, quas *ex ritu gentili-  
 remansisse*, recte suspicatur LVDOVICVS PIVS *Addit.*  
*II. Capitul. §. XVIII.* Sic LEX SALICA *tit. XXII.*  
 non modo malarum herbarum meminit, sed et  
 maleficii, quo efficitur, *vt mulier infantem ha-*  
*bere non possit*, itemque maleficii *superiactati*, et  
*ligaturarum*, quod quale fuerit, perspicue expo-  
 suit ECCARDVS p. 48. porro *tit. LXVII. §. I. hero-*  
*burgo-*

*burgerum, seu strioportiorum, qui acreum portent, ubi striae cocinent, et §. III. striarum, quae homines comedant.* Postremo et LUDOVICVS PIVS loco citato inuehitur in magos, ariolos, succubos, veneficos, diuinos, incantatores, somnarios, comiectores, eos denique, qui se maleficiis, et uerem conturbare, et grandines immittere, fructus praedicere, fructus et lac auferre posse, iactant. Quare non mirum est, grauius viuicombutii supplicium paullatim inualuisse. Obseruauit ECCARDVS in codice MSC. Guelpherbytano legis Salicae legi: *sol. CC. culpabilis iudicetur, aut ignem tradatur.* Solebant enim Franci veneficos et veneficas vel igne, vel aqua, suffocari. Prioris supplicii exemplum ipse attulit ECCARDVS ex GREG. TVRON. *bist. Lib. V. Cap. XL.* Posterioris nos dabimus ex *vita Ludouici Pii apud v. annal. et bist. Franc. XII. script. p. 406.* Scilicet Gerberga, filia quondam Wibelmi, comitis, quam VENEFICA, aquis suffocata est. Quibus exempla sunt illa NITHARDI *de dissens. filior. Ludouici Lib. I. p. 440.* Gerbergam, MORE MALEFICORVM, in Ararim mergi praecepit. Ipsum supplicium accuratius describit THEGAN. *de gest. Ludouici Cap. LIII. p. 318.* Insuper et sanctimoniam feminam, quae erat soror ducis Bernardi, nomine Gerbrich, iussit in vase vinario claudere, et praecidere in flumen Ararim, de quo poeta canit:

*Aut Ararim Parthus bibit, aut Germania Nigra*

*ibi eam diu adfligens exstinxit, iudicio impiorum confiliorum.* Videtur ergo mitior illa poena, licet eam postea et CAROLVS M. in capitulis ad omnes generaliter tit. XXV. apud ECCARD. *ibid. p. 182.* confirmasset, paullatim recessisse ab usu, eiusque in locum supplicium vel cullei, vel viuicombutii, esse furrogatum.



## §. CCLXVI.

Mirum etiam videri posset, ne INCENDIARIOS quidem capitis adiisse periculum. Et quæ de tamen illis quoque non nisi poenam pecuniariam irrogat LEX SALICA tit. XIX. §. I. si-<sup>incendiariis?</sup> mulque damnum datum resarciri iubet. §. II. Quin et tunc leuiore illa poena tantum scelus expiari patitur, si aliqui ibidem remanserint, id est, uti Germani loquimur, *wann gleich einige dabey geblieben*, nisi quod incendiarius tunc, pro singulis personis, earum propinquis deberet *wergeldum* CC. solidorum. *IBID.* §. III. Nec feueriores hic erant Ripuarii, nisi quod triplo maior erat hominis combusti compositio, puta DC. solidorum. \*) LEX RIPVAR. tit. XVII. §. I. et II.

\*) Quum alias nimiam veterum legum lenitatem corrigere soleant auctores capitularium: contra incendiarios, etiam qui per inuidiam et dolum aedes incenderint, nihil durius statuunt, sed ipsi quoque eos dampnum resarcire, multam sexaginta solidorum inferre, quin et hominibus, qui euaserint, secundum legem suam satisfacere, et poenitentiam ex praescripto sacerdotum subire iubent. *CAPITVL. Lib. V. §. CXCIX. edit. Lindenbr.* Attamen paullo post distinguere coepit Ludouicus Pius, dolone malo quis excitauit incendium, an per negligentiam, statuitque, ut, si quis malitiae studio incendium miserit, de hoc crimine conuictus poenis grauissimis interficiatur: sin per negligentiam id fuerit factum, is dampnum, quod cuicumque illatum fuerit, et res, quae inde perierunt, dupli satisfactione sarciat. *IBID. Lib. VII. §. CCLXV.* Quae uerba paene ex interpretatione *PAULI sententiis recept.* Lib. V. tit. III. §. VI. subiuncto exscripta esse, res ipsa docet.

## §. CCLXVII.

## §. CCLXVII.

Baiuuariorum. BAIUVARIL. Toſo enim *titulo III.* qui de et Alamanorum leges de homicidio. Neque ab hoc more maiorum deſciuerunt compositione liberorum hominum agit, et ſequentibus, quibus libertinorum ac ſeruorum compoſitio deſcribitur, ne vllus quidem caſus occurrit, qui capitalis ſit, ſed generatim ſancitur, vt, *ſi quis liberum hominem occiderit, is parentibus eius, ſi quos habeat, vel, ſi non habeat, duci, vel patrono, ſoluat ſolidos CLX:* feminam vero pecunia duplo maiore componat, quia haec armis ſe deſendere nequiuert. Vnde ſtatim ſubiungitur exceptio: *Si autem mulier pugnare völuert per audaciam cordis ſui, ſicut vir: non erit duplex compoſitio eius.* IBID. *Cap. XIII. §. I. ſequ.* Qui peregrinum occiderat, ſiue propter Deum, ſiue propter neceſſitatem iter facientem, praeter CLX. ſolidorum mulctam, fiſco inferendam, C. ſolidos auro adpreciatos propinquis, vel, his deficientibus, fiſco debebat, ſimulque pauperibus elargiri ſtipem cogebatur. IBID. *Cap. XIV. §. II. ſequ.* Ob libertum occiſum patrono XL, ob ſeruum domino XX. ſolidi perſoluendi erant. *tit. IV. §. XI. et tit. V. §. XVIII.* Qualis fere eſt LEX etiam ALAMANICA *tit. LXVIII.* in eo quoque ſimilis Baiuuaricae, \*) quod ob feminam occiſam duplum eſſet inferendum.

\*) Et tamen apud WALAFRIDVM STRAB. *de vita et mirac. S. Galli Lib. II. Cap. XXXIV,* apud GOLDASTVM *Tom. I. ſcript. rer. Alam. Part. II. p. 171.* legimus: *pauperculum quemdam preſbyterum propter homicidii reatum circulis ferreis tam in collo, quam*

quam in brachio utraque, constrictum, grauibus quotidie supplicis adfectum esse per sulcos, quos ferrum carnis eius inflixerit. Sed haec castigatio fortassis magis ad poenitentiam ecclesiasticam, quam ad poenam forensam, pertinuit. Nam in *JUST. EPISCOP. TVLLENS.* quam nuper recusam dedit CALMET dans l'histoire de Lorraine Tomo I. in *adpend. Cap. XXI. p. 104. sequ.* simile quid narratur de presbytero et sorore eius, qui parricidium admiserant, ibique addit auctor: *Hoc crimine saepe dictus clericus ligatus interius a SVO PONTIFICE, poenitentiali ferro ligatur exterius, ac toto trunco corporis arctatur strictis circularis.* Porro soror consentanea huic malo pessimo, accepit duos in sinistro brachio, ut poenitudine lamentabili satisfacerent inaudito scelere. Tunc simul pergunt Ierosolymam, et in remedio frater deposuit vitam corpoream. Ex quibus sane exemplis discimus, seueriores paene fuisse episcopos in homicidas, aliosque facinorosos homines, quam ipsas leges, eiusque disciplinae rigorem magis fortassis homines a peccando absterruisse, quam multam mediocrem, qua pleraque crimina tunc coercebantur.

## §. CCLXVIII.

Nihil quoque singulare hae leges habent De incendio. Nam et hoc aequè, *De incendio* homicidia, multa expiari consueuisse, vel *incendia* eo colligas, quod et ii, qui sanguinem alicui fudissent, quod *incendia* vocabant, et qui potionem alicui mortiferam dedissent, si homo euasisset, non nisi XII solidis mulctarentur EX LEGE BAIVVAR. *tit. III. Cap. VI. et VII.* Sed et incendiarios eadem LEX BAIVVAR. *tit. IX. Cap. I. II. sequ.* damnant duntaxat refarcire, et singulis hominibus, qui nudi euaserint, *breuunt*, (quae certa erat vulne-

vulneris inflicti aestimatio) praestare, denique culmen domus XL. solidis componere iubet. Qualem poenam pro diuersitate aedificiorum, \*) quibus flammam iniecerint, incendiariis minatur etiam LEX ALAMANN. tit. LXXXI. §. I. sequ.

\*) Suis nominibus, iisque vere Germanicis, haec aedificia distinguit LEX ALAMANNICA. Domus ipsa enim, vel praetorium, vocatur *sala*, (*ein saal*.) horreum *scuria* (*eine scheure*) vaporarium *stuba* (*eine stube*) granarium *spicarium* (*ein speicher*.) Quodcumque horum flammis perierat, aedificium restituendum erat in pristinam causam, et praeterea ob *salam* soluendi solidi XL, ob *scuriam* intra praedium XII. ob *stubam*, ouile, vel porcaritiam domum VI. ob serui domum XII. ob *scuriam* VI. ob *spicarium* eiusdem III. seruo, et VI. domino. LEX ALAM. *ibid.*

### §. CCLXIX.

Quid Ex LEG. ANGL. et WERIN. tit. I. §. I. sequ.  
 Angli et Werini *adalingus* DC, liber, vel ingenuus, CC. seruus  
 de homicidis XXX. solidis erat componendus. Sin reus  
 veneficis et incendiariis sanxerint? inficiaretur facinus, ille ob caedem nobilis vel  
 ingenui aut singulari certamine se purgare,  
 aut vna cum XII. testibus; ob serui caedem  
 cum quinque iurare cogebatur. De veneficio  
 cauetur tit. XIV. ut, si mulier maritum  
 veneficio dicatur occidisse, vel dolo malo ad occidendum  
 prodidisse; proximus mulieris campo  
 eam innocentem efficeret, aut, si campionem  
 non habuerit, ipsa ad nouem domos ignitas  
 examinanda mitteretur. \*) Denique tit. VIII.  
 de incendiariis cauetur, ut, qui alterius domum  
 noctu incenderint, damnum triplo sarciant,

*et in frede sol. LX, aut si urgent, cum undecim iurens, aut campo datur noni.*

\*) Quae poena manserit hanc veneficam, lege illa non exprimitur. Nisi existimare volumus, medium eruendi veritatem ipso delicto grauius placuisse Angliis, credendum esset, saltem venefici et homicidii proditorii poenam fuisse capitalem. Sed quo minus ita ratiocinari liceat, efficiunt alia eius legis loca, ubi et ob incendii, homicidii simplicis, et furti suspicionem, ad singulare certamen remittuntur rei, quum tamen haec delicta omnia pecunia luerentur. Vid. tit. 2. §. III. tit. VII. §. IV. tit. VIII. Quin. tit. XV. generalis haec regula constituitur: *A duobus solidis usque ad maximam compositionem, in furto et vulneribus, compus iudicat.* Cuius regulae sensus est, ob haec delicta, quae maiore quam duotum solidorum multa expientur, insipientem reum singulari certamine se defendere debere.

### §. CCLXX.

FRISII quoque certa pecunia componebant homicidia, et quidem pro personarum conditione, quae vel occiderant, vel fuerant occisae. Nobilis nobilem a se occisum solidis LXXX; liberum LIII. et vno denario; litum XXVII. sol. minus vno denario componebat. Liber, qui nobilem occiderat, sol. LXXX; qui liberum, LIII. et vnum denarium, qui litum, XXVII. vno denario minus, soluere debebat. Denique litus, qui occiderat nobilem, solidos LXXX; qui liberum LIII. et vnum denarium, qui litum, XXVII. vno denario minus componebat. Pro seruo occiso tantum praestandum erat, in quantum in litem iurasset dominus. Magnae quoque  
(*El. I. G. Tom. II.*) Q huius

Quid  
Frisii de  
ficariis?

huius iuris tricae erant in modo sese purgandi, et numero consacramentalium, quos vocabant. Ceterum mulctae bes occisi heredi, triens propinquis, gradu propioribus, debebatur. LEX FRIS. tit. I. §. I. sequ.

\*) Haec omnia de homicidio culposo ac doloso intelligenda sunt, quippe quae lex illa non discernit. At quaedam singularia sancit de homine in turba occiso, tit. XIV. de mordrito seu homicidio proditorio, tit. XX. de iis, qui impune occidi possunt tit. V. de muliere occisa Addit. tit. VII. ubi id notatu dignum, quod, quum femina occisa eadem summa, ac masculi, componi iubeatur, ea tamen non ob easdem causas impune occidi posset, ob quas occidi poterat masculus. ib. tit. V. §. II. Ceterum nullum omnino in tota illa lege homicidium occurrit, quod capitale habeatur, praeterquam si servus dominum suum occidisset. De eo LEX illa tit. XX. §. III. Si servus dominum suum interfecerit, tormentis interficiatur, similiter et litus.

### §. CCLXXI.

Quid de incendiariis? De VENEFICIS ET SORTILEGIS nihil est, quod in hac LEGE OCCURRAT. At titulus V. istius legis de brand, id est, de INCENDIIS, talis est: Si quis domum alterius incenderit, ipsam domum, et quidquid in ea concrematum est, in duplo componat. Si autem dominum domus flammis ex ipsa domo egredi compulit, et egressum occidit, componat eum novies, cuiuscumque fuerit conditionis, siue nobilis, siue litus sit. Haec constitutio ex edicto regio processit. Trans Laubachi in fredam novies componat weregildum suum. \*)

\*) Ceterum

\*) Ceterum nisi hae compositiones, de quibus adhuc dictum, repraesentarentur ab homicida: fas etiam apud Frisos erat cognatis, illum persequi bello priuato, donec, quomodo potuerit, eorum amissionem adipisceretur. LEX PRIS. tit. II. §. II. Unde et totus tit. I. additionum agit de pace faldosi, statuitque, ut nusquam securus sit homo faldosus, nisi in ecclesia, in domo sua, ad ecclesiam eundo, de ecclesia redeundo, ad placitum eundo, de placito redeundo. Quin et multis post saeculis priuatum illam vindictam ibi cognatis permissam fuisse, ex LEG. OBSTALE. art. XXVII, codice iuris Frisici recentiore, et Caroli IV. Imp. diplomate, anno MCCCXLIX. episcopo Traiectensi concessio, probat SICCAMA ad leg. Fris. tit. II. §. II. p. 32. edit. Gaertn.

## §. CCLXXII.

Superfunt in Germania cisrhenana SAXONES, qui eodem modo, ac Frisii, personas distinguiebant, et pro nobili occiso DCCCXL. sol. pro ruoda, id est, ingenuo, ut interpretatur LEIBNIT. in not. p. 78. CXX. sol. et interpretæm eiusdem quantitatis, vel, (ut HEROLDINA habet, CCXL. solidi) pro lito CXX. sol. pro seruo XXXVI. solidi exigebantur. LEX SAX. tit. II. §. I. III. IV. Femina virgo dupliciter; iam enixa simpliciter componebatur. IBID. §. II. Ne mordritum quidem vel homicidium proditorium capitale erat, ex lege Saxonum: (vid. *ibid.* §. VI.) quamuis supplicium fumeretur ab iis, qui vel in sacris aedibus repertum, vel ad eas die festo euntem occiderant. IBID. §. VIII. IX. At ex nouella constitutione Caroli M. quae Capitulationis nomine venit, et alia homicidia capi-

Q<sub>2</sub>

talia

talia sunt, veluti si quis episcopum, presbyterum, diaconum occiderit, §. IV. nec non si quis dominum dominamue, (*den gerichtsherren oder dessen ehfrau*) interemerit. §. XII. Enimvero, summum illud supplicium per fugio tum ad ecclesiam, §. II. tum ad regem, poterat euitari, quamuis posteriore casu ex filio coercitus pro mortuo haberetur. CAPITVLAR. SAX. §. X. Ceterum et apud hanc gentem ius erat cognatis, homicidam eiusque liberos, tamquam faidosos, bello priuato persequi, donec sibi satisfacissent. IBID. §. V. et VI.

\*) Ita et apud Alamannos, ceu ex eorum legis *tit. L.* patet, femina clam occisa octodecim, vir nouem tantum wergeldis componebatur. Eiusque rei hanc rationem reddit SPEELMANNVS, quod feminae, tamquam imbelles, defendere se non potuerint. Quod conuenit LEGI BAIUVAR. *tit. III. Cap. XIII. §. I.* Sed apud Saxones alia videtur huius discriminis ratio fuisse, quam acute perdidit v. A. GAERTNERVS *in not. ad hunc iuris Sax. locum p. 27.* Quum enim alioquin Saxones in IVR. PROV. *lib. III. art. XLV.* duplo minus esse velint feminae, quam viri, wergeldum: *iegliches weib hat ihres mannes halbe busse vnd webrgeld:* vir laudatissimus legem Saxonum loqui censet de feminis innuptis, de iisque statui, vt virgo duplo, enixa, seu deflorata, simplici wergeldo componatur. Hinc pergit: *Dicitur autem femina, si virgo sit, dupliciter componenda, cuius dupli rationem in eo consistere autumo, quod filia in commercio erat, et a parentibus, vel eius tutore, sponso CCC. solidis vendebatur: vt igitur pupilla virgine occisa, lucrum, ex venditione sperandum, cessans imputaretur eius compositioni. Et quum forte eo in pretio non essent, quae in caelibe vita partum erant enixae, quum teste Tacito publicatae*  
pudi-



*puccitiae apud veteres Germanos nulla venia eſſet, adea ut non forma, non aetate, non opibus, maritum inueniret: ſimplex compositio in illis ſufficere uifa eſt.* Haec laudatus GAERTNERVS, quibus ego plane ſubſcribo.

## §. CCLXXIII.

VENEFICIUM quatenus pro ſortilegio accipitur, praetermittunt Saxonum leges, quia illud maiores eorum, deorum cultui dedit, non modo pro licito, verum etiam pro admiranda arte habuiſſe videntur. Argumentum eius rei habeo *indiculum ſuperſtitionum et paganiarum*, concilio Liptinenſi anni MDCCXLIII. ſubiunctum, cum abrenuntiatione, quam vocabant, in qua et haec legitur: *End forſachſtu allum diaboles wercum?* Reſp. *End ec forſacho allum diaboles wercum vnd wordum, thuna eren de woden end Saxnote, ende allem them vnholdum, the hira genotas ſint.* Inter ſuperſtitiones illas ſunt *phylacteria et ligaturae, incantationes, auguria vel aurum, vel equorum, vel bouum ſtercore, vel ſternutatione, diuini et ſortilegi, cerebrum animalium, et opinio, quod feminae lunam commendent, quod poſſint corda hominum tollere iuxta paganos.* \*) MONIM. PADERB. pag. 308.

\*) In explicandis illis ſuperſtitionibus, earumque reliquiis hodiernis oſtendendis multum operae poſuerunt viri celeberrimi, GE. ECCARDVS, et HERM. AD. DE MEINDERS *de ſtatu religionis et reip. ſub Carolo M.* Sed quum haec non pertineant ad noſtri inſtituti rationem: illis nos merito hic non immoramur.

## §. CCLXXIV.

Narra-  
tiuncu-  
las de  
fortile-  
giis cre-  
di veruit  
Carolus  
M.

Id potius monere visum est, CAROLVM M. in capitulatione de partibus Saxon paullo ante laudata §. V. stolidam hanc opinionem ex eorum animis euellere prudenter esse conatum, ac proinde statuisse: *Si quis a diabolo deceptus, crediderit secundum morem paganorum, virum aliquem aut feminam strigam esse, et homines comedere, et propter hoc ipsam incendit, vel carnem eius ad comedendum dederit, capitis sententia puniatur.* At quum tamen ideo negari non posse videretur, esse quasdam artes odiosas, atque occultas, quibus vel futura explorentur, vel aliis adferri posset detrimentum: non minus prudenter §. XXII. constituit Carolus, *vt diuini et sacrilegi ecclesiis et sacerdotibus dentur.* \*)

\*) Sunt profecto hae constitutiones Carolinae admiratione dignissimae, quin ita comparatae, vt insequentium temporum legislatores in ruborem quodammodo dare possint. Quum enim alii legislatores eos, qui tam nefanda daemonum ope perpetrent, feralibus flammis absumi iubeant: Carolus istos capitis damnari iubet, qui, ea fieri posse, quae pagani olim iactarint, puta striges, seu mulieres volatiles, reperiri, eas homines comedere, lunam caelo deuocare, cordaque ex humanis corporibus eximere posse, crediderint, ac proinde homines, quos vulgus eo nomine infamet, flammis tradere non dubitent. Quo ipso firmatur sententia, quam supra (§. CCLXV. \*) exposuimus, quod post legem Salicam in coerendis sortilegis inualuerit viuicomburii supplicium, idque quam maxime improbarit Carolus M. eo, quod indignum Christiano videretur, daemoni ea attribuere, quae non nisi a Deo omnipotente

potente



dixerim. At impune tamen incendi potuisse domum eius, *qui rebellis fuerit, et iustitiam facere noluerit, et aliter districtus esse non potuerit*, patet ex CAPITVLARI SAX. §. VIII.

\*) Incendia frequentiora facta arbitramur inter Saxones, ex quo Carolus M. Christianam religionem in illis obtruserat. Tunc enim saepe excitasse videntur incendia, vt iisdem flammis perirent templa Christianorum. Witichindum sane, Saxonum ducem, omnes intra Frisiorum fines ecclesias combussisse, expulisse Dei famulos, et homines a Christiana religione auertisse, testis est *ALFREDI vit. S. Ludgeri Lib. I. Cap. XVIII.* Et multo ante, anno DCCLXXIV. Saxones,

*Quandam cupierunt tradere flammis  
Ecclesiam, quam sacrauit Bonifacius illis,  
Martyr et antistes, Christo dilectus in aeuum.*

POETA SAXO ad ann. DCCLXXIV. *CHRONICA SAXO ad ann. DCCLXXIII.* Porro anno DCCLXXIX. Saxones ad Rheni ac Mosellae confluentes:

*Cunctas, quas poterant villas inuadere, flammis  
Tradiderant, ipsis etiam non ira pepercit  
Ecclesiis*

IDEM. d. ann. Hoc quum saepius ausi essent Saxones: demum Carolus M. in CAPITVLAT. de part. Sax. §. II. statuit, vt, *si quis ecclesiam per violentiam intrauerit, et in ea per vim vel furbum aliquid abstulerit, vel ipsam ecclesiam igne cremauerit, is morte moriatur.* Quin ideo tantum incendia omnia, dolo malo facta, capitalia esse voluisse, probabile est, vt metu poenae atrocioris, in ecclesias Christianorum flammis definerent faeuire Saxones, adhuc male Christiani, et patriae superstitionis tenacissimi.

## §. CCLXXVI.

Denique et de LANGOBARDORVM legibus <sup>Leges</sup> quaedam addenda sunt. Eae quoque vere <sup>Lango-</sup> Germanicae sunt, tum quod cognatorum <sup>bardo-</sup> esset, necem cognatorum vlcisci, tum quod <sup>rum de</sup> et ipsi, certa pecunia facinus expiari posse, <sup>homici-</sup> existimarent. Pertinent huc totus *Libri I. titulus IX.* itemque *tit. III. et tit. XI.* in quibus omnibus certa compositio pecuniaria ab iis, qui vel occiderint hominem, vel consilium eum occidendi ceperint, exigitur, paucissimis casibus exceptis. Nam capitalis erat caedes domini, *d. tit. IX. §. II.* itemque qualiscumque in ecclesia facta, *IBID. §. XXXIX. et XXXV.* denique caedes, a seruo regis patrata, quem lex super tumulum occisi suspendi iubet. *IBID. §. XV.* Nihil vero admodum discriminis hanc legem statuissē inter homicidia culpa et dolo perpetrata, vel ex eo patet, quod ne casu quidem admissa plane extra poenam esse vellent. *IBID. §. XVII.*

## §. CCLXXVII.

Iidem et VENEFICIVM, id est, veneni mali <sup>De ve-</sup> propinationem initio pecuniaria poena, vel <sup>neficio.</sup> compositione personae, coercebant, veneficumque, si intra consilium crimen stetisset, XX. solidos; sin iam alteri propinatum esset, venenum, sed mortem homo euasisset, dimidium pretium hominis; sin mors sequuta esset, integrum *wergildum* praestare cogebant. *LEX LANGOB. Lib. I. tit. III. §. IV. V. et tit. IX. §. VI. et VII.* At Henricus Imp. postea sanxit, vt,

Q5

qui

qui veneficio, seu quolibet modo furtiuae mortis, aliquem peremerit, aut consentiens fuerit, mortis sententiam incurreret, omniumque suarum rerum, mobilium et immobilium, facultatem amitteret, ita tamen, ut pretium X. librarum auri pro legitimo widrigild propinquis parentibus peremti praemium daretur, reliqua rursus medietas eius propinquis veniret, \*) altera autem medietas ad fiscum accederet. IBID. tit. IX. §. XXXIX.

\*) Omnia haec ad propinquos peruenisse ideo, quod occisi necem vlcisci cogerentur, adeoque *fai*dae nomine, cum ex *Lib. I. Tit. IX. §. XXXIV.* patet, tum ex §. XVI. eiusdem tituli. Nam compositio ad occisi tantum filios et propinquos, non ad filias, perueniebat, nisi quod, his deficientibus, illam cum fisco diuiderent. Cuius rei legislator hanc reddit rationem: *Quia filiae eius, eo, quod femineo sexu esse probantur, non possunt ipsam faidam leuare. Ideo prospeximus, ut ipsam compositionem non recipiant.* Sensus enim est, filias, quia sexu prohibeantur, quo minus defuncti parentis mortem armis vindicent, nec compositionem, qua pax post bellum illud priuatum redimi soleat, accipere posse.

### §. CCLXXVIII.

Quid de  
magis  
et forti-  
legis  
fense-  
rint.

At tanto minus in eos easque faeuiebant Langobardi, quos vulgus tamquam striges vel sagas infamabat. Tantum enim abest, ut in has ultorem gladium strinxerint, ut eos potius, qui stolidam illam opinionem in vulgus spargerent, vel miseros illos occidere non dubitarent, dignos poena iudicarent. En constitutionem Rotharis, Regis, *Lib. I. tit. XI. §. IX.* *Nullus praesumat aldiam alse-*  
*nam*

nam aut ancillam, quasi strigam, quae dicitur MASCA, \*) occidere: quod Christianis mentibus nullatenus est credendum, nec possibile est, ut hominem mulier viuum intrinsecus possit comedere. Si quis deinceps talem illicitam ac nefandam rem perpetrare praesumserit, si aldiam occiderit, componat pro statu eius sol. LX. et insuper addat pro culpa sol. C. medium regi, et medium, cuius aldia fuerit.

\*) MASCA est ipsum Gallicum *la masque*, quod testibus LINDENEROGIO et DVFRESNIO subalpini homines etiamnum pro saga vel lemure vsurpant. Quidquid hominibus terriculamento erat, id laruam vocabant veteres, eosque imitari sunt Langobardi, qui suae voci *masque* eandem notionem subiecerunt.

### §. CCLXXIX.

Denique, quod ad INCENDIARIOS attinet, Leges permultum intererat EX LANGOBARDORVM sententia, dolo malo ac deliberato animo aliquis incendium excitasset, an culpa tantum et negligentia. Priore casu damnum omne triplo erat sarcendum. LEX LANGOB. *Lib. I. tit. XIX. §. I. IV.* praeterquam si seruus siluam accendisset, qui praeter damni aestimationem, a domino inferendam, flagellis caesus ignominiae causa attondebatur. *IBID. §. XXVII.* Posteriore damni dati iusta tantum aestimatio erat praestanda. *IBID. §. II. et III.*

Leges  
eorum  
de in-  
cendia-  
riis.

### §. CCLXXX.

## §. CCLXXX.

Homici-  
dia ne  
medio  
quidem  
aeuo ad  
faecu-  
lum XII.  
capita-  
lia.

Ita per gentium veterum paene  
leges euntes paucissimas reperimus  
micidia, veneficia, atque incendia  
capitali digna iudicant. Proximus  
est, vt, quid extincta Carolidaru  
Germania circa haec crimina iuste  
sit, dispiciamus. Hic vero in vniu-  
seruamus, diutissime Germanos ma-  
trius vixisse. Adduxit hanc in rem  
EX GOLDASTI *constitutionibus imperia-*  
monia SCHILTERVS *Exerc. XLIX.*  
sed vereor ego, ne pleraque vel fu-  
dei sint, vel ad Germaniam non p-  
At aliis exemplis diplomatibusque  
pectis probari potest, a faeculo X  
homicidium paene nusquam capitali

- \*) Anno MXXIII. Henricus II. Imp. in  
Laureshamensi: *Si autem ibi occidit  
qui huius homicidii vel inuasionis parti-  
cute et capillis perditis supradicta com-  
est, stigmatet, sequentur, ac werigeldum  
mino suo auctor homicidii persoluat, et  
MIS eiusdem interfecti RECONCILIATIONE*  
CHRON. LAVRISH. apud FREHER. *scripsit.*  
*Tom. I. pag. 126. edit. Struu.* Cuius  
charta eiusdem Henrici II. apud BROW-  
*Fuld. Lib. III. Cap. XV.* aliaque Henrici  
no MLVI. scripta apud ZYLLES. *in defensionem*  
*mini.* Addimus exemplum eiusdem  
Quum enim Rudolphus et Herman-  
de Gostelitze, Euerardum, ecclesiae  
hominem, occidissent: meru palatini,  
dem vindicaturi, *magnam partem praed-*  
*mancipiorum pro eo monasterio tra-*  
CHRON. GOZEC. *pag. 219. edit. Maderi.*



empla passim exstant. Legum saeculi XII. eiusdem generis exempla habes apud ill. a LVDEWIG. reliqu. Tomo IV. p. 180. et p. 202.

## §. CCLXXXI.

Equidem a saeculo saltim XII. vbiq̄ue capitale esse coepisse homicidium, vel ex eo colligere posses, quod iura Saxonica et Sueuica, quorum paene per vniuersam Germaniam vigeat auctoritas, capitis damnari iubent tum sicarios improbos, (*die moerder,*) tum simplices homicidas. IVS PROV. SAX. Lib. II. art. XIII. *Alle mörder sol man radbrechen. \*)* - - Die einen man schlagen vnd fahen, den soll man allen die häupter abschlagen. Eadem fere repetuntur in IVRE PROV. SVEV. Cap. CXIV. *All moerdasr, die sol man all radbrechen. - - - Wer ainen man tze tod flecht, oder in beraubet, den sol man allen das haubt abflahen.* Ita verba se habent in editione *Bergeriana*, pag. 200. sequ. quae male in sua expressit MEICHISNERVS. Immo capitale esse iussit, non modo dolosum homicidium *Wormatiae* anno *MCLVI*. *Fridericus Imp.* apud illustr. *LVDEWIG. reliquiar. Tomo II. pag. 193.* verum etiam casuale *Hamelae* anno *MCCCXXXV*. *Ernestus, Dux Brunsv.* *IBID. Tom. X. pag. 29.*

\*) Eius supplicii a *Fridrico Isenbergensi*, qui *Engelbertum*, archiepiscopum *Coloniensem*, interfecerat, anno *MCCXXVI*. sumti, exemplum tristissimum exstat apud *ALBERIC. ad d. ann. pag. 519.* *LEVOLD A NORTHOV. apud Meibom. pag. 386.* *ALB. STAD. ad d. ann. pag. 304.* Sed an supplicium illud

lud fuerit legitimum, merito dubitat. *HESS. ad const. crim. Carolin. pag. 397.*

## §. CCLXXXII.

Et ta-  
men et-  
iam po-  
stea non  
vbique  
capitis  
damnati  
homici-  
dae.

Sed tantum abest, vt haec iura vbique in Germania valuerint, vt passim adhuc existent leges, statuta, exempla, ex quibus patet, et pecuniaria poena, et transactione cum interfecti cognatis, multo post illa tempora passim adhuc expiari potuisse homicidia. Et antio quidem saeculi XIV. decimo octauo homicidium Hermanni, Burggrauii de Golzin, trecentis et triginta sexagenis expiatum legimus apud illustrem a *LVDEWIG. reliqu. Tom. I. pag. 281.* Eiusdem saeculi anno vicesimo tertio latae sunt in Frisia LEGES OBSTALBOMICAE, quarum §. XI. cautum, vt quicumque latitum occiderit, in septuplum iudicibus et heredibus condemnatur. Conf. §. XXVII. Medio illo saeculo condita sunt statuta Francofurtana antiquiora, quae ex autographo edidit *HENR. CHRIST. SENCKENB. select. iur. et hist. Tom. I. quorum §. VIII. pag. 6.* legimus: *Wer einen doerschlag tut, vnd darum verzalt wird, der en sal nummer in die stadt kommen, er habbe dann vore dem gericht der stadt vnd den Rathsgergn gebuzsit, vn sal nach der buzse ein sal vorse sin. -- Wulde abir der cleger zu hurt sin, so sul das an dem rade sten. \*)*

\*) Similes leges et alibi viguisse illis temporibus, nouimus. Exstat enim diploma Rudolphi I. Imp. Wormatiensibus datum anno MCCLXXXIV. quo, qui homicidium intra urbem patrantur, sine spe veniae ex vrbe proscribi iubentur. *LVDEWIG. reliqu. Tomo II. pag. 240.* Et *SCHILTERVS Exerc. XLIX.*

**XLIX. §. CXVII.** adduxit, locum statuti Ilmen-  
sis, oppidi Thuringiaci, scripti anno MCECL. in  
quo haec de homicidio sanctio occurrit: *Wer den  
andern zu todte schlet, der sal geben zwei pfund  
an dy stadt, vnd sal ein iahr rümen.* Et mox:  
*Wer auch diese vorgeschrieben gesetzte nichten bil-  
det, vnde dawider thut mit bedachtem muthe, der  
sal die busse zwifeldig trage, iegliche nach oeren  
gesetzte, ane umbe den todschlagt, sal man rümen  
eyn jabr, vnde dis busse zwifeldig trage.* LEGES  
GOSL. Lib. II. van vredebracke §. XVIII. sequ.  
*Wert en dotgeschlagen, de en wiff hefft, vndeney-  
ne kindere, vnd will men den man beteren mit gel-  
de, dat gelt nimpt sin wiff. Nimpt en frawe ene  
beterunge vmmē öres mannes dot-schlab, vnde dra-  
get se en kint, dat schall de söne bolden.*

### §. CCLXXXIII.

Immo ne insequente quidem saeculo XV. Immo  
quo iam vbique magna erat iuris Romani au- ne sae-  
ctoritas, et de condendis legibus criminali- culo  
bus ipsi Germani serio cogitare coeperant, quidem  
mos ille pristinus plane obsoleuerat. XV. et  
Tunc XVI.  
enim conditum in Dithmarsia statutum, vt  
pro homicidio C. marcae cognatis solueren-  
tur. CHRON. LVNEB. apud LEIBNIT. Tom. III.  
pag. 213. Et Halae, vbi veluti supremum iuris  
Saxonici dicasterium erat, initio adhuc saeculi  
XVI. super homicidio cum occisi cognatis  
transigebatur, teste OLEAR. *Halygraph. pag. 220.*  
qui hanc notitiam ex ipsis actis publicis vel  
diurnis fenatus desumisse videtur. \*)

\*) Verba eius, quum libellus hic inter ipsos Halen-  
ses rarior esse coeperit, hic adscribere operae  
pretium videtur: *In diesem iahr (1704) kam Claus  
Becker von Behsen für den gantzen rath zu Halle,  
berichtet, daß er sich mit Clausen Hermann wegen  
des,*

das, daß er seinen vater, Simon Hermann, ermordet, verglichen, vnd bat, daß es möchte in ratsh-memorial geschrieben werden. Der vertrag war dieser: Clas Becker solte halten lassen hundert virgilien, vnd so viel seelmessen mit vorheruß Simon Hermanns, soll das leib-zeichen mit dreyßig personen, derer jeder eine kerze von einem halben pfund wachs trug, zur erden bestatten: soll selbst, oder durch einen andern eine walfurth lassen, ein steinern creuz drey ellen hoch setzen lassen, iben Simon Hermann, achzig gülden rheinisch stifften zu einem seelen-bad anzurichten, soll alle gericht- vnkosten abtragen. Ist also die ganze sache beygelegt worden.

### §. CCLXXXIV.

Illis  
tempo-  
ribus fe-  
uerius  
animad-  
uerfum  
in in-  
cendia-  
rios.

INCENDIARIII ob insigne, quod respublice inde capiebat detrimentum, paullo citius capitale esse coepit. Id enim non modo SAX. Lib. II. art. XIII. et SVEV. Cap. CXIV. ta vel gladio puniendum censent: *Mordbrandner, die soll man alle radbrechen. - Den brandnen sonder mordbrand, \*) den soll man alle heupter abschlagen:* verum etiam multo LEGES OBSTALROMICAE §. III: *Incendiariorum diurni concrementur, diurni vero damnantur, incendii taxatione praemissa in septuplum reneant iudicibus obligati.* Quin et veteribus die mit zauberey vmbgehen, oder mit werckniß, viuos comburendos, censet IVS PROV. *ibid.* SVEV. *ibid.*

\*) Inter brand et mordbrand quid fuerit discrimen, non adeo expeditum est. IVS PROV. SVEV. *ibid.* §. VI. posterius crimen ita definit: *Wer tags oder nachtz heimlichen prennet, er laugen, oder nicht, das haisset mordbrand.* Et sane vocabulo *mord-* quod

quod a veteri Cambro-Britannico *murio*, occultare, deriuat EGGARD. *ad leg. Sal. tit. XVI. §. I.* maxime conuenit hæc definitio. At quis tunc erit incendiarius simplex? Quis enim eorum non interdium vel noctu, quis non clam et remotis arboribus incendia excitat? Putaretur *mordbrenner* dici, qui vel mercede conducti, vel suis stimulati furijs, flammis in vrbes et pagos grassantur, idque facinus veluti artem exercent. Qua adsumpta notione, facile a reliquis incendiarijs discernuntur.

### §. CCLXXXV.

Tale erat ius Germanorum, quum de legibus criminalibus accuratius scribendis consilium caperent Maximilianus I. et Carolus V. Imperatores. Hi vero poenas veteres, pro delictorum grauitate paullo molliores et tantum non iniquas esse, rati, capitale esse uoluerunt homicidium, si nulla esset ratio, quamobrem hoc supplicium remittendum videretur. Quin gladii poenam forcipibus candentibus vel tractione ad locum supplicij exasperandam putarunt, si quis virum in eminentiore dignitate constitutum, dominum, coniugem vel consanguineum occidisset. CONST. CRIM. *art. CXXXVII.* Causæ autem, ob quas gratiam supplicij fieri oportere statuunt, sunt moderamen inculpatae tutelae, *art. CXXXIX.* iusta defensio, qua tertius præter voluntatem sese defendentis perit: *art. CXLV.* casus, si quis in re licita versatus, alterum imprudens occidit, *art. CXLVI.* vulnus minus lethale inflicturn, *art. CXLVII.* caedes in turba facta, cuius de auctore non constat: *art. CXLVIII.* ac denique defensio existimatio-

Confitutio Carolina de homicidii poena.

R nis,

(El. I. G. Tom. II.)

nis, pudicitiae, bonorum, cum facinoroso in-  
teritu coniuncta. *art. GL.*

§. CCLXXXVI.

De ve-  
nefico-  
rum sup-  
plicio.

Seuerius in VENEFICOS animaduerti iubet  
Carolus V. Nam eos, qui artibus odiosis  
alicui nocuerunt, (*die den leuten durch Zauberey  
schaden oder nachtheil zugefüget.*) con-  
buri; qui iis artibus vsi, nemini nocentia  
arbitrarie pro ratione *περιστάσεων* puniri iube-  
*art. CIX.* Qui quaeue veneno hominem in-  
teremit, masculus rota contunditur, femina  
culleo insuitur, alioque supplicio, (*oder in an-  
dere wege nach gelegenheit*) adficiuntur, aliquan-  
do hae poenae etiam forcipibus candentibus,  
vel tractione ad locum supplicii, arbitrio  
iurisperitorum, exasperantur. *art. CXXX.*

§. CCLXXXVII.

De poe-  
na in-  
cendia-  
riorum.

Denique et de INCENDIARIIS breuis ad-  
modum et abrupta exstat lex Caroli V. *art.  
CXXV:* *Item die bosshaffigen überwiltigen  
brenner sollen mit dem feuer vom leben zum  
tod gericht werden.* Quae omnia ita con-  
parata sunt, vt dubitare non liceat, quia in  
his omnibus legislatori praecipue ob oculos  
fuerit ius Romanum. Nam et hoc non solum  
das ultore gladio persequitur. §. 5. *Instit. de  
publ. iud. l. 3. C. de episc. aud. incendiosos,  
vinctos et verberatos, viuos comburi iubet.  
l. 10. ff. ad L. Corn. de sicar. l. 9. ff. de incend.  
ruin. naufrag. l. 16. §. pen. l. 28. §. 12. ff. de  
poen.* Veneficos quoque non quidem cruci-  
frago,

fragio, (quod supplicium Romani ignorabant,) sed gladio *l. 28. §. 9. ff. de poen.* aliquando et igne, plecti iubet. *l. 3. l. 5. l. 6. C. de malef. et math.*

### §. CCLXXXVIII.

Et hac publica lege adeo paullatim immutata est criminalis Germanorum iurisprudentia, ut nihil fere antiqui moris circa haec crimina supersit, sed ad constitutionis illius criminalis normam in vniuersa fere Germania supplicium ab homicidis, veneficis, et incendiariis sumatur, eoque minus sicariorum vitae parcatur, quo magis opinio, quod huius poenae, iure diuino sancitae, nulli mortalium, ne a principe quidem gratia fieri possit, altas paene vbique radices egit. Vid. THOMASII *dissert. de iure ad grat. princ. in caussa homicid.*

Hoc iure et hodie vti-mur.

### §. CCLXXXIX.

Itaque actum ageremus, si conclusiones, quae ex illa Carolina Nemesei promanant, perosius hic accumulare vellemus. Fecerunt id omnes, qui vel sanctionem Carolinam, vel ipsam iurisprudentiam criminalem, commentationibus suis illustrarunt. Nostrum est, vnicum, quod hic superest, iuris patrii vestigium notare. Tale est, 1) quod in Saxonia omnibus casibus, quibus homicidium non capitale est, ab homicida exigitur *wergeldum* XXIV. florenorum seu XX. imperialium, vel, si femina periit, X. imperialium.

Paucae veteris iuris patrii reliquiae.

CARPZ. *prax. crim. part. I. quaest. XXXIV.*  
 2) quod et alibi, si forte homicidae gratia  
 poenae capitalis fiat, haeredibus solui solet  
*die soeninge*, quae pecunia summa, si diffi-  
 ciliores sint heredes, iudicis arbitrio defini-  
 ri solet. SIM. VAN LEEVWEN *cons. for. Part. I.*  
*Lib. V. Cap. XXXIII. §. VIII.* 3) quod et ad-  
 uersus fugitium homicidam in Saxonia in-  
 struitur iudicium publicum, quod vocatur  
*der achts-procesf*, de quo infra plura dicen-  
 di locus erit. Interim videri possunt CARP-  
 ZOVII *achts-procesf*, et, quam commentario  
 suo in constitutionem criminalem subiecit  
 KRESSIVS, *descriptio der haltung des Iorckischen*  
*noth-rechts.*





## TIT. XXVII.

## DE PARRICIDIO, ET ALIIS HOMICIDIIS ATROCIORIBVS.

## §. CCXC.

**S**unt quaedam atrociora homicidii genera, quae pleraeque gentes acriore poena digna iudicarunt, inter quae primum locum merito damus PARRICIDIO, quatenus id vocabulum proximorum cognatorum adfiniumque caedem significat. Id crimen paullo rarius fuisse suspicamur apud veteres Germanos, quum causas plerasque, quae apud Graecos Romanosque homines ad tam abominandum ac detestabile facinus impulerunt, procul habuisse videantur. Ipse sane TACITVM *de morib. Germ. Cap. XX.* id innuere dixerim, dum de iis scripsit: *Quanto plus propinquorum, quo maior adfinium numerus, tanto gratior senectus, nec vlla orbitatis pretia.* et *Cap. XIX.* multo pressius: *Numerum liberorum finire, aut quemquam ex agnatis necare, flagitium habetur.*

- \*) Ad parentes e medio tollendos magno liberis Romanorum incitamento fuit luxuria; ad reliquos cognatos interimendos vel orbitatis dulcedo, vel spes improba hereditate tanto citius potiundi. Hinc CICERO *pro Sex. Roscio Cap. XIV:* *Patrem occidit Sex. Roscius. Luxuries igitur hominem nimium, et aeris alieni magnitudo, et indomitae animi cupiditates, ad hoc scelus impulerunt. De luxuria purgavit Erucius, quum dixit, hunc ne in conuiuium quidem vlllo fere interfuisse, nihil autem unquam debuit. Cupiditates porro quae possunt esse*

esse in eo, qui ruri semper habitavit, et in agro colendo vixerit, quae vita maxime disiuncta a cupiditate, et cum officio coniuncta? Et SENECA consolatur ad Marc. Cap. XIX. orbitatem saepe manu fecisse Romanos, testatur, tantum ut multa securitate, nullis periculis gratiam, honores, cuncta prompta et obuia haberent. TAC. annal. Lib. XV. Cap. XIX. Nihil horum in Germanorum vitendi ratione habebat locum. Nulla ibi luxuria liberorum, inter eadem cum seruo pecora, in eadem humo degentium, quamdiu pars domus ternae essent. TACIT. de morib. Germ. Cap. Nullum aes alienum, quum ipsius pecuniae viderentur ignorarent: nulla orbitatis pretia, vel hereditaria cupiditas, quum nullum ibi esset testamentum. Quid ergo impulisset homines in se frugales, tam immane scelus perpetrandum?

## §. CCXCI.

Nec tamen illud plane praeterita sunt leges Germanicae. Vt tamen, qui suo prope ingenio boni erant, et metu poenae a tanto facinore deterrentur, placuit, et legibus latis parentum cognatorumque et adfinium securitati conuenire, maxime quum ii, qui extra Germaniam sibi sedes quaesierant, mature animadvertent, se cum Romanorum prouinciis et eorum vitia sua fecisse, aetatemque parentum peiorem auis, se tulisse nequiores, mox duros progeniem vitiosorem. \*)

\*) Iam supra ex CAPITVLAR. addit. IV. §. CLX. obseruauimus, Wisigothos, Sueuos, Burgundiones, simulac in prouinciis Romanis nouas sibi sedes quaesiuisent, non gradu, sed praecipiti cursu, a virtute desciuisse, ad vitia transcucurrisse, quin ea apud exteros infamia ob mutatam pristinam illam vitae rationem esse notatos, ut vulgo iudicaretur, eas gentes ideo pessum iuisse. (§. CLXX. \*) Iam addimus, ea verba Ludouicum Pium

Piam desumfisse ex s. BONIFACII *epistola ad Esthelbaldum; Merciorum regem*, similiaque de mutata Ostrogothorum vitae ratione iam olim obseruasse HVG. GROTIUM in *proleg. ad hist. Gotb. et Vand.*

## §. CCXCII.

Iure WISIGOTHICO *Lib. VI. tit. V. §. XVII.* Wisigothi-  
parricidae habebantur, qui patrem, matrem, <sup>this ca-</sup>  
fratrem, sororem vel quemcumque propin- <sup>pitale e-</sup>  
quum aut adfinem *ἢ καὶ προσαισιόσωσ*, vel dolo <sup>rat par-</sup>  
malo, occidere ausi fuerant. <sup>ricidi-</sup>  
modo poenam talionis minatur, <sup>um.</sup> *ut eadem*  
*morte puniantur, qua ipsi alium punire praes-*  
*sumserint*, verum etiam amissionem bono-  
rum, quae, si liberos non reliquerit parricida,  
vniuersa; si liberos reliquerit, pro femisse ad  
occisi heredes sint peruentura. Si parricida  
se in ecclesiam receperit, lex eum quidem  
supplicio eximit, at propinquus tamen occisi  
veluti noxae dari iubet, ut, salua tantum ani-  
ma, quidquid de eo facere voluerint, ha-  
beant potestatem, bonis simul eodem modo  
ad propinquos deuoluendis. *IBID. §. XVIII.*  
Attamen et a parricidio excusabat modera-  
men inculpatae tutelae, si quis *grauibus coa-*  
*ctus iniuriis, aut, dum repugnaret, ipseque pro-*  
*priam vitam tueretur, parricidium admisisset.* \*)  
*IBID. §. XIX.*

\*) Nihil secundum hanc legem interest, *paterne fi-*  
*lium, materue filiam, an filius patrem, vel frater*  
*fratrem* aut propinquus *quemlibet propinquum* in-  
teremerit: adeoque aliter philosophabantur Wisigo-  
thi, ac olim PLATO *de legibus Lib. IX.* qui filio  
ne pro defensione quidem sua, si, se a parenti-  
bus

bus interfectum iri, videat, lege ille, non occidi putat, ut parentes, a quibus in lucem editus sit, interimat, sed omnia potius eum sustinere debere censeat, quam quidquam eiusmodi facere, ut tamen fratrem, qui fratrem in se impetorem confidentem pro defensione sua occiderit, *καθάπερ εἶναι, καθάπερ πολέμιον ἀποκτείναντα*, quasi hoste perempto, parum esse, contendit.

## §. CCXCIII.

Quid de expositio-  
ne infan-  
tum confi-  
tuerint? Ex quo sequebatur, ut et INFANTVM EXPOSITIO Wisigothis pro parricidio esset, si infans proiectus in locum solitarium, periisset. Et hinc procul dubio et illum dignum supplicio iudicarunt, qui ita in proprium sanguinem faeuisset. Quamvis enim singularis lex de eo crimine non extet: id tamen vel inde nobis recte colligere videmur, quod et ei, qui infantem expositum aluerit, patrem, qui exposuerat, et eum redimere vel alium feruum pro filio dare non potuerit, ipsum in seruitutem addici iuberet. LEX WISIG. *Lib. IV. tit. IV. §. I.*

## §. CCXCIV.

Quid de partu abacto? Quin et ABACTO PARTV parricidium admitti oportuit ex illo WISIGOTHORVM principio. Et hinc seuera satis lege sanxerunt, ut non solum operatrix huius criminis publica morte condemnatur, aut si iudex eam vitæ reseruare voluerit, omnis visio oculorum extinguatur, sed et maritus, si eius iussu tam nefandum scelus admissum sit, simili supplicio adficiatur. *IBID. Lib. VI. tit. III. §. VII.* Ita noua lege cautum fuit a Chindaswinda, Rege, quum antea

tea obtinisset, ut is tantum, qui mulieri praegnantis potionem huiusmodi dedisset, capitis damnaretur, ut ipsa mulier, quae potionem recepisset, si ancilla esset, ducentes flagris caederetur, si ingenua, dignitate personae priuata, alii, cui rex vellet, in seruitutem addiceretur. *IBID.* §. I. III.

\*) Neque hic legislator distinguit inter partum vitalem et non vitalem, quam distinctionem aliquibus et ipsi Romani obseruasse videntur, dum mulieres alias temporali exilio, alias summo supplicio adfici iusserunt *l. 4. ff. de extr. cogn. l. 38. §. 5. ff. de poen.* At si alius partum, inuita matre, occidisset, tunc vero simili poene distinctione utebantur, et ingenuum, qui *FORMATVM* infantem, salua matre, excusserat, *CCL*; eum, qui *INFORMEM*, centum solidis multabant, denique si ipsa mater cum partu periisset, ei ordinarium homicidii supplicium irrogabant. *IBID.* §. II. Atamen et hic ingenuos ingenuasque, seruosque et ancillas, poenis distinxisse *WISIGOTHOS*, patet ex eiusdem *tituli* §. III. IV. V. VI.

### §. CCXCV.

Talis est lex *WISIGOTHORVM*. Quod enim *Francorum* ad leges *BVRGVNDIONVM*, et utramque *FRANCORVM* legem attinet: eae et parricidii, et expositorum infantum crimen fere praetermittunt, non aliam procul dubio ob causam, quam quod rarius huiusmodi inhumanum facinus apud se contingere, animaduernerent, ac proinde tanto coercendo sceleri sufficere crederent poenam homicidii. Quin ne *Carolingos* quidem his legibus quidquam adstruxisse legimus *CAPITVLAR. suis Lib. VI. §. LXXI. edit. Lindenbr.* quam quod canonicè

coerceri parricidas oporteat. Attamen de partu non quidem a matre, sed a tertio quodam, vel vna cum matre, vel salua ea, intererent, agunt leges Francorum, tum SALICITIT. XXVIII. §. IV. sequ. tum RIPVARIORVM TIT. XXXVI. §. X. et vtraque in delictum hoc non nisi certae compositionis pecuniariae poenam suo more statuit. Quin et expositos infantes, et intra decem dies a nemine agnitos, iis, qui illos sustulerint, cedere; et qui postea illos repetere velint, eos, *tamquam homicidas, ecclesiastica districtione damnari* iubent CAPITVLAR. Lib. VI. §. CXLII.

## §. CCXCVI.

**Nec non Baiuuariorum.** Sed et in BAIUARIORVM lege nihil, quod ad parricidium infantumque expositionem pertineat, reperio. At si quis in causa fuisset, ut abortum faceret mulier; pecuniaria quidem et hoc casu poena erat, sed id singulare dixeris, quod quotannis persolueuda esset, et ad septimam vsque generationem a patre in filium transmitteretur. LEX BAIUVAR. tit. VII. Cap. XVIII, et XIX. Cuius quidem singularis ac prope inusitatae poenae hanc rationem IBID. Cap. XX. reddi animaduertimus: *Propterea diuturnam iudicauerunt antecessores nostri compositionem et iudices, postquam religio christianitatis inoleuit in mundo, quia diuturnam, postquam incarnationem suscepit anima, quamuis ad natiuitatis lucem minime peruenisset, patitur poenam, quia sine sacramento regenerationis abortiuo modo tradita est ad inferos. \*)*

\*) Est

\*) Est haec sententia rigidissima FVLGENTII RVSPENS. quam in libro de fide ad Petrum, qui sub Augustini nomine circumfertur, dixit: Firmissime tene, et nullatenus dubites, non solum homines, iam ratione usentes, verum etiam paruulos, qui sine in uteris matrum vivere incipiunt, et ibi moriuntur, sine, cum de matribus nati, sine sacramento sancti baptismatis, quod datum in nomine Patris et Filii, et Spiritus sancti, de hoc saeculo transeunt, IGNIS AETERNI supplicio puniendos. Quum ergo AVGVSTINVS huiusmodi infantes tantum ad visionem Dei non peruenire putaret: hic eos plane flammis sempiternis excruciaci censuit. Quae doctrina terribilis quum postea fere omnibus placere, ac demum inter dogmata ecclesiae Romanae cooptari coeperit: non mirum est, si et Baiuuaris placuerit. Addi meretur FRID. VLR. CALIXTI quaestionis, quid de eorum, qui sine baptismo e. viuis excedunt, salute statuendum? solutio ad Gustauum Adolphum de Schulerburg. Helmsf. MDCLXXXVI.

### §. CCXCVII.

LEX ALAMANNICA tit. XL. et conatum, quod Et Alamineris, punit, et ita quidem, vt is, qui tam mannonefarium cepit consilium, poenitentiam ferum. cundum canones agere, et bona eius coram omnibus parentibus infiscari, id est, non obstantibus propinquis, publicari, iubeantur. Quomodo perpetratum parricidium puniuerint, ex hac lege vix intelligas. \*) Nec de expositione infantum vel abortu quidquam hac lege sancitum esse reperias, nisi quod tit. XC. is, qui mulieri poculum huiusmodi dedit, si sexus embryonis iam discerni possit, masculum XII. femellam XXIV. sin nondum de eo liqueat, XV. solidos componere iubetur.

\*) Attamen

\*) Attamen HEPIDANNVS in vita S. Wibonni Cap. XXVI. apud GOLDAST. *script. rer. Alam.* Tom. I. pag. 216. refert, quum moetha quaedam infantem, ex adulterio conceptum, simul ac eam esset enixa, in riuum proiecisset, plebem fidelium, contra tale nefas zelo iustitiae armatam, ducenssa eam ad fligitem ligatam cute priuari. Quod sane non de excoriatione intelligendum, sed ut ipse Hepidannus explicat, de verberibus vel flagris, (*man wolte ihr haut vnd haar abschlagen.*) Neque enim capitale fuisse hoc supplicium, vel inde patet, quod addit HEPIDANNVS, id quoque decretum esse, ut circulum anni clauderet omnibus festiuis diebus passis crynibus, pedibusque nudis in atrijs S. Magni stando, ut qui eius scelerum conscii contristabantur, illius poenitentiam videntes consolarentur.

### §. CCXCVIII.

Itemque Sed et SAXONVM aequae, ac ANGLIORVM et Frisio- WERINORVM LEGES haec crimina plane pro-  
rum. teruehuntur. Contra FRISII singularem titulum, qui numero est vndeicesimus, habent de parricidiis, at qui hoc crimen admodum brachio attingit: *Si quis patrem suum occiderit, perdat hereditatem, quae ad eum pertinere debebat. Si quis fratrem suum occiderit, soluat eum proximo heredi, si filium aut filiam habuerit; aut, si neuter horum fuerit; soluat patri suo, vel matri suae, vel fratri, vel etiam sorori suae: quod si nec unus de his personis fuerit, soluat eum ad partem regis.* \*) IBID. §. I. et II.

\*) Ceterum sola amissione bonorum tantum crimen coercuisse Frisios, eo minus mirandum est, quo magis constat, multo post huius legis epocham, saeculo puta XI. eandem adhuc poenam sufficere visam



visam esse. Ita enim Henricus II. Imp. in legibus Francicis et Langobardicis additis sit. III. §. I. et II. Quicumque propter cupiditatem rerum patrem, aut matrem, aut fratres, aut sorores, vel nepotem, aut aliquem suum propinquum, per se, aut per alium, interfecerit, hereditas interfecti ad alios suos legitimos heredes perveniat. Hereditas vero interfectoris in fiscum redigatur. Ipse vero, ordinante episcopo, publicae poenitentiae subdatur.

## §. CCXCIX.

Infantes exponere Frisiis licuisse, eo minus dubitamus, quo certius constat, eos et sanguinolos abortum, et caedem infantum, impune fieri permisisse. Sane tit. V. qui ex instituto agit de hominibus, qui sine compositione occidi possunt, in hunc numerum referri animaduertimus infantem, ab utero sublatum, et enecatam a matre. Vbi recte SICCAMA pag. 46. intelligit sanguinolentum, et a matre adhuc rubentem, \*) quamvis eum vix existimem rem acu tetigisse, dum, huiusmodi infantes diu immolatos esse, suspicatur.

Liberos  
nolos  
occidere  
licebat  
apud  
Frisios.

\*) Rem omnem in clarissima luce collocat locus insignis, quem iam ipse SICCAMA pag. 47. observavit, ALFREDI in vita Ludgeri Cap. VI. pag. 86. edit. Leibn. Memorata Liafbarch, quum nata esset, habebat auiam gentilem, matrem videlicet patris sui, abrenunciantem omnino fidei catholicae. Quae non nominanda in furorem conuersa, eo quod praenominata coniux filias tantum genuisset, et filium viuentem non haberet, misit lictores, quo raperent eandem filiam tunc natam de sinu matris, et necarent, priusquam lac sugeret matris, quia sic mos erat paganorum, ut, si filium aut filiam necare voluissent, absque cibo terreno necarentur. Hinc porro addit, seruatam esse puellam

lam recens natam a muliere, quae ei clam lac in os ingesserit, eiusque reliquias liſtoribus ostenderit in puellae labiis. Ex eo ergo patet, impune occidi potuisse infantem, quamdiu nec vbera materna fuxisset, nec aliud quidquam degustasset: quum contra, vbi semel aliquid comidisset, non amplius impune effet tale parricidium.

## §. CCC.

Denique et de LANGOBARDIS dicendum, qui paullo seueriores reliquis, non modo bonis parricidam priuabant, vel propinquis, vel, si hi deessent, fisco adiudicandis, verum etiam vitam eius in potestate regis positam esse, volebant. LEX LANGOB. *Lib. I. tit. X. §. I. et II.* Immo, si coniux de coniugis nece vel consilium cepisset, vel alium percussorem subornasset, eum in potestate coniugis, cui struxerat insidias, esse iuebant, vt posset de eo eiusque rebus, quod lubuerit, facere. *IBID. Lib. I. tit. III. §. VI.* Quae de abortu eae leges praecipunt *Lib. I. tit. XIX. §. XXV.* ea magis ad eos, qui mulieri causam abortus dederunt, quam ad ipsas matres, in viscera sua faeuientes, pertinent. Et hoc etiam casu non capitalis est poena, sed partim in pecunia, partim in flagris et verberibus, consistit.

## §. CCCI.

Itaque antiquissimis temporibus praeter Saxones et Wisigothos vix vllam gentem Germanicam a parricidis sumsisse supplicium, animaduertimus, sed plerisque poenam pecuniariam vel confiscationem bonorum vel flagellationem

Saxoni-  
bus et  
Sueuis  
poena  
legis  
Pompe-  
iae ae-

nem

nem sufficere visam esse. Enimuero quum quior vi-  
haec satis lenis videretur pro criminis magni-<sup>ta est.</sup>  
tudine, et ius Romanum paulatim magis

magisque in manibus Germanorum versari  
coepisset: non mirum est, iis a saeculo XII.  
aequiores visam esse poenam legis Pompe-  
iae. l. 9. pr. ff. ad Leg. Pomp. de parric. Sane  
eius iam meminit glossa iur. Sax. ad Lib. I.  
art. XIV. num. VI. quae et prolixè reddit ra-  
tionem, cur quatuor animalia culleo simul  
infuantur. Immo SPECVLATOR SVEVVS Cap.  
CCXXXI. omittis quatuor illis animalibus,  
poenam cullei recepit, quam ita describit:

*Wer seinen gepornen maug, (blutsfreund) an  
schuld ertödt, öffentlichen oder haimlichen, vber  
den sol man richten also, man soll im machen  
ainen lidreim sakch, vnd sol in darinn versenk-  
chen in ainen wangek, der sey rain, oder vn-  
rain, vnd sol in tieff senkchen, also, das im  
das haubt vnd aller sein leib an dem grunt  
raich, man sol in in dem wasser lassen ligen ai-  
nen halben tag, vnd ist er dannoch nicht tott,  
so lazz man in lenger darinn ligen. \*)*

\*) At neutro loco mentio fit virgarum sanguinea-  
rum, sed folius cullei. Ceterum vti glossator  
iuris Saxonici mysticam reddidit rationem, cur  
quatuor animalia culleo eidem infuerint Romani:  
ita Speculator Sueuus ostendit, cur poenam  
cullei aliis praefereendam existimarint: *Das ist  
dauon gefezt, das sein leichnam des nicht wert ist,  
daß weder mensch, noch sunn, noch man, weder  
tag, noch nacht, seinen tod icht sehen sullen, vnd  
also soll er sterben, vnd anders nicht. Sed rem  
elegantius, vti solet, iam pridem exposuit CACERO  
pro Sex. Roscio Cap. XXV.*

§. CCCII.

## §. CCCII.

Infanticidii  
reae viuae de-  
fossae.

Quin et aliae poenae satis truncatae paulatim videntur inualuisse. Auctor est Carolus V. *Const. crim. art. CXXXV*. Quae rem inualuisse in Germania, ut feminae, qui infantem interemerint, viuae sepelirentur, palo transfigerentur. *Welche weiber ihre kinder, so das leben, oder gliedmaß empfangen haben, heimlicher - bosshafftiger - williger weertödtet, die werden gewöhnlich lebendig begraben, vnd gepfälet.* Nec falsum esse huius Carolinae auctorem, pluribus exemplis ac testimoniis demonstrauit celeberrimus Kress. *d. art. §. I. not. \* s. p. 365. sequ. \** Alia parricidia quomodo punita sint, non deest constat.

\*) Inter haec nescio, an luculentissimum sit, quod ex vetustis scabinorum Magdeb. sententiis, in municipalibus Magdeburgicis subiunctis, profertur doctissimus, ubi fol. CL. de matre, quae infan-  
tem, quem viuum pepererat, occidisset, pronuntiant: *Vnd also möebte sie an ihrem leben peinlich gestrafft vnd gerechtfertiget, vnd nach gebrauch vnd vbung hiesiger landen begraben werden.*

## §. CCCIII.

Sanctio  
Carolina  
de parricidii  
et  
infanticidii.

Enimuero et haec pleraque mutata sunt constitutione criminali. Nam uti articulus *CXXXVII*. parricidium, (*einen furgelezten mord, so zwischen eheleuten, oder nahen gesipten freunden geschicht,*) crurifragio, forcipibus candentibus vel tractione ad locum supplicii exasperato, expiari iubet: ita, quod ad infanticidium attinet, *art. CXXX*. antiquo illi

illi supplicio sepulchrae surrogavit poenam cullei, (*verzweiffelung zu verhüten, mögen dieselben ubelthäterin, in welchem gericht die bequemlichkeit des wassers darzu vorhanden ist, ertränscht werden.*) Et tamen, si id crimen iterum vel saepius admissum sit, etiam vitas sepeliri, vel forcipibus candentibus excrucitari tam improbas mulieres, permittit Imperator, at non nisi de collegiorum iuridicorum sententia.

## §. CCCIV.

De expositione infantum eadem **CONSTIT.** **CRIM. art. CXXXII.** cautum est; *So ein weib ihr kind, um daß sie des abkomme, von ihr legt, vnd das kind wird gefunden, vnd ernehret, dieselbige mutter soll, wo sie des vberwunden vnd betreten wird, nach gelegenheit der sach vnd rath der verständigen gestrafft werden. Stürbe aber das kind von solchem hinlegen, so soll man die mutter nach gelegenheit des gefährlichen hinlegens an leib oder leben straffen.* De expositione infantum.

## §. CCCV.

Denique de **ABORTU** cauetur **NEMESI CAROLINA art. CXXXIII.** vt, qui vi feminae illata, vel propinata ei potione viuum foetum abegit, vel masculum feminamue, dato huiusmodi malo medicamento, sterilem reddiderit, masculus gladio feriat, femina, etiam quae sibi ipsa foetum abegerit, culleo infuatur, aliove supplicio plectatur, vel si foetus ab- De ab- actione partus.

(*El. I. G. Tom. II.*) S actus

actus nondum vitalis fuerit, extra ordinem  
de iuris peritorum sententia puniatur.

\*) Hanc distinctionem ex loco *Exord. Tit. XXVII.*  
eiusque interprete AUGUSTINO a. p. *cap. 1. de  
quaest. 2.* petitam esse, inter omnes capitula, non  
non aequè expeditum est, an haec de iuris peritorum  
sententia. Nam Hebraeum *NON* non  
vitur, non significat *factum facturum, periculum,  
culum, perniciem*: adeoque sensus est, si quis  
percussit praegnantem, ut abortum faciat, et  
et mulier foetusue inde perierit, *animam*  
anima futuram: sin neuter inde perierit, *non*  
expiandum esse facinus. Sed iam septuaginta  
interpretes illud *NON* verterant *in*  
*voiv*: vnde facile Latinus illud *formatum*  
fingere potuit.

### §. CCCVI.

Reli-  
quiae  
quae-  
dam in-  
ris Ger-  
manici.

Et hoc iure hodie vitur, ex quo veteri  
poenis, quippe iusto lenioribus, Carolinae  
rolina derogavit. At ex mediæ aevi  
id superest, quod 1) hodie nulli, *canis*  
xoniam culleo simul insui solent, *canis*  
ra, canis et gallus gallinaceus, *canis*  
*const. crim. art. CXXXI. pos. XII.* 2) quod  
multo post editam constitutionem crimina-  
lem alicubi mulieres viuae defodi solent, *canis*  
lo per pectus adacto, veluti IVRE DITHMAR-  
co, et moribus Silesiae et Lusatiae, *canis*  
KRESSIO *ad const. crim. art. CXXXI. §. I. no. 15.*  
quamvis 3) ipse obseruet, Dithmarcos hodie  
transmittentes acta, petere solere sententiam  
constitutioni criminali Carolinae consenti-  
neam. Quin nec id praetermittendum est.

quum

quum non vbique tanta sit aquae copia, vt poena cullei commodè possit exsequutioni mandari, eo casu plerumque gladio matrem, infanticidii ream, feriri. \*)

\*) Neque id refragatur CONSTITVTIONI CAROLINAE, art. CXXXI. quae culleo tunc demum illas insui iubet, *wann im gericht die bequemlichkeit des wassers dazü vorhanden ist.* Enimuero huic capiti in terris Prussicis obrogatum est edicto potentissimi regis nostri *de infanticidio*, constitutumque, vt abscisse feminis tam impiis supplicium cullei vel suffocationis in aqua infligatur.



## TIT. XXVIII.

## DE VARIIS FALSI CRIMINIBVS.

## §. CCCVII.

Trans-  
tio ad  
crimen  
falsi.

**Q**uantae sibi laudi duxerint maiores nostri, omnes alias gentes a se fide dictorumque constantia superari, iam supra aliquoties obseruauimus, vbi et ostendimus, eos infamia notasse omnes, qui quid perfide ac fraudulenter egissent. (Lib. I. §. CCCXCVII.) Quare eo minus dubitare licet, quin et semper acerrimis poenis dignos iudicarint falsarios, quamuis temporibus TACITI rara plerorumque criminum, quae lex Cornelia apud Romanos vindicabat, existisse vestigia videantur. \*)

\*) Sic cessabat procul dubio falsum testamentarium, quia nullum in Germania testamentum. Cessabat falsum instrumentorum, quia maxima pars hominum litteras ignorabat. Cessabat denique falsum numarium, quia numis Germani, praeterquam Rheno et Danubio propiores, non utebantur. Attamen solliciti iam tum fuisse videntur hi Germani, ne numis adulterinis a Romanis et prouincialibus deciperentur. Eo enim pertinere arbitror locum TACITI *de morib. Germ. Cap. V. Proximi ob usum commerciorum aurum et argentum in pretio habent, formasque quasdam nostrae pecuniae agnoscunt, atque eligunt: pecuniam probant veterem, et diu notam. Serratos bigatosque, argentum quoque magis, quam aurum, sequuntur, nulla adfectione animi, sed quia numerus argenteorum faciliori vsui est, promiscua et vilia mercantibus.* Reliquis ergo numis Germani praetulisse videntur *bigatos*, id est, biga signatos, quorum formam propter antiquitatem, non adeo facile



facile exprimebant falsarii, serratos autem, seu margine dentato circumdatos, propter integritatem, quam non circumcidi vel deminui possent, ut non falsum in oculos incurreret. De his numis bigatis et ferratis conferri mereantur, quae disputant BERNEGGER. *ad Tacit. b. l. quæst. XIX. SMET. antiqu. Neomag. p. 172. IOBERT. notit. rei numis. p. 66. et 174.*

## §. CCCVIII.

Ex quo vero Germanicæ gentes, maxime, quae in provincias Romanas irruptionem fecerant, litterarum aequae, ac numerum, usum aliquem habere coeperunt: primi WISIGOTHI de falso instrumentorum et numerum quaedam paullo accuratius videntur sanxisse. Exstant sane in eorum LEGE Lib. VII. bini tituli, quorum vnus, puta *quintus*, de falso instrumentorum, alter, nempe *sex-tus*, de falsariis metallorum agit, quamvis priore capitè etiam de falso testamentario et falso nomine adsumto, variae sanctiones occurrant.

## §. CCCIX.

Et quidem quod ad instrumenta attinet, WISIGOTHI distinguunt, in principis praecipito, an priuata quadam scriptura falsum commissum sit. Priore enim casu falsarius, si honestioris esset conditionis, semissem bonorum suorum, a fisco occupandum; si vilior persona, manum, qua id crimen perpetraverat, amittebat. §. I. Posteriore honestiori quarta pars bonorum eripiebatur, eiusque tres partes illi, qui inde damnum

Falsum instrumentorum et testamentarium quomodo apud eos puniuntur?

fuerat passus, et quarta fisco regio cedebat, vilior persona laeso in seruitutem addicebatur, vterque vero centenis coerceretur verberibus, *IBID.* §. II. quin et infamia, uti ex §. V. et VII. elucet, notabatur. \*)

\*) Eadem poena manebat eos, qui falsum instrumentum recitauerant, supposuerant, in iudicio produxerant, quique verum suppresserant, falsiduxerant, ruperant, diluerant, signum atheninum sculpsierant, vel impresserant, *IBID.* qui testamentum contra viuentis voluntatem aperuerant, *IBID.* §. IV. qui testamentum uerum, aut falsauerant. Hi lucrum, si quod de sperare potuissent, amittebant, et infamabantur, si nullum lucrum expectarent, quam falsarii plectebantur. *IBID.* §. V. poenam falsi nec is effugiebat, qui sibi nomen imposuerat, in alienam familiam transfugerat, parentes finxerat, similique in alteri damnum intulerat. *IBID.* §. VI.

## §. CCCX.

Quomodo crimen falsae monetae?

Nec mitius agebatur cum iis, qui infamam monetam cuduerant, vel veros adulterauerant, circumciderant, raserant. Seruus enim, huius criminis reus, dextram amittebatur: ingenui honestioris bona pro parte dimidia publicabantur, vilior ei, cui res placeret, in seruitutem addicebatur. *LEX WISIGOTH. Lib. VII. tit. VI. §. II.* Quinque interesse videretur reipublicae, hoc crimen coerceri: non modo indicibus praemia decernebantur, sed et fas erat, seruos in caput domini dominaeue torquere. Quod ex iure Romano desumpsisse Wisigothos, patet ex *l. 55. ff. de iudic.*

\*) Qui

\*) Qui alia metalla adulterauerant, i. e. aurum argentumue non signatum alterius metalli admixtione corruperant, quod aurifices non tamquam faciēbant, non minus, quam illi, qui de auro argenteoque sibi dato, aliquid subtraxerant, tamquam fures coërcebantur. *IBID.* §. III. et IV. Certum quemadmodum non impune erat falsam monētā cudere, ita et is, qui veram sibi oblatam accipere detrectabat, triplum eius numi, quem praeter ius et aequum respuerat, praestare tenebatur. *IBID.* §. V.

## §. CCCXI.

Eadem lex et falsum testimonium vindicat. Nam testem, qui alterum in quacumque causa falso testimonio oppressit, si soluendo est, in tantum condemnat, quantum damni alteri datum est: eum, qui tantum aeris praestare nequeat, illi, cui testimonio suo nocuit, in seruitutem addicit, vtrumque praeterea facultate dicendi iterum testimonium priuat; eum vero, qui testem huiusmodi subornauit, centies flagris caesum decauari, et infamia notari iubet. \*) *LEX WISIG. Lib. II. tit. IV. §. VI. VII. et VIII.*

\*) Itaque in hoc sibi constat lex Wisigothica, quod falsi poenam esse voluit vel publicationem bonorum, vel amputationem manus, vel decauationem et fustigationem cum infamia. Eam vero poenam esse ex moribus Germanorum, et falsarii praecipue infligi a maioribus consueuisse, et supra notauimus, (*Lib. I. §. CCCLXXXIII.*) et infra fortassis suo loco plura eius rei exempla occurrent.

## §. CCCXII.

Burgundionum  
de falsa  
moneta  
leges.

BURGVNDIONVM lex falsum testamentarium et instrumentorum praeteruehitur. De monetis vero, non quidem adulteratis, sed falsis *Addit. II, §. VI.* ita cauet: *De monetis falsidorum praecipimus custodire, ut omnia, quorum, quodcumque pensauerit, accipiantur praeter quatuor tantum monetas, VALENTINIANI, GENAVENSES, et GOTHIVM, qui a tempore Alarici regis adaerati sunt, et ARDARICANOS. Quod si quis cumque, praeter istas quatuor monetas, aurum pensatum non receperit, quod vendere volebat, non accepto pretio, perdat.*

- \*) Solidi Valentiniiani, ab Imperatore eius nominati dicti sunt. Is enim anno circiter CCCLXXXIIII nouam *λογαρικὴν* instituit, obseruante *PETAV. ad Epiphan. pag. 436.* non pondere aucto, sed imminuto, sed impositio valore aucto, ut existimat *GOTHOPREDVS de mutat. et augm. mon. aur. pag. 7. sequ.* Non mirum itaque, si solidos Valentiniiani valore, quam pondere, maiores respuerunt Burgundiones. *Genauenses* nomen habuerint. Potest sane ibi officina monetaria fuisse sub Gothorum imperio. *Gothius* vel *Gepidus* procul dubio fuit solidus, a Gothis cufus, sed istea adaeratus, id est certo et iniquo valore adhaeratus sub Alarico. Adaerationem alias esse specierum ad numos taxationem, pluribus ostendunt *LINDENRR. et H. VALES. ad Ammian. Martellin. Lib. XXXI. Cap. XIV. pag. 498.* Sed hic videtur augmentum valoris notare. Denique pro *Ardaricanus*, legendum Alaricianus putat *CAR. DE FRESNE in glossar. Lat. hac voce.* Sed hos numos potius ab *Ardarico*, Gepidarum rege, nomen tulisse, ostendit *HADR. VALES. Hist. Franc. Tom. I. pag. 408.*

§. CCCXIII.

## §. CCCXIII.

Exstat in eadem lege *titulus LXXX. de testibus, falsa referentibus, et calumniatoribus.* Nec non de falso testimonio. sed in quo singularis occurrit species. Agitur enim de eo, qui testimonium falsum perhibiturus, ad singulare certamen descendere non dubitauerat. Si enim is perisset, (quod diuino iudicio factum credebatur,) omnes testes, qui pro ea parte stabant, et ipse, qui is calumniandi auctor fuerat, in CCC. solidos damnabantur, *ne multarum, male referentium, crimen crederetur vultu potuisse exitu expiari.* Vid. §. II. et III. Alioquin, si quis sciens fugitino falsas litteras fecisset, si ingenuus esset, manum amittebat, si seruus, fustibus praeterea trecenties caedebatur. *IBID. tit. VI. §. XI.*

## §. CCCXIV.

Vindicabat falsum testimonium etiam LEX *Francorum* SALICA *tit. L. §. I. sequ.* sed non nisi pecuniaria poena. Nam si quis falsum testimonium praebuisset, in fol. XV. condemnabatur, tantumdemque et is, qui peierauerat, et singuli ipsius consacramentales, si eorum tres fuerint, dare cogebantur: si enim plures una cum alio iurauerant, singuli quinque solidis mulctabantur. Contra et is, qui alteri calumniose exprobrauerat falsum testimonium, XV. solidos dare damnas erat. *Add. tit. XXXII. §. VIII.* Seueriores erant RIPARI, maxime in eos, qui instrumentum vel testamentum falsum in foro protulissent: nam

tunc cancellarii pollex dexter praecidebatur, nisi eum L. solidis redimeret, et singuli testes, huius falsi participes, XV. solidis multabantur. LEX RIPVAR. tit. LIX. §. III. Sed ergo procul dubio apud Francos fuit eadem poena, qui falsa principum rescripta, falsificabant: namque et hi vt falsarii puniri iubeantur. CAPITVLAR. Lib. VII. §. CXI. edit. Lindenbr.

\*) Ex Francorum legibus non modo pollicem, sed ipsam manum, amittebant, qui monetam falsificauerant. Pertinet huic EDICTVM PISTENSI. tit. XVI. et XXIII. et CAPITVL. Lib. IV. §. 2. edit. Lindenbr. De falsa moneta iubentur, si eam percussisse comprobatus fuerit, manus amputetur, et qui hoc consensit, si liber est, LX. solidis componat, si seruus sit, LX. ictus accipiat. Denuo falsariorum poenam Germanici, manus amputationem, quam iam a Wisigotho Burgundionibus et Francis receptam fuisse, minime aduertimus.

### §. CCCXV.

Nec non Saxo-  
num et Frisio-  
rum.

Reliquae leges gentium Germanicarum, in Rhenum fere nihil de falsi crimine faciunt, nisi quod pleraeque periuros manus amputatione plecti, aut id supplicium certa pecunia redimi iubent. LEX FRIS. tit. X. et LEX SAX. tit. II. §. VIII. et IX. quamvis lex haec distinguat, sciens quis peierauerit, an inscius. Priore enim casu capitali supplicio locus erat; posteriore periurus manum certa pecunia redimere cogebatur. Et eas quidem leges maxime ad falsum testimonium pertinere, facile vnusquisque intelligit.

### §. CCCXVI.

## §. CCCXVI.

Superfunt LANGOBARDI, accurata admo-  
 dum in formulis concipiendis, \*) adeo, vt  
 illum, qui chartam non ex formula scripse-  
 rat, *widrigildum* praestare cogerent. LEX LAN-  
 GOB. *Lib. I. tit. XXIX. §. II.* Multo maiore ita-  
 que poena digni videbantur, qui falsam char-  
 tam, vel quamlibet membranam, scripsissent,  
 quos more maiorum et ipsi manus amputa-  
 tione puniebant, *IBID. §. I. nisi*, qui scripse-  
 rat, vna cum XII. sacramentalibus iureiuran-  
 do firmare posset, chartam non esse falsam.  
 Ceterum in eo feuerior erat Langobardo-  
 rum, quam reliquarum gentium Germanica-  
 rum, disciplina, quod ne pecunia quidem  
 redimi manum paterentur. *IBID. Lib. II. tit.  
 LV. §. XXXIII.*

Lango-  
 bardo-  
 rum san-  
 ctio de  
 falso in-  
 strumen-  
 torum.

- \*) Docent hoc tot instrumenta Langobardica, quae  
 apud VGHELLVM, MVRATORIVM, MABILLONIVM, BA-  
 LVZIVM, PONTANINVM aliosque leguntur, quae  
 plerumque rem iisdem verbis ac formulis expri-  
 munt. Immo quum resp. litteraria adhuc iustum  
 desiderasset formularum Langobardicarum syste-  
 ma, solique paene Franci, Romanique sub illis  
 viuentes, nec non Alamanni, talia habuisse cre-  
 derentur, formulis *Marculfi*, *Bignonianis*, *Lin-  
 denbrogianis* et *Baluzianis* maximam partem ad  
 Francorum; *Sirmondianis* et *Andegauensibus* ad  
 Romanorum in Gallia. viuentium; *Alsaticis* de-  
 nique et *Goldastinis* ad Alamannorum iurispru-  
 dentiam pertinentibus: primus vir doctissimus,  
 LVD. ANT. MVRATORIVS, cum sociis Palatinis hanc  
 sitim restinxit, editis de nouo legibus Lango-  
 bardicis *Tomo I. script. rer. Ital. Part. II.* et qui-  
 dem ex duobus codicibus Mutinensibus, in qui-  
 bus leges illae non secundum ordinem argumen-  
 torum

torum in certos titulos distributae, sed secundum regum seriem digestae sunt, suis singulae instructae proemiis, quae in editionibus reliquis desiderantur, et interiectis passim formulis, quibus prudentes in agendo, excipiendo, notitiisque actuum memoriae commendandis, utebantur. Adde *Histor. iur. ciuil. nostram Lib. II. Cap. I. §. XXVII.*

## §. CCCXVII.

**De testi-** De testimonio falso non minus seuera erat  
**monio** Langobardorum sanctio. Statuerat enim  
**falso et** Ludouicus Pius, vt, si testimonia quorum-  
**moneta** dam sibi inuicem contraria essent: ex testibus  
**adulte-** illis bini inter se committerentur, adhibito  
**rina.** scuto fustibus certaturi, isque, qui inferior  
illa pugna excederet, manu truncaretur, ce-  
teri testes, qui falsum testimonium perhibue-  
rint, manum redimere cogentur. LEX  
LANGOB. *Lib. II. tit. LI. §. X. et XI.* Monetam  
sine iussu auctoritateque regum cudentes, vel  
cusam adulterantes, eadem poena amputa-  
tionis manus adiciebantur, ingenuis, quo-  
rum ope et consilio id factum fuerit, in LX.  
solidos, seruis in totidem ictus, condemna-  
tis. LEX LANGOB. *Lib. I. tit. XXVIII. §. I.  
et II.*

## §. CCCXVIII.

**Quid ius** Sic veteribus gentibus Germanicis tantum  
**Sax. sta-** non omnibus poenam falsi ordinariam fere  
**tuerit de** vnam eandemque placuisse, animaduertimus,  
**crimine** puta manus amputationem. Iam vt ad inse-  
**falsae** quentia tempora progrediamur, ne post Ca-  
**monet-** rolingos quidem poena haec plane ab vsu re-  
**tae?** cessit.



cessit. Nam et in IVRE SAX. PROV. Lib. II. Art. XXVI. legitur: *Giebt der manzer einen falschen pfennig aus, also, daß er damit kauffen will, so gebet ihm an den hals. Wer sein recht darwider hat mit dieberey, oder mit raub, findet man vnter ihm viertelbalt falsche pfennige, es gehet ihm an die hand, er möge ihr dann seinen gewehren haben. Wer an seinen rechten vollkommen ist, findet man bey ihm ein schilling falscher pfennig, die pfennig hat er verlohren, vnd nicht mehr. Hat er ihr aber mehr, es gehet ihm an die hand, er möge ihr dann seinen gewehren haben. \*)*

\*) Grauius ergo puniatur monetarius, quam alius, penes quem numi adulterini reperiuntur. Rationem reddit GLOSSA: *Dem münzer mag ein falscher pfennig darumb mehr schaden, als einem andern ein schilling, daß er die münze hakennen mag, als ein ander. Deinde et ob leuiorem summam animaduerti obseruamus in hominem infamem, et iam ob aliud crimen dampnatum, quam in alium integrae famaе, ex ea procul dubio ratione, quod aduersus illum maior ac fortior militaret praesumptio, numos ab eo cufos vel adulteratos esse. Sic saepe maiores nostri praesumptionibus etiam in delictis puniendis nimum tribuerunt, quam iure ciuili adeo non sufficiant coniecturae et praesumptiones, vt probationes lucis meridiana clariore requirantur, quotiescumque de condemnando reo quaeritur.*

### §. CCCXIX.

Eadem lex praetori pagano, (*dem Bauermeister,*) dat ius coercendi eos, qui falsis mensuris vel ponderibus vsi sint. Ita enim IVS PROV. SAX. Lib. II. art. XIII. *Dasselbig ge-*  
 falsis mensuris et ponderibus?

*richt (des Bauermeisters) gebet auch vber vnrechte maaß, vber falsch gewichte, vnd vber falschen speiße-kauff, ob man es vberwunden wird: vbi quidem poena huius falsi non exprimitur: sed, quum eodem articulo legamus, praetorem illum condemnare aliquem posse zu haut vnd haar, oder mit dreyen schillingen zu lösen, addaturque: diß ist das höchste gericht, das der bauermeister hat: facile patet, et poenam eius, qui falsis mensuris ponderibus vsus esset, non fuisse grauiorem. \*)*

\*) Immo id satis luculenter demonstrari posse videtur EX IVRE MVNIC. MAGDEB. art. XIX. vbi diferte poena fustigationis statuitur, facultate tamen illam poenam redimendi reo concessa. En verba: *Ein burgemeister hat die gewalt, daß er richten mag vber allerhand falsche maaß vnd vnrechte wage, vnd vnrechten scheffel, vnd vber allerhand speiße-kauff, cet. vnd mißthet einer wieder ihr gesetzt recht, der wëttet darum haut vnd haar, oder eine windische marck, das sind 30. schilling, solches damit zu lösen.*

### §. CCCXX.

Iuris  
Sueuici  
sanctio  
de falso  
instru-  
mento-  
rum.

Poenam illam falsi ordinariam, omnibus fere gentibus Germanicis receptam, retinuit etiam SPECVLATOR SVEVVS Cap. CCCLXXXIV. vbi de falso instrumentorum ita sancit: *Welcher schreiber ein ley ist, der falsch handfeste schreibet, wird ers vberzeugt selb dritt, daß er wißt, das es falsch waß, das er schrieb, da soll man ihm die hand umb abschlahen. Vnd ist er ein pfaff, \*) man soll ihn dem bischoff darum vberantworten, vnd soll ihm der sein pfäfflich ehr nehmen. Wo ihn darnach der weltlich richter*

richter begreiffe, der soll über ihn richten als  
über ein weiblichen, er soll ihm die hand ab-  
schlahen, beissen:

Exempla monachorum, qui non modo privato-  
rum, verum etiam ipsa principum diplomata si-  
gillaque resingere non dubitarunt, existat  
quamplurima, inter quae nescio, an primus fere  
locus debeat illi falsario, cuius meminit apud  
PETR. DE VINEIS Lib. V. Epist. XXII. Fredericus II.  
Imperator: Nuper in regno nostro quidam in cum-  
nagus inuentus est monachus, qui falsas sigilli no-  
stri formas adulterans, non absque honoris nostri  
iniuria et tuae honestatis infamia discurrebat. Ad-  
dit sub finem: Falsarium monachum, ut culpas  
suae districtius doleat, quibus lasciuus se ingessit,  
carceris nostri compedibus iussimus detineri. Addi  
huic possunt exempla alia haud paullo antiquio-  
ra, veluti Raganfridi, diaconi ecclesiae Rhemen-  
sis, apud BALVZ. Capitular. Tomo II. pag. 52. alio-  
rumque apud BARON. annal. eccles. ad ann. MLI.  
BERNARD. Epist. CCLXXXIV. et CCXCVIII. et  
c. 3. X. de crimine falsi.

### §. CCCXXI.

Adulteratores monetae non mitius tra-De cri-  
ctari iubet IVS PROV. SVEV. Cap. CCCLXXXV. mine  
Giebt der münzer einen falschen pfening aus, falsae  
also, daß er damit icht kauffen will, oder da- mone-  
mit gelten will, vnd ist ihr zwölff oder mehr, tae, fal-  
es geht ihm an die hand, er hab ihr dann sei- surae, et  
nen schub, vnd dennoch muß er schweren, daß falforum  
er nicht wisse, daß sie falsch waren. Vnd ist ponder-  
ihr ein halb pfund, oder mehr, es geht ihm an rum.  
den hals. Ist er aber derselben vnthat ehe be-  
währet oder vberzeuget vor gericht, so soll man  
seinen eyd nicht nemmen, man soll ihn dreymal  
fürtheiden, das beiß eisen zu tragen, auf blosser  
hand,

hand, oder in einen wallenden kessel zu greiffen bis an den ellenbogen, oder die wasser-vrtheil. Gerichtet er nicht mit der einen, man soll ihm die hand abschlahen. Plura huius generis et in sequentibus occurrunt, quae ideo praetermittimus, quod vel illa, quae iam adduximus, satis superque docent, Sueuis quoque poenam huius falsi non aliam, quam amputationem manus, fuisse. De falsis mensuris et ponderibus eadem hic repeti videas, *Cap. CXIV.* quae iam supra ex iure Saxonico attulimus.

### §. CCCXXII.

Eti-  
iure sta-  
tutario  
varia-  
rum ci-  
uitatum  
manus  
amputa-  
tione  
falsum  
coerce-  
batur.

Nec legibus tantum his communibus poena illa stabilitur, verum etiam plurium ciuitatum statutis. Vt id vno exemplo firmemus, *anno MCCXIX.* Fridricus II. Imp. Goslariensibus egregio diplomate, quod edidit frater *ὁ μαχαρίτης Antiqu. Gosl. Lib. II. p. 218.* sequ. iura vetera municipalia confirmauit. In eo plura de falsis numis cauentur. Mercator enim vel ciuis, penes quem tales reperi fuerant, auctorem, a quo eos acceperat, nominare tenebatur, et iurare, se falsos illos esse ignorasse: quo facto numos incisos recipiebat. Si iterum, tertiumque id contingeret: eadem lex seruabatur. Quartum deprehensus, falsi reus erat. Paulo durior est, quae in monetarios statuitur poena. Monetarius, nisi auctorem nominaret falsi reus erat, manumque amittebat, aut, *si gratiam apud iudicem inueniret, auro argento vel cupro, seu quocumque censu, manum redimere poterat,* quamuis

quamuis et eo casu infamia notaretur. Eadem verbis paene iisdem repetuntur in STATV. GOSLAR. *Lib. II. tit. van vreedebrak §. LVI. sequ.*

### §. CCCXXIII.

Vere ergo haec poena ex eo genere esse videtur, cuius in partis prioris praefatione mentionem fecimus. Solebant enim veteres ei corporis parti, qua quisque crimen admitterat, poenam infligere. \*) *CVIAC. obs. Lib. VII. Cap. XIII. MENAG. amoenit. iur. Cap. XXXII, pag. 191.* Nam et de Aegyptiis auctor est DIOD. SIC. *Lib. I.* eos adulatoribus monetae, noua pondera substituentibus, sigilla transculpentibus, scribis etiam, falsas tabulas concinnantibus, vel ementitas obtrudentibus syngraphas, vtramque manum praecidi iussisse, ὅπως ἕκαστος, οἷς μέρεσι τῆ σώματος παρενόμησεν, εἰς ταῦτα κολαζόμενος, αὐτός μὲν μέχρι τελευτῆς ἀνίατον ἔχη τὴν συμφορὰν, τὴς δ' ἄλλης διὰ τῆς ἰδίας τιμωρίας νεθετῶν ἀποτρέπη τῶν ὁμοίων τι πράττειν, *vt, qua quisque corporis parte in legem peccasset, hac ad mortem vsque irreparabili cum damno et ipse culpam lueret, et alios, poena hac sua commonefactos, ab eo genere facinoris deterreret.*

\*) Nam ex eadem ratione et furibus, maxime castrensibus, eadem poena irrogabatur, vt manus, quibus furtum commiserant, abscinderentur. OTTO DE S. BLASIO *Cap. XL. apud Vrstif. Lib. I. pag. 219.* Imperator autem non minore industria composito exercitu militari disciplina, omniqve praesumptione Teutonica prorsus interdicta, contemtoribus mutilationem manus interminatus, omni ar-

*morum splendore rutilantem militiam exhibuit. Sed et militibus, qui quem iniuria vulneraverint, eandem poenam interminatur Fridricus I. Imp. in legibus castrensibus apud RADEVIC. de leg. Fridr. I. Imp. Lib. I. Cap. XXVI.*

## §. CCCXXIV.

Constitutionis criminalis sanctio de falso instrumentorum.

Enimvero et hoc ius patrium plane exolevit, ex quo Carolus V. ordinum imperii suffragiis iurisprudentiae patriae obrogavit condita constitutione criminali. Eius enim *art. CXII.* cautum est: *Welche falsch siegel, brief, instrument, vrbar, renth- oder zinsz-bücher, oder register machen, die sollen an leib, oder leben, nachdem fälschung viel oder wenig, böshafftig vnd schädlich geschicht, nach rath der verständigen, oder sonst als zu end dieser ordnung vermeldet, peinlich gestrafft werden.* Ex qua lege falsum instrumentorum modo multa pecuniaria, modo relegatione, modo ictu fustium, coerceri animaduertimus. At vltimum supplicium vumquam ob hoc delictum decretum esse, vix constat, nec eius rei exempla vsquam obuia esse, iam ab aliis recte est obseruatum. KRESS. *ad d. art. §. X. not. \* 3. pag. 284.*

## §. CCCXXV.

De falsis mensuris et ponderibus, mercibus.

Similis fere est sanctio de iis, qui falsis mensuris, ponderibus, vlnis, vtuntur, vel materiam medicam, aromata, aliasque mercibus vitiant, quae exstat *articulo CXIII.* De iis enim praecipitur, *dass sie sollen zu peinlicher straffe angenommen, ihnen das land verboten, oder an ihrem leib, als mit ruthen ausgehauen, oder der-*

dergleichen, nach gelegenheit vnd gestalt der vberfabrung gestrafft werden. Quin si huiusmodi falsum saepius commissum, vel cum maximo dolo et damno coniunctum sit: supplicio capitali de consilio iurisperitorum locum esse voluit legislator: quamuis denuo eius rei exemplum desideret. KRESS. *ad d. art. §. XI. not. \* 3. pag. 285. sequ. \**)

\*) Neque tamen dubitem, casum reperiri posse, si quis materiam medicam, immo et vina vel cereuisias, dolo malo ita vitiarit, vt ex eorum vsu mortem sequi oporteat. Sed hoc falsum tunc simul in veneficii crimen incidit. Vid. KRESS. *ad art. CXXX. §. V. pag. 360. sequ.*

### §. CCCXXVI.

Nec iis, qui falso testimonio suo innocen- De falso  
tem oppresserunt, pepercit Carolina neme- testimo-  
sis, quippe quibus *art. LXVIII.* poenam ta- nio.  
lionis interminatur: *Wo zeugen erfunden, oder  
überwunden werden, die durch bosshafftige  
zeugschafft iemand zu peinlicher straff vnschul-  
diglichen bringen, oder zu bringen vnterstün-  
den: Die haben die straf verwirckt, in welche  
sie den vnschuldigen, als obstehet, haben brin-  
gen wollen.* Sed haec quidem sanctio tum de-  
mum, si quis in caussa criminali alterum suo te-  
stimonio oppresserit, vel consilium opprimen-  
di ceperit locum habet. Alioquin quoduis per-  
iurium a teste in foro admissum amputatione  
digitorum et infamia expiari, et damnum o-  
mne simul alteri restitui, vel lucrum reddi iu-  
bet *articulus eiusdem constitutionis CVII.*

T 2

§. CCCXXVII.

## §. CCCXXVII.

De falsa  
moneta.

Sed omnium atrocissima est poena, qua falsae monetae crimen persequitur haec constitutio *art. CXI*. Igne enim cremari iubet eos, qui e viliori metallo, quam publicalege receptum est, monetam cudunt, signant, permutant, expendunt dolo malo et in aliorum detrimentum. Ii, qui numos circumcidunt, eisque iustum pondus detrahunt, vel quum iure monetandi non gaudeant, monetam tamen cudunt, nec non, qui aliorum monetam probam in numos deteriores reflant, *die sollen gefänglich eingelegt, vnd nach rath an leib oder gut nach gestalt der sachen bestrafft werden*. Si id consentiente principe vel magistratu factum sit: hic iure illo cudendi monetas priuandus dicitur. Denique et domum illam publicari iubet Imperator, quam quis huiusmodi falsariis praebuit.

## §. CCCXXVIII.

An  
quae-  
dam fu-  
per sint  
iuris pa-  
trii reli-  
quiae?

Itaque ne hic quidem quisquam expectare a nobis poterit, vt vllas iuris patrii reliquias colligamus. Nihil enim fere huius generis reliqui nobis fecit Carolina Nemesis, quamuis ne haec quidem per omnia in foris Germaniae obseruetur. Id vnum fortassis ex iure patrio, tamquam ex fonte, deriuas, quod periuri testes abscissione digitorum delictum luunt. Eam enim poenam quodammodo similem esse arbitramur illi, quam *LEX RIPVARIORVM tit. LIX. §. III. falsariis interminatur*. Et ipse imperator id ex moribus antiquis superesse



peresse fatetur CONST. CRIM. art. CVII. dum  
 ibi scribit: *Vnd nachdem im heiligen reich ein  
 gemeiner gebrauch ist, solchen falsch schwerern  
 die zwey finger, damit sie geschworen, \*) abzu-  
 hauen, dieselbe gemeine gewöhnliche leibstraff  
 wollen wir auch nicht ändern.*

\*) Neque obstat, legem RIPVARIORVM pollicem tan-  
 tum, morés autem patrios binos digitos, quos  
 iurans erexerit, abscindi iubere. Eam enim mi-  
 tationem facile persuadere Germanis potuit iuris-  
 iurandi religio, quod iis digitis sanctorum reli-  
 quias aut sacrosancta euangelia tetigissent. Nec  
 quemquam turbabit, quod lex illa vetus ad fal-  
 sum instrumentorum; poena illa patria ad poenam  
 periurorum testium pertineat. Eandem enim  
 fere poenam, puta amputationem vel manus vel  
 digiti, in omnibus propemodum falsis obtinuisse,  
 ea, quae supra ex vetustis Germanicarum gen-  
 tium legibus excerptimus, satis, vt opinor, eui-  
 cant.



## TIT. XXIX.

DERELIQUIS CRIMINIBVS, QVAE  
GERMANORVM LEGES VIN-  
DICANT.

## §. CCCXXIX.

Transi-  
tio ad re-  
liqua  
crimina.

**I**urisprudentia Romana et in aliis crimi-  
nibus, tum ordinariis, tum extraordinariis,  
valde occupata est. Vt enim iam de his  
nihil dicamus: vtramque paginam in libris  
terribilibus faciunt crimina REPETVNDARVM,  
ANNONAE, PECVLATVS, RESIDVI, AMBITVS et  
PLAGII, quae fere praeteruehuntur leges Ger-  
manorum. Licebit itaque de reliquis crimi-  
nibus, quae illae perfequuntur, sub finem  
huius libri, veluti per lancem saturam, agere,  
et, si quae supersint iuris patrii reliquiae,  
(supersunt autem paucissimae,) illas eadem  
opera confectari.

## §. CCCXXX.

Criminis  
plagii  
poena a-  
pud Wi-  
figothos.

Tale est crimen PLAGII, quod ob seruo-  
rum pretium tum vbique frequentissimum  
fuisse videtur. \*) De eo LEGE WISIG. *Lib. VII.*  
*tit. III. §. III.* cauetur, vt, qui ingenuorum  
liberos interceperit, aut eosdem sollicitaue-  
rit, is parentibus addicatur ea lege, vt eum  
aut occidendi, aut vendendi habeant potesta-  
tem, nisi vel compositionem filii filiaeue, id  
est, D. solidorum perinde, ac si occisi essent,  
praestari sibi a reo malint parentes, aut hic  
liberos subtractos reddere possit cum solidis  
CCL. Ingenuus, qui seruum vel ancillam  
alienam

alienam subtraxerat, quatuor seruos, totidem-  
 ue ancillas, reddere, vel si tantum praestare  
 non posset, ipse domino seruire iubebatur,  
 simulque publice flagris caedebatur. *IBID.* §.  
 II. De poena seruorum, siue seruum, siue  
 ingenuum hominem, siue iussu domini, siue  
 incio illo, intercipientium agitur *IBID.* §. *IV.*  
*V. et VI.*

\*) Argumento est non solum tot legum Germanica-  
 rum consensus, quandoquidem earum fere nulla  
 est, quae non de hoc crimine, eiusque poena  
 aliquid praecipiat; verum etiam exemplum non  
 vnum vetus, quale est illud, quod iam obserua-  
 uit *TED. SICCAMA ad leg. Fris. tit. XXI. §. I. ex*  
*ADAMO BREM. hist. eccl. Lib. I. Cap. XXIX. Inde*  
*Hammaburg reuersus (Anscharius,) de venditione*  
*Christianorum Nordalbingos corraxit.* Nordalbin-  
 gi enim Christianos, a barbaris captos, et ad se,  
 tamquam Christianos, confugientes nefando scele-  
 re paganis vendiderant, ceu rem pluribus verbis  
 narrat *REMBERT. in vita Anscharii Cap. XXXII.*  
 et *GUALDO in vita S. Anscharii Cap. XCVI. sequ.*  
 Quae egregia vetustatis monumenta quum non  
 vidisset *SICCAMA*, adeo non intellexit historiam,  
 vt ne nomen quidem *Anscharii* recte expresserit,  
 sed eum *S. Ansginum* adpellarit.

### §. CCCXXXI.

Seuerior ea in re *THEODERICVS*, rex Ostro-  
 gothorum, cuius ex *edicto §. LXXVIII.* capi-  
 tale erat plagium ingenui hominis, siue eum  
 peregre vendiderit plagiarius, siue cui donaue-  
 rit, siue eum sibi seruire coegerit. At *BAIV-*  
*VARI* plagiarium, qui hominem interceptum  
 restituerat, *LXXX.* solidos parentibus, *XL.*  
 sisco soluere cogebant. Eum, qui nec homi-

ApudO-  
 strogo-  
 thos, Ba-  
 iuuarios,  
 Frisios.

nem reddere, nec wergeldum praestare poterat, iisdem in seruitutem addicebatur. *LEX BAIVAR. tit. VIII. Cap. IV. §. I. et II.* Quae quoque id crimen pecuniaria poena, vel potius debant expiari, siue nobilis nobilem aut liberum, siue ingenuus ingenuum, vel nobilem, extra patriam vendidisset. Parentibus enim plagiarius tantumdem debebat, ac si homo esset ab eo interfectus: sed et ipse, qui substractus fuerat, domum redux duplo plus a plagiario exigere, et fiscus eum XII. solidis multare poterat. \*) *LEX FRIS. tit. XXI.*

\*) Monet hic SICCAMA, plagia in Frisia frequentissima fuisse, provinciis illis Normannorum aliorumque piratarum rapacitati quam maxime expostitis. *Hinc, inquit, de Normannorum in Frisia plagio etiam nunc exstant vestigia in Frisia Landrecht, art. ult.*

### §. CCCXXXII.

Apud Alamanos et Saxones. Similia in reliquarum gentium Germanicarum legibus occurrunt. Apud ALAMANNOS, qui feminam liberam extra provinciam vendiderat, eam, si redhibere posset, LXXX. si non posset CCCC. sol. componebat. *LEX ALAM. tit. XLVII. §. I. et II.* Intra provinciam venditum ingenuum vna cum solidis XII, feminam vero cum XXIV. restituitur portebat. *IBID. tit. XLVIII. §. I. et II.* Apud SAXONES lege cautum erat: *Si nobilis nobilem extra solum vendiderit, et reducere non poterit, componat eum, ac si occidisset. Si vero reduxerit eum, emendet ei, iuxta quod placitare potuerit. Si autem ille sua sponte reuersus*

*fus fuerit, mediétatem weregildi eius componit.*  
*De muliere similiter. LEX SAX. tit. II. §. VII.*

§. CCCXXXIII.

Prælixè admodum de plagio agit LEX SALI- Apud  
 CA tit. XLII. distinguitque, mancipium alie- Francos.  
 num quis sollicitauerit, aut interceperit,  
 vendideritque, an hominè ingenuum,  
 itemque, possitne reddi homo, nec ne. Sed  
 omnibus his casibus compositione pecunia-  
 ria, cuius ob ingenuum interceptum summa  
 erat CC. solidorum, crimen poterat expiari.  
 At hic quoque legem diuinam sequendam  
 putarunt stirpis Carolingicæ reges, fancien-  
 tes CAPITVLAR. Lib. VI. §. IX. edit. Lindenbr.  
*Qui furatus fuerit hominem, et vendiderit*  
*eum, et conuictus fuerit, morte moriatur.*  
*Quæ defunta esse ex Deut. XXIV, 7. nemo*  
*non videt.*

§. CCCXXXIV.

Itaque non mirum, eam poenam et post Quæ  
 Carolidarum tempora mansisse, cuius aequi- poena  
 tatè ipsa origo ex lege diuina commenda- statuta  
 bat. Quamuis enim hic fileat IVS PROV. SAXO- iure Sax.  
 NICVM: in GLOSSA tamen Libri II. art. XVI. et Sue-  
 uico?  
*n. 9. legimus: Der einen freyen mann wissent-*  
*lich vor einen eigen verkäufft, oder einen sei-*  
*nem herrn wissentlich vorhelt, oder beredet,*  
*daß er ihme dauon lauffen soll; dem soll man*  
*seinen leib vertheilen. Sed hæc ipse*  
*Glossator se desumpsisse fatetur ex l. 1. ff. ad*  
*leg. Fab. de plagiar. Ast multo clarius IVS*  
*PROV. SVEV. art. CCX: Da ein mensch den an-*  
T 5
dern

dern menschen stiblet, das ist auch ein  
 und wird es in seiner gewalt begriffen  
 schiebet es auff ihn, als ander die welt  
 wie iung er ist, oder wie arm er ist, so  
 ihn darum henken. Wann ein mensch  
 rer, denn viel gutes.

## §. CCCXXXV.

Quae in- Enimuero eo demum deuentum  
 re nouo? tremis temporibus, vt, si quando  
 di casus incideret, nec pecuniaria  
 locus esse videretur, nec poena  
 quam IVS SVEVICVM praescripserat, sed  
 que Germani ea in re ius Romanum  
 rentur, et hinc, si celandi liberi homi-  
 fa, vel ex alio improbo consilio, plagi-  
 &um esset, vltimum supplicium; si  
 causas, furtium ictus aliaue poena  
 decerneretur. *l. i. l. vlt. ff. l. 7. et ad  
 leg. Fab. de plagiar.* Quod et hinc  
 net, quia de hoc plagii crimine  
 LINA NEMESIS. \*)

\*) Hinc plagium Conradi de Kauffung  
 rum, qui Ernestum et Albertum, de  
 uentus Saxonicae, ex arce Altenburgi  
 MCCCCLV. subduxerant, quamvis  
 ratis, capitale fuit. Nam Conradus  
 gen Fribergae prid. Id. Iulii gladio per-  
 eius tres famuli et Schwalbius, paullo  
 forcipibus candentibus lacerati, in quibus  
 dissecti, et paullo post Altenburgi capite  
 tus est Conradi frater, Dietericus, qui  
 insultans principi dixerat: *Das nest  
 wol finden, aber die vögel sind ausgeflogen.*  
*Chron. Misn. Part. I. Cap. XXI. pag. 272. MVL  
 Annal. Sax. ad ann. MCCCCLV. pag. 30. f. qu.*  
 Enim-

Enimvero hic multa erant, quae poenam acerbiorē flagitare videbantur, concurrentibus criminibus perduellionis, proditionis, violatae pacis publicae, et sanctitatis palatii principis. Alioquin ex HISTORVM schedis notauit SCHILTERVS *Exerc. XLIX. §. CXLIX.* scabinos Lipsienses ad consultationem Io. Fridrici, Electoris Sax. capitis damnasse plagarios, qui duos iuuenes equestris nobilitatis Witteberga abduxerant, conatum vero istu fustium puniendum censuisse. Conf. *CARPL. prax. crim. quaest. LXXXIII. extr.*

## §. CCCXXXVI.

Olim Germanos agrum communem habuisse, supra ex CAESARE et TAGRO obseruauimus. Quibus temporibus non adeo quotidianas de finibus agrorum quaestiones fuisse, facile intelligitur. Ex quo vero suos sibi agros habere coeperunt singuli: inter maxima delicta fuit crimen TERMINI MOTI. Apud WISIGOTHOS ingenuus, qui studio peruadendi limites complanauerat, aut terminos fixos ausus fuerat euellere, per singula signa vel notas XX. solidos ei, cui fraudem fecerat, inferre cogebatur, seruus per singula signa L. flagella suscipiebat. Si quis praeter voluntatem terminum exarasset, id sine fraude erat, modo vicinis praesentibus eum statim restitueret. *LEX WISIG. Lib. X. tit. III. §. II.* Hic quoque seniores Ostrogothi seruos, qui terminos offodere vel limites exarare, arboresue terminales euertere ausi fuerant, capitis damnabant, dominis, quorum iussu id factum fuerat, dimidia bonorum parte priuatis. *EDICT. THEOD. §. CIV.*

Termini moti poena apud Wisigothos.

## §. CCCXXXVII.

## §. CCCXXXVII.

Apud  
Baiuua-  
rios,  
Lango-  
bardos,  
Burgun-  
diones.

BAIVVARIJ fere Wisigothorum ius seque-  
bantur. Nam ingenuum *per singula finia* e-  
uersa *XXVI. solidos componere* cogebatur. Ser-  
uum L. flagellorum ictibus castigabant, item-  
que, quod WISIGOTHI, de terminis casu para-  
tis sanxerant. LEG. BAIVVAR. *tit. XI. Cap. §. I.*  
*et II. et Cap. II.* LANGOBARDI ingenuos, qui  
terminos antiquos corruperant, aut moue-  
rant, vel *arborem, ubi theclatura facta* esset,  
inciderant aut extirpauerant, in *LXXII. so-*  
*lidos*, ex vno semisse regi, ex altero domino  
soluendos; seruos capitis damnabant, nisi vi-  
tam XL. solidis redimerent. LEG. LANGOB.  
*Lib. I. tit. XXVI. §. I. sequ.* Si quis propter  
intentionem signa noua, aut *theclaturam* aut  
*finaidam*. \*) in silua alterius fecisset, et non  
non probasset, ingenuus solidos XL. inter  
fiscum et siluae dominum diuidendos debebat:  
seruus manu mutilabatur, nisi id iussu domini  
fecisset, qui tunc multam pro eo inferre ve-  
nebatur. *IBID. §. V. et VI.* Manus amputa-  
tione etiam apud BVRGVNDIONES coercen-  
tur, qui terminum mouerant, quamuis in iu-  
dicio pretio sui ipsius manum redimere liceret.  
LEX BVRG. *tit. LV. §. III. IV.*

\*) Sunt haec vocabula Langobardica, et quibusdam  
obscuriora videntur, hic paucis explicanda. THE-  
CLATURAE vocabulum saepenumero occurrit in  
chartis Langobardicis, ceu docent loci ex V-  
GHELLO, et BVLLARIO CASINENSI excerpta a M. DV  
PRESNE *glossar. Lat. hac voce Tom. III. pag. 118.*  
Fuit ergo incisura arboris, quae fines indicabat,  
qualem hodie Franci vocant *eclat vel eclature*. Nec  
aliud



aliud est SNAIDA, vel, vt in monumentis e. g. TRADIT. FVLDENS. *Lib. II. n. VIII. et n. XXXIX.* rectius legitur, SNAIDA. Est enim a Germanico *sneiden* vel *schneiden*, incidere. Solet enim arboribus finalibus vel crux incidi, quod vocant, *den baum becreuzen*, vel pars corticis detrahi, quod rerum siluestrium peritis est *ein schalm*, a *schelmen* vel *schelen*, vnde et cadaueribus, ac deinde hominibus infamibus, nomen natum est, vt dicantur *schelmen*. ECCARD. *ad leg. Saf. p. 66.* et SCHILTER, *in glossar. Teuton.* voce *schelm*.

### §. CCCXXXVIII.

Quum ergo nec maiores capitale esse vo-  
luisse crimen termini moti, nec vlla hic  
idonea esset veterem Romanorum iurispru-  
denciam imitandi ratio: \*) medio etiam ae-  
uo Germanis magis placuit poena extraordi-  
naria. IUS PROV. SAX. *Lib. II. Art. XXVIII.*

*Hauet ewer mahl-bäume ab, oder græbet steine aus, die zu marcksteinen gesetzt sind, er muß dreysig schilling zur busse geben. Findet man ihn aber an der frischen that, oder an der stadt, man mag ihn wol aufhalten oder pfänden vor dem schaden, ohne des richters vrlaub.*

Sed hanc sanctionem de eo tantum casu, vbi dolus exsulat, intelligendam esse, monet glossa et CARPZ. *prax. crim. quaest. LXXXIII. n. LXX.*

At paullo aliter SPECVLATOR SVEVVS *Cap. CCXVII: Hauet wer bärend baum ab, oder grabet er steinaus, die zu marcksteinen gesetzt sind, man soll ihm haut vud haar abschlagen, oder er soll es lösen mit dreysig schilling. Wo man ihn findet, mag man ihn wol aufheben bis an den richter.*

\*) Romanis

\*) Romanis persuaserat Numa, Terminum esse deum, eiusque veluti simulacra habendos esse lapides terminales, quos etiam coronabant terminalibus. DIONYS. HALICARN. *antiqu. Rom. Lib. II. cap. LXXVI. FEST. voce termino.* Hinc sacrilegio simile erat crimen termini moti, eosque, qui id admiserant, vna cum bobus sacros ac detestabiles esse voluere Numa, et postea decemviri, de qua lege plura dixerunt CONST. LANDV. *enarrat. Cap. XXIV.* et VLR. OBRECHT. *de sacris terminis. §. IX.* Et quamuis postea ab illa usere superstitione ac rigore aliquantulum remitterent posteri, contenti poena arbitraria, quae in honestioribus erat relegatio, in humilioribus castigatio, vel damnatio ad opus publicum. *l. 2. l. 3. §. ult. ff. de term. mot.* tamen saltem seruos ideo capitis damnari iusserat lege agraria Nerua Imp. nisi multam pro iis inferre mallent domini. *l. 3. §. 1. ff. eod.* Qua lege Nerva aliquid de rigore, quo Numa Pompilius legis terminalis religionem sanxerat, repraesentare voluisse, recte censet OBRECHT. *dissert. de iur. agrar. pop. Rom. Cap. V. pag. 126.*

## §: CCCXXXIX.

Constitutionis  
criminalis Carolo-  
llnae.

Atque eo iure et posteri vsi sunt, vtunturque et hodie, postquam Carolus V. poenam hanc extraordinariam probavit in CONSTIT. CRIM. art. CXIV. *Welcher bößlicher vnd gefährlicher weiß ein vntermarkung, räumung, mahl- oder marckstein verrückt, abhauet, abthut, oder verändert, der soll darum peinlich am leib nach gefährlichkeit, groß, gestalt vnd gelegenheit der sachen vnd personen nach rathe gestrafft werden.* Ex his vero interpretes colligunt, delictum hoc prima vice, vel magis ex impetu, quam dolo malo, admissum, carcere vel multa; iterum vel dolo malo patratum

in relegatione coerceri. *CARRZ. prax. crim. LXXXIII. n. LXXII. sequ. COLER. l. 1. decis. CXLV. n. IX.* nec facile, nisi in terminos publicos motos ad ictum fustium trahi posse. *LAVT. colleg. tit. de term. moto. l. 1. excess. ad d. art. CXIV. pag. 288.* Quin in poenae capitali, si territoriorum termini in malo moti sint, locum esse, existimat *ILLIUS BERGER elect. crim. p. 69.*

Equidem *KNICHEN. de subl. territ. iure Cap. IV. n. CCCXXXV.* refert, cautum esse legibus *centenis*, quas vocat, *Sanpetrinis: wo einer wissentlich marcksteine ausgrabe, den solle man in die erde graben bis an den hals, vnd solle dann nehmen vier pferde, die des ackerns nicht gewobnet sind, vnd einen pflug, der neu ist, vnd sollen die pferde nicht mehr gezogen, vnd der enck nicht mehr gehalten, noch der pflughalter nicht mehr den pflug gehalten haben, vnd ihme nach dem halse ähren, bis so lange er ihme den hals abgeäbret hat.* Sed dubito, an supplicii tam truculenti existet exemplum. Iste sane *KNICHENIVS*, illud in desuetudinem abiisse, fatetur.

### §. CCCXL.

Quemadmodum apud veteres gentiles <sup>Sepulcri</sup> magna fuit sepulcrorum religio, vbi deos violati <sup>crimen.</sup> Mantes veluti fixam habere sedem stolidè estimabant: ita multo magis Christiani sancta atque inuiolabilia esse voluerunt mortuorum conditoria. De Germanis antiquissimis auctor est *TACIT. de mor. Germ. Cap. XXV. apud eos sepulcrum caespitem erexisse, monumentorum arduum et operosum honorem, vt grauem defunctis, adspersatos.* Add. *PLIN. histor. nat. Lib. XVI. Cap. I.* At satis grandes passim exstant

stant moles sepulcrales, in modum tumulorum editorum erectae, et vel muris cinctae, vel stupendae magnitudinis lapidibus ornatae, vel arboribus circumdatae. vid. IO. PICCARD. *antiqu. Celt. Cap. V.* Quin et sanctitatis aliquid his tumulis eos tribuisse, colligimus ex eo, quod nonnumquam et arae additae, in quibus eos sacra feralia fecisse, verosimile est. Hinc et violatores sepulcrorum eos non fecus, ac sacrilegos, puniuisse, probabile est. \*)

\*) Equidem vix quemquam allicere potuisse sepulcra Germanica ad tam nefandum scelus committendum, vel inde quis colligere posset, quod nec corpora spoliari possent, quippe quae Germani in cineres redigebant, nec quidquam pretiosi in illis latitaret, quod adpeterent sepulcrorum perfossores. *Sua enim cuique arma, quorundam igni et equi adiciebantur.* TACIT. *ibid.* Nec erant ibi caenacula, quae quis habitare vellet, nec marmora et statuae, quae quis detrahere cuperet. Saxa ibi posita vel ipsa magnitudo ab hominum iniuria facile defendebat. Sed poterat sepulcrum etiam sine spe praedae ex odio, quo quis vel defunctum, vel eius familiam persequabatur, diruere, urnam confringere, cineres dissipare. Quin ex quo aurum innotescere coeperat Germanis, saltim potentiores non solum variam supellectilem, veluti arma, pugillares, annulos, phaleras, sed et thesauros sepulcris inferre consuevisse, vel exemplo thesauri sepulcralis Childerici regis, de quo CHIFLETIVS *in anastasi Childerici*, potest demonstrari.

### §. CCCXLI.

Eius  
poena a-  
pud Wi-  
figothos.

Postquam leges suas litterarum monumentis consignare coeperunt Germani: etiam sepulcrorum securitati consulere voluerunt.

Hinc

WISIGOTHICA LEGE *Lib. XI. tit. II. §. I.*  
 ut ingenuus, qui sepulcrum viola-  
 verit, inornatum exspoliaverit, ei ornamenta  
 et vestimenta detraxerit, libra auri, heredi-  
 tatis feruui, vel, non existentibus heredi-  
 tatis, pisco exsoluenda, mulctetur, et centies,  
 feruus ducenties flagris caedatur, *et insuper,*  
*redditis omnibus, quae abstulerit, flammis*  
*condemnat exuratur.* Paulo mitius coerce-  
 bant, qui sarcophagum abstulerat, *dum*  
*sibi volentibus habere remedium.* \*) Ingenui  
 enim, huius facinoris rei, XII. solidos heredi-  
 bus exsoluere cogebantur, pro seruo domi-  
 nus, qui ei id facinus imperauerat, soluebat,  
 si vero hic suo pte consilio id ausus fuerat, re-  
 stitutus omnibus, quae abstulerat, centies fla-  
 gris caedebatur. *IBID. §. II.*

\*) Et haec vetus paganorum superstitio, ut morbis  
 remedia ex sepulcris peterent, ora cadauerum  
 desidentes, colligentesque ossa cariola. Longa  
 haec fabula, quam, petitis ex PORPHYRIO, APVLE-  
 IO, TATIANO, et CHRYSOSTOMO testimoniis pluri-  
 bus, illustravit FRIDR. LINDENBR. *ad Anniani Mar-  
 celli Lib. XIX. Cap. XII. pag. 179. edit. Gronou.*  
 Haec ergo impietas et apud Wisigothos, quan-  
 tumuis Christianos, altissimas radices egerat,  
 digna proinde visa, quae hac feueriore poena  
 puniretur.

### §. CCCXLII.

Quemadmodum vero Wisigothi in seruos <sup>Apud</sup>  
 tantum grauius animaduertebant: ita apud <sup>Ostrogo-</sup>  
 OSTROGOTHOS sine discrimine constituerat <sup>thos et</sup>  
 THEODERICVS *edict. §. CX: Qui sepulcrum de-* <sup>Frances.</sup>  
*struxerit, occidatur.* Quin §. CXI. veterem  
 (El. I.G. Tom. II.) V Ha-

Hadriani constitutionem l. 3. §. 5. ff. de sepulcr. viol. renouauit, et intra urbem Romam quemquam sepeliri vetuit. Pro poena tamen XL. aureorum, fisco adplicanda, ipse quartam bonorum partem publicari, vel, si nihil in rei bonis esset, illum cum ictu fustium relegari iussit. Apud Francos poena corpora vel ante sepulturam, vel post eam exspoliantium, pecuniaria, et priore quidem casu apud Salios C. solidorum; apud Ripuarios LX. et tantum si inficiatus fuerit reus, nec vna cum sex aliis iuravit, C; posteriore apud utrosque CC. solidorum erat. LEX SAL. tit. XVII. §. I. et II. RIPVAR. tit. LIV. §. I. et II. Sed et hominum consortio reum exclusum volebant vtrique, donec cum defuncti familia transegisset, eumque, qui sacrum hunc hominem hospitio excepisset, XV. solidis multabant. LEX SAL. *ibid.* §. II. LEX RIPVAR. tit. LXXXV. §. II. Immo vtraque lex et reliquas sepulcrorum violationes \*) multa tantum coercet. IBID. §. III. et IV. tit. LVIII. §. II. sequ.

\*) Tales LEX SALICA recenset quatuor: *Si quis mortuum hominem aut in NOFFO, aut in petra, quae vasa ex usu sarcophagi dicuntur, super alium miserit, nec non, si quis ARISTONEM (vel ut in tit. LVIII. §. IV. legitur, CHERISTADVNA aut SILAVE,) super hominem mortuum capulauerit. tit. XVII. §. III. IV. itemque, si quis TOMBAM super mortuum hominem exspolauerit: denique, si quis BASILICAM super hominem exspolauerit. NOFFVM, vel NAVVM, quo vocabulo et GREG. TVRONENSIS de glor. confess. Cap. XX. vsus est; glossa Pithoei interpretatur sarcophagum ligneum, fortassis quod simili-*

sanctitudinem nauis haberet, vti existimat ECCARDIUS ad *leg. Sak. pag. 41.* Videtur ergo huius delicti reus fuisse, qui cadauer cadaueri imposuerat. In exponendis vocabulis *aristato, cheristadus, silauis* plane luxuriat ECCARDI ingenium, illudque *pag. 41.* a *richien* deriuat, et pro struere sepulcro imposita; illud *pag. 101.* pro statua christi, sepulcro imposita, hoc pro vmbraculo vel *tabula* accipit. Aliis aristationes sunt vela vel tapetes, quibus sepulcra tegebantur, de quo ritu *notitia* habet LINDENBR. tum in *glossar. Lat. haec* *noticia pag. 1358.* tum ad *Amian. Marcell. Lib. VIII. Cap. VIII. pag. 90. edit. Gronou. CAR. DE* *notitia glossar. Lat. voce astarto.* Sed quid opus fuerit tapetis vel veli *capulatione*, id est, incisione, quomodo totum aufetri posset? Quamobrem manifestum est, ab *astartone* non diuersum esse, quod per errorem alicuius librarii irrepfit, *cheristadus* *notitia.* Nec opus est argutiis ad originem vocabuli repertiendam. Est enim ipsum Germanicum *astartone*, ceu obseruauit SCHILTER. *gloss. Teut. Lat. voc.* Itaque intelligitur epitaphium vel monumentum quoduis. Nam praeterquam, quod in *notitia* *HEROLDINA* explicatur per *silauis*, quod nihil aliud est, quam Germanicum *seule* vel *seule*: ex quo etiam veteris auctoris locus apud MABILLON. *Act. S. Bened. sec. V. p. 10.* vbi de S. Gerardo, comite Aurelianense: *Corpus*, inquit, *illud sanctum quam plurimis comitantibus turbis ad Augustinicum, sicut ipse iusserat, sui detulerunt, et in aristonem (MABILLONIVS aristationem) lapidem, ad sinistram scilicet basilicae ipsius collocauerunt ante aram S. Petri.* Quomodo ergo *capulare* sit *abscindere*, vel *incidere*: sensus est, eum in certam pecuniam damnatum iri, qui monumentum qualecunque, mortui memoriae dedicatum, cotruerit. Idem hic est TOMBA, seu TVMBA, *tomogoc,* quamuis alias pro ipso sepulcro accipatur. Denique BASILICA nihil aliud est, quam *edicula*, sepulcro, maxime sancti alicuius viri, imposita, qualis *basilica sepulcri S. Seueri* apud

GREG. TVRON. *de glor. confess. Cap. LI.* Adde eundem *histor. Lib. II. Cap. XIV.* et ECCARD. *ad leg. Sal. pag. 102.*

§. CCCXLIII.

Apud Alaman-  
nos et  
Baiuuanos.

LEX PORRO ALAMANNICA *tit. L. §. I. sequ.* tum effossionem cadaueris ex terra, tum rerum e monumento amotionem, persequitur. Et eum quidem, qui viri ingenui cadauer ex terra extraxerat, octo wergelda et pro compositione, quam vocabant, XL. sol. qui feminae ingenuae, LXXX; qui serui vel ancillae, XII. solidos pendere, rerum vero ex sepulcro subtractarum nomine, perinde, ac si furto essent interceptae, compositionem praestare iubet. Prolixius de hoc crimine agunt LEGES BAIUVARIORVM *tit. XVIII. vbi Cap. I.* non solum corporis sepulti effossionem, rerumque amotionem, et *Cap. III.* vestimentorum detractionem, certa pecuniae summa expiari iubent: verum etiam *Cap. IV. et V.* iis, qui insepultum proiecerint hominem, a se interfectum, et qui cadauer vel truncauerint dolo malo, vel sine dolo vel culpa vulnerauerint, \*) litem aestimant certa pecunia: contra et eum, qui insepulto humum iniecerit, vnus solidi praemio dignum existimant: *Cap. VI. §. I.*

\*) Mira est haec sanctio *Cap. V.* et digna, quam hic totam legas: *Si, ut saepe contingit, aquilae vel ceterae aues cadauer repererint, et super ad lacerandum confederint, et aliquis sagittam eiecerit, et cadauer vulnerauerit, et repertum fuerit, cum XII. sol. componat.* Quae ipsa est poena, illos manens, qui *cum toxicata sagitta alicui viuo sanguis-*



*Leg. Baiwar. tit. III. Cap. VI. Quia insequente Cap. VI. tituli XVIII. dicitur cauetur, vt, qui truncauerit cadauer, aut mutilauerit, eadem poena dignus indicetur, ac qui viventis sanguinem fuderit. Ex quibus facile patet, nescio quid religionis veteres tribuisse mortuorum reliquiis. Vnde non mirum, apud Francos demum capitalem visam esse omnem furtiui nocturnae cadaveris violationem, CAPIT. LEG. CALVI tit. VII. §. LXXII. pag. 38. Tom. II. quum poenam publicationis dimittit hanc partis honorum cum infamia interminata, quae ante sint CAPITVLAR. Lib. VII. §. CXXXVI. Lindenbr.*

## §. CCCXLIV.

LANGOBARDOS non solum, qui sepulchra violauerat, corporaque spoliauerat exstiterunt, DCCGC. solidos defuncti cognatione, eisdem non exstantibus, fisco regio praedicta tenebatur, sed et qui cadauer in flumine reperitum exspoliauerat, LXXX. solidos postquam mortui debebat, nisi rem statim iudicis denunciasset, et sic re ipsa ostendisset, se non furandi animo, sed mercedis causa, spolia detraxisse. Quo casu redemptus, quae mortuo detraxerat, spoliis, nihil inde incommodi sentiebat. LEX LANGOB. Lib. I. tit. XII. §. I. et II.

Apud  
Lango-  
bardos.

## §. CCCXLV.

Quid de crimine ius Saxonicum fan-  
deris, nihil de hoc crimine reperi in  
SAXONICA, nisi quod in CAPITVLAT. CA-  
NONI M. de part. Sax. §. VI. illis capitale sup-  
pelium minati animaduertimus Carolum M.  
qui non in coemeteriis ecclesiae cadavera se-  
peluere-

Quid de  
de cri-  
mine ius  
Saxoni-  
cum fan-  
derit?

peliverint, (quod facere §. XXI. diferte iubentur,) sed eadem secundum ritum paganorum flammis consumi fecerint, et ossa ad cinerem redegerint. \*) Quae lex, satis dura, quamvis ad religionis Christianae contemptum potius, quam sepulcrorum violationem pertinere videatur: posteros tamen movisse videtur, ut praeter aliarum gentium Germanicarum morem sepulcrorum violatoribus dirum admodum crurifragii supplicium irrogarent. Hinc illa in IVRE PROV. SAX. *Lib. II. art. XIII. Die kirchpöffe berauben, die soll man alle ra-debrechen.* Et exemplum tam dirae sententiae ex HARTM. PISTORIS schedis profert SCHULTER. EX. XLIX. §. XXXVII.

\*) Diutius, quam vlla gens Germanica, ritum concremandi mortuos, quem iam TACITUS veteribus Germanis familiarem fuisse, ex eius libello, *de mor. Germ. Cap. XXVII.* novimus, servarunt Saxones, Hinc tot vbique, in Saxonia urnae sepulcrales eruantur, quamvis in his terrarum partibus, quae olim Venedi coluerunt, urnae illae non a Saxonibus, sed a Venedis, esse videantur. Sed de his quidquid dici poterat, iam ab aliis occupatum est, in primis a DAN. MAIÖRE in *Cronica*, v. c. SCHMINKIO in *diff. de urnis sepulcralibus veteribus lapideis veterum Cattorum*, Marp. MDCCXXXI. KEYSLERO *antiqu. sept. et Cels. p. 312.*

### §. CCCXLVI.

Quid  
Suevi-  
cum?

Paullo magis aequitatis rationem habere voluit SPECVLATOR SVEVVS *Cap. CXIV.* quippe cui distinguere placuit, vimne quis intulerit sepulcro, an aliquid furtim abstulerit, cuius pretium saltim triginta numorum sit.

De

etiam enim casu §. III. eadem habet, quae  
ante ex iure Saxonico attulimus; de  
§. V. sancit: *Der in kirchen vnd in  
stieblet, das dreyßig pfenning werth  
sol man ihn zu haut vnd haar  
bey dem höchsten, vnd ist auch darzu  
...*

reddidit idem IVS PROV. *Cap. CLXXXVI.*  
*Die gemeibeten kirchböffe haben dasselbig recht,  
...* Est hoc scitum iuris canonici,  
immunitatem, quam vocat ecclesiasticam  
modo cum coemeteriis, tamquam locis be-  
nignis, verum etiam cum tractu vicino eccle-  
siae intra triginta passus communicat. *can. id  
...*

### §. CCCXLVII.

Quod quum hae poenae recentiores iusto a-  
ntiquiores nimis lenes viderentur,  
CONSTITVTIO CRIMINALIS hic nihil san-  
tionem plerumque ad ius ciuile recurritur,  
exemplum apud *CARPZ. prax. crim.  
Part. II. quæst. LXXXIII. n. 60.* quod ante-  
rioribus Iulianenses nobilem, qui in alterius  
monumentum in templo con-  
fregit, condemnarunt in decem auri pon-  
do, *ex l. 4. C. de sepulcr. viol.* Qui cadaue-  
ra vestibus spoliant, eos arbitrarie carcere,  
relegatione, fustigatione, pro circumstantia-  
ratione puniri, nec nisi accedente vi ar-  
mata, vel facinore saepius repetito supplicio  
capitali locum esse, censent iurisprudentiae  
criminalis interpretes, et in his *CARPZ. prax.  
Part. II. quæst. LXXXIII. n. LIII. sequ.*

Quid  
hodie va-  
su obti-  
neat?

## §. CCCXLVIII.

Pœna  
eorum,  
qui ca-  
daver e  
furca de-  
traxe-  
rint ex  
lege Sa-  
lica.

Ne eorum quidem, qui in furcam iue-  
rant, corpora impune vel detrahebantur, vel  
spoliabantur. Si quis enim viuum adhuc ho-  
minem de furca detraxerat, (quod fieri pote-  
rat, si quis reuinctis in tergum manibus ex  
arbore suspendebatur, vti ex GREG. TVROM.  
*hist. Lib. V. cap. L.* exemplum profert ECCARD.  
*ad leg. Sal. pag. 110.*) aut vita pro eo priuaba-  
tur, aut CC. solidis vitam redimere cogeba-  
tur. Qui mortuum detraxerat; poenam,  
quam leges in delictum, ob quod ille suspen-  
sus fuerat, statuerant, ferre cogebatur. *Qui  
hominem de bargo \*) vel furca dimiserat sine  
voluntate iudicis, sol. XLV, qui sine consensu  
iudicis aliquem de ramo, ubi incrocatus fue-  
rat, deposuerat, XXX. sol. culpabilis iudicabitur.* Ita LEX SAL. tit. LXIX. §. I. sequ. et tit.  
XLIV. §. IX.

- \*) *Barcus* vel *bargus* est furca, vel patibulum, non  
modo in LEGE SALICA, verum etiam apud W-  
DOEN. in *vita S. Eligii Lib. II. Cap. XXXI.* Id  
a Germanico *boeren* ferre vel portare deriuat EC-  
CARD. p. 84. Sed *barcus* veteribus, teste GLOSSA  
PITHOEANA, fuit ramus, quemadmodum *barcanis*  
vel *parcum* locus arboribus confitus. Nec obstat,  
quod sibi obiicit SCHILTER. in *glossar. Teut. hac  
voce*, rami postea §. IV. fieri mentionem, et ita  
quidem, vt ramus a barco discerni videatur.  
Nam aliud est de ramo vel barco suspendere fa-  
cinorosum, aliud illum ramo incrocare, quod  
ECCARDVS pug. III. interpretatur ramis acutis tam-  
quam vncis suspendere, quale supplicium Turcis  
hodie non ignotum est: quamuis incrocare ramis  
potius videatur caput inter duos ramos arboris,  
qui furcae similes erant, mittere. Memini  
enim

omni ne videre imaginem huiusmodi in veteri  
 codice MSC. obuiam, quae pistorum praefectum  
 caput XL, 19. hoc modo ex arbore bifurcata, capite  
 quibus ramis interiecto suspensum ostendebat.

## §. CCCXLIX.

haec leges hoc delictum fere praeter- Nec non  
 recentiores constitutiones poenam, eorum,  
 his patibuli violatoribus irrogant, ex iure  
 quod AVGVSTVS, Sax. Elector Part. IV. Sax. qui  
 XXXIV. sanxit: *Die aber, welche den* cadauer  
*oder gerechfertigten misserhättern an* in furca  
*hängen oder auf dem rade die kleider aus-* spolia-  
*sollen mit staupen-schlägen gestraffet* uerant.  
 Sed uti haec constitutio tantum in  
 Saxoniam electorali locum habet: ita vix dubi-  
 tate his est, quin alibi et hoc delictum pro-  
 noc. quem tantae audaciae homo ob oculos  
 habuit, et reliquarum circumstantiarum ra-  
 tione, arbitraria poena coercendum fit.

## §. CCCL.

Fuga quoque tum militum, tum seruorum, Poena  
 acris poenis dignissima videbatur genti- eorum,  
 bus Germanicis, et militum quidem eo ma- qui mili-  
 gis odiosa illis erat, quo magis militiae erant tiam  
 deditae. Quemadmodum enim iam olim subter-  
 Germani transfugas ex arboribus suspende- fugerint  
 bant, ignavos et imbelles palude, iniecta in- et deser-  
 tuerat crate, mergebant: TAC. de mor. Germ. torum,  
 XII. ita WISGOTHI \*) honestiores, qui apud  
 vel militiam subterfugerant, vel exercitum Wisigo-  
 deseruerant, exsilio; vilioris conditionis ho- thos.  
 mines CC. ictibus flagellorum et decaluatio-  
 ne,

ne, nec non libra auri mulctabant. Quam summam quisquis inferre non poterat, nisi cui regi placeret, in seruitutem addictebatur. LEX WISIG, *Lib. IX. tit. II. §. IX.*

\*) Vel maxime necessaria in hac parte videbatur tam seuera animaduersio. Quantum enim Gothi per totum paene orbem Romanum arma circumtulissent, et saepe paene ad incitas redeuntem inuictam antehac rempublicam: multitudine tantorum eorum magis, quam virtus, terrori fuisse Romanis videtur, nisi credere malis, in propinqua Germanis idem illis contigisse, quod in Cap. LVII. Bernis exercitui Hannibalis, vt magis magisque quotidie imbelles fierent. Obseruatum est, quod et in Africa, veteres Gothos pauidos esse, ac cunctos, quin plane imbelles. SIDONIUS APOLLINARIS, *epist. VII. v. 305.*

*Et nihil est grauius, si forsitan unquam*

*Vincere contingat, trepido.*

Loquitur autem de Gothis, quos in Africa ante v. 2. Getas et v. 303. Scythicum hostem reuererat. Similia sunt apud GREG. TVRON. *quodam Lib. II. Cap. XXVII. Vt Gotthorum, inquit, paucere mos est. Et Cap. XXXVII. Quumque secundum consuetudinem Gothi terga vertissent. Sed haec iam obseruauit HERT. *notit. pop. Germ. Lib. III. Cap. VII. §. IV. ex iisque satis patet, quia in causa fuerit Wisigothorum regibus, potius quam in lo acriores comminandi desertoribus, multamque subterfugientibus.**

### §. CCCLI.

Langobardos.

Sed et LANGOBARDI plures huiusmodi sanctiones in leges suas retulerunt, veluti *Tit. I. tit. XIV. §. VI. vt, si quis in exercitu ambulans contempserit, aut in sulcam, \*) det regi et dadi suo sol. XX. et §. XIII. vt, si liber in hostem bannitus fuerit, et venire contempserit, plenum heriban-*

*heribannum componat secundum legem Franco-*  
*rum, id est, LX. sol. soluat, aut si non habue-*  
*rit, inde illum summam persoluat, semetipsum*  
*per medium in seruitio principis tradat, donec*  
*tempora ipsum bannum ab eo fuerit persolu-*  
*erit, tunc iterum ad statum suae libertatis*  
*revertatur.* Contra capitalis erat desertio,  
 Teutonice lingua vocabant *heriliz*, vel  
*herisiz*, quippe quae in maiestatis  
 incidere dicitur *IBID. §. XV.* Quae  
 paulo post adparebit, ex Francicis  
 in leges Langobardicas mi-  
 grant.

Vocabulum hoc origine Latium est, sed a Grae-  
 cis ita deformatum, vt id vix agnoscas. A  
 Graecis deinde ad Langobardos, Francos aliasque  
 gentes Germanicas rediit. *Collocare* medio aeno  
 erat *culcare*. Inde in excubiis collocati erant  
*Excusatores*, *VEGET. de re milit. Lib. II. Cap. XV.*  
 et apud Graecos, maxime tacticos, saepe legas,  
*ἐκκλιπτεν, ἐκκλιπτορες, σκελκτορες,*  
*σκέλκτα*, quod postremum modo vigiliis, mo-  
 do transiessionem equitum (caualcade) denotat.  
 Veterum loca, quae huc pertinent, col-  
 locarum *KINDENBROG. glossar. pag. 1475.* et *CAR.*  
*DE VANDER gloffar. Lat. sub collocare pag. 1082.*  
 Receperunt vocabulum a Graecis Lan-  
 gobardi, qui inde etiam finxerunt hybridam:  
*sculscara* ex graeco *sculca*, et germanico *schar*.

### §. CCCLII.

Franci quoque iis, qui militiam subterfu- Frances.  
 rant, maultam irrogabant LX. solidorum,  
 quae vocabatur *heribannum*. *CAPITVL. Caro-*  
*li M. ad leg. Langob. anno DCCCI. §. II. et Ca-*  
*pitul. II. ann. DCCCXII. §. I.* vbi et seruituti  
 addi-

addicuntur, qui non fuerint soluendo, vel si per duces vel comites steterit, quo minus quis delectum habentibus sese stiterit, ipsi duces comitesue mulctam pro his penitere cogebantur. CAPITVL. II. *ann. DCCCLIII. §. II. et IX.* At desertores perfidiam et iniquitatem capite luebant, idque crimen *(S. III. §. 1.)* vocabatur. *IBID. §. IV.* Dixit huiusmodi sententiam multo post passus est Thassilo, dux Baiuvariorum, quam *(ann. DCCCLXIII.)* Pipinum cum Aquitanis bellum gerentem deseruisset. *RETTENB. Chron. Carol. Imper. fan. Lib. I. Cap. XI.*

\*) Nilil verius est, quam hoc vocabulum esse compositum ab *beer*, exercitus, et *schliz*, scissio, adeoque *beereschliz* esse exercitus scissionem. Saepè enim verbum *slizen* pro scindere vtiatur *(S. III. §. 1.)* *enang. Lib. IV. cap. XIX. v. 115. cap. XXVIII. v. 28. Lib. III. Cap. XVI. v. 76. Not. de Sator. LXXXVIII. 45.* et alii, vti plures testimoniis demonstrauit *SCHILT. in glossar. T. II. pag. 747.* Mireris ergo, *SAGITTARIUM antiquarum. Tac. Lib. IV. Cap. XXI. §. XIV.* scribere *(S. III. §. 1.)* *et zwar das alte wort schliz ein wenig besser durch das wort schlich anzuwenden, als die ausreisser sich vom heer abschleichen.* *(S. III. §. 1.)* *ergo: Desertio dicitur ab beer exercitus, et schlizen, reissen, weil sie vom heer ausreissen.*

### §. CCCLIII.

*L' arriere bann,* Heerbanni reliquiae etiamnum superfluae in Francia, quamuis ibi, corrupto vocabulo quid hoc vocetur *L' arrierebann.* Ex *heerbann* crasse diernis factum *haribannum, arribannum, erbannum, arbannum, aribannum, arbanogannum,* vt adductis testimoniis probat *CAR. DV FREDE gloss.*



*Heribannum*. *T. II. sub heribannum*. Inde vero  
 verisimiliter nasci potuit vocabulum *l' arriere-  
 bannum*, et fallantur omnino, qui *bannum* ad  
*l' arriere bann* ad subuasallos perti-  
 net, vel vtrumque vocabulum non aliter  
 originem, ac primum et secundum edictum,  
 habuerint. Nimirum *l' arriere bann* est edi-  
 ctum, quo in re trepida omnes vasalli, armis  
 instructi, certo loco ac tempore ad-  
 vocentur, idemque erat *heribannus*, nisi  
 et poena militiam subterfugientium eo  
 tempore veniret.

### §. CCCLIV.

Desertionis poena antiquissima, cuius iam Poena  
 scriptis meminit, etiamnum frequentatur, deserto-  
 plerumque ordinum imperii legibus milita- rum ho-  
 ribus sumata. Attamen plerumque poenae dierna.  
 illius atrocioris gratia fit desertoribus, si se-  
 mel desertum iterumue, vel pacis tempore, a  
 fidei confugerint, vel aliae circumstantiae de-  
 lictum minuunt. Multum hic momenti po-  
 situm est in clementia principis, in ducum  
 benignitate, ipsaque desertoris persona vita-  
 que salva, ob quas *poenae* a rigore le-  
 gum saepe numero discedi, docet experientia.

### §. CCCLV.

Quorum quoque quum primum ad fu- Poena  
 gium ingenium, et id tamen crimen cum eorum,  
 maxima dominorum molestia coniunctum quorum  
 sit, denique ob variarum gentium Germani- ope serui  
 carum viciniam, facillimum esset seruis ne- fugiunt  
 quio- apud  
Wifigo-  
thos.

quioribus, conuasatis rebus dominicis in vicinam aufugere prouinciam: fugitiuorum quoque coercionem ad curam suam pertinere censuerunt legislatores Germanorum tantum non omnes. Prolixius reliquis de hoc crimine agit LEX WISIGOTHICA *Lib. IX. tit. I.* vbi multa de iis, qui fugitiuum celeruerint, vinculis exemerint, iudici non tradiderint, eius fugam instruxerint, receptumque illi dederint, tum de conditione vxoris, quam duxit, et liberorum, quos, pro libero se gerens, ex ingenua procrearit, tum de adqueestu serui cauentur, omnibusque casibus damnum resarciri, vel flagellis feriri noxii iubentur. At de ipsorum fugitiuorum poena vix quidquam in ea lege reperias. \*)

- \*) Id notatu dignum videtur, quod §. X. istius tituli legimus: *Si quis proprium seruum extra prouincias nostras ad alias regiones venditione transtulerit, et postmodum seruus reuersus fuerit, et dominus eum iteratim venum dederit, cogatur a iudice, vt eum ab emtore recipiat, et receptum deinceps seruum nullo modo inquietet, sed liber permaneat.* Ex qua lege patet seruos bis venumdatos extra prouinciam, si fuga se subducendi facultas esset, libertatem recuperasse. Quod Wisigothorum ius simile quid habet iuri Romano, quod sui iuris esse iusserat filios, ter a parentibus venumdatos, ac ter manumissos. Multas sane Romanorum sanctiones hoc modo refinxisse atque interpolasse Wisigothos, iam alii obseruarunt. *CVIAC, ad II. Feud. II.*

## §. CCCLVI.

**THEODERICI Regis §. LXXXIV.** caue- Ostrogo-  
*quisquis seruum, sciens fugitiuum,* thos.  
*vel occultauerit, ipsum domino cum*  
*pecunia et pecalio eius, et eiusdem meriti*  
*reddat.* Si iterum ac tertium fugiti-  
 uum recuperit, praeter seruum cum  
 pecunia et pecalio tres alios domino reddere cogat.  
 In principio tamen prius diris subiecto quae-  
 ritur, ut patet, *an forte propter capien-*  
*dam pecuniam callide ac dolose a domino ad do-*  
*minum, qui susceperat, immissum fuerit.*  
 Si hoc factum esse constaret, seruus domi-  
 ni a fisco eripiebatur. Hic denuo  
 poena ipsius fugitiui poena, non quod igno-  
 rantiam patarint seruo, se in libertatem qua-  
 libet qualiter vindicaturus, sed quod domini  
 iniuria interisset, seruum non adfici supplicio.

## §. CCCLVII.

**LEX BVRGVNDICA,** quae Burgun-  
*si quis seruum, §. I. et impunitatem pro-* diones.  
*mittit, si fugitiuum telo se defen-*  
*dit, occiderit, et poenam pecuniariam*  
*in manibus, quorum ope et consilio ser-*  
*uum tenuerit, quique seruo siue sciens et pru-*  
*dentem siue rei inscius, capillum fecerit.* \*) Il-  
 lud forum, qui seruum falsis instrumentis  
 iniurauerat, manus amputatione plecti voluit  
**Gundobaldus tit. eod. §. XI.** seruum autem  
 praeterea CCC. fustibus caedi iussit.

\*) Quemad-

\*) Quemadmodum apud gentes Germanicas et Francos in primis, nullum nobilitatis erant certius erat caesarie, et tunc in meros sparis, adeo, ut reges Francorum stirpis non sicuti dicitur, PRESNE glossar. Lat. Tom. I. pag. 136. plebeii tonsi erant, GREGOR. TVRON. *hist. Lib. I. Cap. XVIII.* SIRMOND. *ad Sidon. Apollin. Epist. II. pag. 8.* multoque magis tunc iam ab antiquissimo tempore capillus tunc fas erat. De Suevis Tacit. *de mor. Germ. Cap. XXVIII.* Insigne gentis est ungere crinem, que substringere. Sic Sarm. a ceteris Germanis sic Sueuorum ingenis a Sarmis separantur, postea ad omnes reliquas Germanicas gentes hic mos transiit, adeo ut capillus manifestissimum signum videretur. Exempli sunt in FORM. PITHOEI *Cap. LXV.* et in CONCIL. EPAON. *can. XXXIX.* Ex his, quid hic sit *capillum facere?* seruum prostratum tamdiu celare, donec capilli sanati fuerint, ut homo coma promissa ingenum mensis posset. Ceterum et ex hoc illustratur ritus, eos detondendi vel decaluandi, qui nocitos vel lent infamia, de quo iam supra nos monere, meminimus.

### §. CCCLVII.

Leges Sed et FRANCI poenam solidorum irrogabant iis, qui mancipio fugati fuissent, excepto capitali et dilatum. *tit. XLI. §. II.* Idem seruos fugatos per viciniam litteris patentibus, (quas nos *steckbrieffe* vocamus) persequabantur, cuius exemplum est in MARCVLP. *adpond. Cap. XIX.* eosdemque ex fuga retractos aliquando abscissione auris puniebant. GREG. TVRON. *hist. Lib. V. Cap. XLVIII.* Denique ab his moribus non admodum alieni fuerunt Boioarii, Alaman-

DE LANGOBARDI, CŒU ex eorum le-  
 gibus quidem BAIVV. tit. VIII. Cap. IV.  
 et LXXI. et LXXXV. LANGOB. Lib. I. tit.  
 et cetera, ut adeo illis immorari nihil at-

nam non possumus, quin paucis notemus,  
 quosdam, qui ad ecclesias, tamquam ad asylum,  
 confugerant, vi abstrahi non potuisse, reddendos  
 esse, si quis domino a sacerdote, si ille posito  
 iuramento, si pignora, promississet, se gratiam deli-  
 cti sui restituere. LEX ALAM. tit. III. Deinde si sa-  
 cerdos, qui hoc iuramentum reddere nollit, et is se in fugam  
 dedit, tunc cum domino vel eiusdem pretii ser-  
 vum, vel IIII solidos, reddere coactum, LEG.  
 tit. III. quia apud Langobardos, si ter inter-  
 rogatus reddere eum nollit, et fugitivum et aliud  
 quicquam pretii mancipium restituere debuisse.  
 LANGOB. Lib. I. tit. XXVI. §. I. Contra si  
 quis, qui in locum inquitum ex loco sacro extraxerat, is  
 apud Langobardos merigeldum suum; apud Ala-  
 mannos XVIII. solidos ecclesiae, et LX. fisco pro  
 delicto suo tenebatur. LEX LANGOB. Lib. I. tit.  
 et cetera. LEX ALAM. tit. III.

### §. CCCLIX.

Admodum, ut admodum leges Germani-Quale  
 que semper et poena dignissimos iudicarunt, ius ho-  
 quibuslibet libertos vel seruos celant, eis que dier-  
 num? dant, vel dominos impediunt,  
 delictis fugitivos persequi ac vindicare  
 castigationem fugitivorum fere  
 arbitrio relictam animaduerti-  
 modo ne in faevitiam abiret illa castiga-  
 tio. Haec de re plura reperias apud MEVIUM  
 in dem bedencken von dem zustand, abforde-  
 rung und verwiederter abfolge der bauersteute  
 (El. I. G. Tom. II.) X quaest.

*quaest. II. et III.* quamvis fatendum sit, auctorem celeberrimum maiorem gratiam initurum fuisse ab omnibus, si doctrinas suas ad patrii potius, quam Romani, quod ubique crepat, iuris principia attemperare voluisset.

### §. CCCLX.

Leges  
veterum  
de abi-  
geatu.

Erant et furtorum quaedam genera, quibus singularis poena ex legibus Germanorum imminebat. ABIGEOS Ostrogothi gladio feriebant, simulque ex damnati bonis domino quadruplum restitui volebant. EDICT. THEOD. §. LVI. *sequ.* Ripuarii abigeos, certum pecorum numerum furatos, quod crimen illis SONESTI \*) dicebatur, DC. solidis mulctabant, praeter capitale et dilaturam. LEX RIP. tit. XVIII. §. I. *sequ.* Nec aliter Salii, nisi quod hi omnia pecorum genera numerumque et aetatem accurate distinguunt, adeoque diuersas admodum mulctas irrogant abigeis. LEX SAL. tit. II.

\*) SONESTI a *sonne* vel *senette*, *senete*, quod gregem significabat, teste glossa PITHOEI. Quod vocabulum et hodie Helueticis in usu esse docet ECCARD, *ad leg. Sal. p. 16*, ubi etiam observat, *soneschalum* pro praefecto armentis occurrere in LEGE ALAM. tit. LXXIX. §. III. a *sonne* vel *senete*, grex et *schalk*, feruus, ut recte viderunt LINDENBROGIUS et VOSSIUS, quamvis negari non possit, nomen illud, quod antea vili huic et abiecto ministerio haeserat, postea magnis regum ministris datum esse, id quod etiam *mareschalli* vocabulo accidisse, nemo ignorat.

### §. CCCLXI.

## §. CCCLXI.

DE PECVLATV vix quidquam in legibus Ger- De pe-  
manu reperias, nisi quod THEODORICVS, culatu,  
rex Gothorum, edicto suo §. CXV. cauet, et crimina  
ne derectariarum.  
pecuniam, fisco vel publicis rationibus  
competentem, furatus sit, quadruplum red-  
dito cogatur: quum contra apud Wisigothos  
quadruplum restituere cogeretur peculator.  
LEG. LIB. VII. tit. II. §. X. DERECTARIVS  
Angobardos, in aedibus alienis depre-  
henditur, si manus ligandas non praeberet, im-  
pendebatur, ligatus LXXX. feruus XL  
domino soluendis, multabatur. LEG.  
LIB. I. tit. XXIV. §. I. sequ. vbi ratio-  
ne dicit Rotharis rex: *Quia non conuenit ra-  
tione ut liber homo noctis tempore in curte a-  
liena, sine iussu aut absconse ingrediatur, sed, si  
causa necessitatem habet, antequam intrer, cla-*

## §. CCCLXII.

Balduero hodie eo deuenimus, ut abigei Quale  
et peculatores, vt alii fures, puniantur, nisi ius ho-  
leges provinciales et statuta vtrique delicto dier-  
poenam irrogari iubeant, quale num de  
quorum abigeis in terris Brunsvicen- his cri-  
minibus  
constitutum nouimus. Derectarios,  
quos secundum deliquerunt, quamuis furandi  
in aedes alienas irruperint, arbitra-  
rii puniendos, nemo dubitauerit. Et  
exemplar derectarii, ictibus caesi, quod et ef-  
fractio et conspiratio cum aliis furibus con-  
currerent.

X 1

## §. CCCLXIII.

## §. CCCLXIII.

Criminis  
repetun-  
darum  
poena ex  
legibus  
vete-  
rum.

Quam maxime maiores nostri abhorrebant a crimine REPETVNDARVM, ac proinde fevere animaduertebant in magistratus et iudices, qui se vel corrumpi ab alio passi fuerant, vel obtentu officii aliqua a ciuibus exegerant. Sane LEX WISIGOTH. *Lib. XII. tit. I. §. II.* eos, dignitate priuatos, decem auri libris mulctat. Seuerior Theodericus, rex Ostrogothorum, singularis exempli princeps, iudices, qui ut aduersus caput innocentis sententiam ferrent, pecuniam accepissent, capitis damnat, eos, qui ad opprimendum alterius statum, fortunasue euertendas pecunia se corrumpi passi essent, quadruplum restituere; magistratus quoque dignitate priuatos, omnium, quae a prouincialibus iniuste exegissent, quadruplum praestare; eorum vero officia et adparitores ob huiusmodi exactiones praeterea fustibus caedi iussit. EDICT. THEOD. *§. I. sequ.* Ex BAIUARIORVM LEGE *tit. II. Cap. XVIII.* iudice pecunia corrupto, is, secundum quem litem dederat, omne lucrum redhibere, iudex vero duplum restituere, simulque XL. solidos fisco pendere cogebatur. Denique ex LEGE BIPUARIORVM *tit. LXXXVIII.* hoc crimen, siue ab optimatibus, maioribus domus, domesticis, comitibus, grafionibus, cancellariis, siue a quibuslibet honoratis admissum, capitale est. \*)

\*) Vbi sane obseruatu dignissimum est, hanc legem de supplicio iudicum, pecunia corruptorum, latam esse *consensu et consilio, seu paterna traditione,*



et legis consuetudine, vt dubitari nequeat,  
 hanc hanc sit consuetudo Germanorum antiquissi-  
 Et sane inter crimina comitum, ob quae  
 vel dignitate, vel vita priuatos legimus, ple-  
 etiam firere corruptio et fordes. Exem-  
 Landastis est apud GREG. TVR. *hist. Lib. V.*  
 XLVIII. *sequ.*

## §. CCCLXIV.

hodie, quum de hoc crimine nihil san-  
 NEMESIS CAROLINA, (neque enim *art.*  
 pertingere, recte obseruarunt alii,)  
 arbitrarie poenae locus est aduersus in-  
 corruptos, eosque, qui pecunias a pro-  
 libus et subditis exegerunt. Eam vero  
 in priuatione dignitatis, relegatio-  
 consistere posse, docet CARPZ. *quaest.*

Ex iure  
 hodie-  
 no.

Quin vix dubitandum, quin et ho-  
 videatur damnandus, qui pecunia  
 innocentem capitis damnarit, ob  
 sequatam l. 7. §. *ult. ff. ad leg.*

## §. CCCLXV.

Sed ne nimis adu his delictis inhaeramus:  
 de CONCUSIONE extare san-  
 FERDINANDI *edict. §. LXXXIX.* vt, si  
 aliquem terreat, militiam confin-  
 adsumserit, quum non habeat potesta-  
 viroses fustibus caesi perpetuae relegatio-  
 sustineant, honestiores exsilii patian-  
 tur incommoda: de eo quoque delicto, quod  
 ADMINATIONEM hodie vocant, caueri LEGE  
 BVRC. tit. XXXVII. vt, qui *spatham, aut se-*  
*pathium eduxerit ad percutiendum alterum,*

Leges de  
 concus-  
 sione, ad-  
 mena-  
 tionem,  
 damnis  
 ab api-  
 bus da-  
 tis, rece-  
 ptatori-  
 bus,  
 aliisque  
 facino-  
 rosis.

*et non percusserit, inferat multae nomine sol. XII.* sin percusserit, tantumdem inferat, et de inflicto vulnere seorsum iudicetur. Denique exstare etiam sanctionem de DAMNIS ab apibus datis LEG. WISIG. *Lib. VIII. tit. VI. §. II.* de RECEPTORIBVS, EDICT. THEOD. §. CXVI. et LEG. RIPVAR. *tit. LXXVIII.* de SCANDALIS ad caudam ligatis, LEG. BVRG. *tit. XXXIV.* de CASTRATIONE ingenuorum, LEG. RIPVAR. *tit. VI.* de LIGATIONE ingenuorum hominum, \*) LEG. SAL. *tit. XXXIV.* similibusque criminibus, quae omnia hodie aliter, ac olim, puniri solent.

\*) De eo, qui in caussa fuit, vt innocens in vinculis publicis habeatur, glossa IVR. SAX. PROV. *Lib. II. art. XXXIV.* tradit: *der obtrag vmb vnrecht gefängnis vnd scharffe frage sey 30 schilling, mit wiederkehrung beweisslicher schaeden, vnd expens, auff richterliche ermessigung, so manchen tag vnd nacht er gefänglich enthalten gewesen.* Idque et hodie obtinet, siquidem et iudex, qui quem iniuria in vinculis habuit, et priuatus, qui hanc custodiam iniuria impetrauit, pro singulis diebus et noctibus eodem in XXX solidos, seu, vt ibi loquuntur, *duas sexagenas veteres, in zwey alte schock,* vel 40. grossos. De qua emenda Saxonica, quam vocant, vel *von der Sachsen busse,* plura dabunt doctores Saxonici. De vsu hodierno testatur MENKEN. *ibear. et prax. pand. Lib. XLIII. tit. II. §. 8. p. 1529, Tomo II.*

## TIT. XXX.

DE VARIIS DELICTORVM  
POENIS.

## §. CCCLXVI.

**E**Adem parte, qua de criminum perfe-  
 quutione agunt pandectae, nonnullatio ad  
 huic tractationi partim praemittuntur, <sup>Transfi-</sup>  
 partim subiiciuntur, de accusationibus et in- <sup>doctri-</sup>  
 scriptionibus, de custodia et exhibitione reo- <sup>nam de</sup>  
 rum, de abolitione criminum, de requiren- <sup>poenis.</sup>  
 dis vel absentibus dampnandis denique de  
 quaestionibus, aliisque eo pertinentibus; sed  
 quum haec rectius possint ad librum tertium,  
 qui est de actionibus et iudiciis, referri: suf-  
 fecerit hic vel pauca tantum subiicere de POE-  
 NIS delictorum variis, vt, quales istae tum an-  
 tiquissimis temporibus, tum medio aeuo,  
 fuerint, eo facilius adpareat, simulque vete-  
 res et hodierni mores eo rectius possint inter  
 se comparari.

## §. CCCLXVII.

Quum poena sit malum passionis a superio-  
 re ob malum actionis inflictum: recte existi- <sup>Quid</sup>  
 marunt Germani, quidquid hominibus hone- <sup>poena?</sup>  
 stum, iucundum, vtile ac pretiosum est, eius  
 lacturam maximum dolorem tristissimumque  
 sui desiderium relinquere, ac proinde in ia-  
 ctura non modo VITAE ET MEMBRORVM, verum  
 etiam EXISTIMATIONIS, LIBERTATIS, OPVM, PA-  
 TRIAE, poenam consistere posse. Praeterea,

quum et a verberibus, certisque factis, quam maxime abhorrent homines: quod in hoc loco poenarum esse posse, ipsa recitatio nocebat. \*)

\*) Est haec communis omnibus mortalibus philosophia, malum ferre debere, qui mali quid fecerit, ut Iffius et Iustus ipse fecerunt, ut ipse solo alii a simili delicto in possessione absterentur. Hinc PINDARUS Nones, ad II.

Ῥέζοντά τι καὶ πῶτον ἔσται ἐν ἡμετέροις

Quam vis mala nocentibus

Agentem quid situm ferri aliquando dicitur.

Et notissimus est versus tragicoe

Τὸν ὄρνυτα πᾶ τι καὶ ἄλλοις ἐπιπέται.

Agentem aliquid et pari simili quid dicitur.

Nec minus nota illa EVRIPIDIS in Hecuba

Ἐπει τὰ μὴ καλά

Πεῖσται ἐτόλμας, τὰ δὲ καὶ ἐν ἐμοί.

Quando, malum quod

Fecisti, et id, quod non places

Talia et apud omnium gentium scriptores occurrunt, ut dubitari nequeat, quoniam hoc sit in scriptum, sed natum, ad quod non imbecilli, sed imbuti omnes sumus.

§. CCCLXVIII.

Foenae priuatiuae, positivae; capitales, non capitales.

Itaque poenae vel sunt PRIVATIVAE, quae in priuatione eius, quod cuique castissimum est, consistunt, eaeque, si cum capitis periculo sint coniunctae, CAPITALIS; sin salua vita \*) insipientiae, NON CAPITALIS, dicuntur; vel POSITIVAE, quando, qui deliquit, pati vel face-

offensum aliquid, a quo alias quam maxime abstinendum cogitur.

Unde et hae enim subtilis illa Romanorum doctrina de poenae specie civili Germanis ad palatam fuisse videtur. Magni quidem non potest, et exilium illis pro poena fuisse, et ipsam additionem in seruitutem. Accipitales tantum illae dicebantur poenae, quae vitam non perimebant, utraque vel erant publicae, quae vel vitam eripiebant, vel corpus in carceribus delictibus exquisitissimis excruciebant; vel privatae, quae bonis potius damnum inferere solent. *Glossa BRUCH. SAX. art. XVII. Peinliche blage ist anders nicht, denn da man fohert von dem bruchbassigen seine verdiente pein, und keinen abtrag noch busse, attamen et relegationem et infamiam ad poenas, dolorem excitantes, (peinliche straffen) referri consueuisse, docet SCULTER. tit. XXXIX. §. LXIII.*

### §. CCCLXIX.

Poenas capitales rarissimas apud veteres Germanos fuisse, iam supra ostendimus. Sed tamen semper eos vitae pepercisse, excusandum est. Et quidem poena omnium atrocissima VIVICOMBVRIVM est, receptum a Romanis, *lib. III. tit. IV. §. XIV.* qui et fustigationem et fustigationem praemittebant, *lib. III. tit. II. §. II. et lib. XI. tit. II. §. I.* eandem poenam et FRANCII ex legibus Romanis accipiebant: *CAPITVL. addit. IV. §. CLX.* Notissima Germanis supplicia erant suspensio ex patibulo vel arbore, *LEG. SAL. tit. XXX. §. I. sequ. et tit. XXIX. §. IX. (CCCLXI. \*) DECR. CHILDEB. §. VIII. LEX tit. VII. LXXIX.* capitis amputatio, *LEX SAX.*

tit. II. §. VIII. at LX. tit. III. §. I. immo et rota  
vel crurifragium, quod vulgo recentius esse  
creduat. \*)

\*) Testimonium omni exceptione maius est in  
DOENI vita S. Eligii Lib. II. Cap. XXXII. Hoc  
apud regem obtinuerat, ut omnia humana cor-  
pora, quae vel regis feueritate, vel iniuncta ty-  
sura, perimebantur, sine per civitates, sine per  
las, licentiam haberet et de bargis, et ex dolo  
et de laqueis sepelire. Quin multo ante illa tem-  
pora rotae supplicium non vnius generis sed Ro-  
manis non ignotum fuisse, ex actis martirum pa-  
tet: ex quibus illudustus descriptus. *de  
cruciat. mart. Cap. XVIII. §. IV. sup.*

### §. CCCLXX.

Lapida-  
tionis,  
suffoca-  
tionis,  
immo-  
lationis,

Erant et alia suppliciorum genera, sed mi-  
nus frequentia: ad quae merito referuntur  
DATIONEM, Francis non ignotam. *ERIC. TY-  
RON. hist. Lib. IV. Cap. XLIV. de Sigeberto iu-  
niore: Sed ille, ut erat intrepidus, in equo  
equo, ad eos dirigit, eosque verberando  
multis, multos ex eis postea LAPIDARI  
praeicipiens. AIMON. de gest. Franc. Lib. II. Cap.  
XCIII. Porro saepe dictus Theodoricus  
S. Desiderium, Viennensem pontificem, ad se  
reuocatum LAPIDARI praecepit. Eiusdem ge-  
neris est SUFFOCATIO IN AQVIS, qua fortissimis  
praecipue plexos esse, supra (§. CCCLVI.)  
EX ANNAL. FRANC. apud Pith. p. 496. *de  
de dissens. filior. Ludouici Lib. I. p. 449. et  
GANI de gest. Ludouici Cap. LIII. p. 318. demon-  
strauimus. Sed nullum fortassis rariis et sto-  
lidius dixeris illo FRISICO addit. tit. XII. Qui  
fanum effregerit, et ibi aliquid de sacris tulerit,**

in mare, et in fabulo, quod ac-  
 cedit mare, operiri solet, finduntur aures eius,  
 et castigatur, et immolatur diis, quorum tem-  
 poribus.

## §. CCCLXXI.

Quando laeso tradebatur is, qui delique- Addi-  
tionis  
in serui-  
tutem,  
 ritur a lege atque omine, vt ipse pro arbitrio  
 fieret, quo eum mortis genere perire vel-  
 let. *Incipit in LEGE BAIUVAR. tit. II.  
 Cap. I. et III. LEG. WISIG. Lib. VI. tit. II.  
 §. II.* Quando et pecunia redimere mor-  
 tem licet, LEG. SAL. tit. XXXIV. §. V. tit.  
 LIII. §. II. ALAM. tit. XXIV. LANGOB. Lib. I.  
 tit. I. §. IV. et tit. II. §. III. vel iudicis relictum  
 erit arbitrio, supplicium a reo sumere, an ei  
 gratiam eius facere, oculosque eruere, LEX  
 WISIG. Lib. VI. tit. III. §. VII. vel illum in exsi-  
 lium agere mallet: LEX ALAM. tit. XXV. quam-  
 uis et ipsos reos non raro se laesis addidixisse  
 in seruitutem, eoque modo supplicium eui-  
 dit. *Idem supra (Lib. I. §. XXXVII.) ex  
 MARCVL. tit. Lib. II. Cap. XXXVI. et LVIII.  
 ostenderimus.* Denique saepe supplicium  
*Lex Alam. tit. luntum,* LEX FRIS. tit. XX. §. III,  
 et nunquam illud reo, nisi publice, irroga-  
 tum esse, nouimus. LEX WISIG. Lib. VII. tit.

¶ *Ad Burgundiones etiam uxorem et liberos ab-  
 ducendo simul addictos esse laeso, legimus. LEG.  
 tit. XLVII. §. I. et II. At humaniores  
 GREGORII Lib. VI. tit. I. §. VIII. Omnia, in-  
 quit, crimina suos sequantur auctores. Nec pater  
 pro filio, nec filius pro patre, nec uxor pro mari-  
 to, nec maritus pro uxore, nec frater pro fratre,  
 nec*

*nec vicinus pro vicino, nec propinquus pro propinquo ullam calumniam pertimescat. Sed ille, qui dicitur culpabilis, qui culpanda commisit, et crimen cum illo, qui fecerit, moriatur, nec sui res aut heredes pro factis parentum vel avicularum pertimescant.* Apud Francos alioque gentes Germanicae originis non quidem directe damnabantur cognati: siquidem discretus partem fuerat CAPITVL. *Lib. VI. §. LIII. ut non occiderent patres pro filiis, nec filii pro patribus, sed unusquisque pro peccato suo moriatur:* at participes tamen poenae erant eatenas, quatenus familiae seu bella privata ad uniuersam familiam delinquentis pertinebant, et haec pro cognato etiam soldere aut bonis cedere teneretur. Quamobrem postea hanc cessionem, quae Francis *obvenerat* dicebatur, abrogatam animadvertimus. DECRETIONIBUS CHILDEBERTI *regis §. XV. addita ratione, quia per ipsam ceciderit multorum potestas, id est, ut ego interpretor, quia saepe contigerit, ut de viuis delictum totae familiae ad incitas referretur.*

### §. CCCLXXII.

Mutilationis, qua reus priuabatur oculis, auribus, naso, manu, virilibus.

A vita si discesseris, nihil homini membris suis, eorumque integritate, carius est, quam sine iis non possis nisi miserum vivere futurum, vitamque ipsa morte acerbioris. Hinc et in praecipuorum membrorum mutilatione vel corruptione poenam committere voluerunt Germani, veluti in effusione virilium, LEG. WISIG. *Lib. II. tit. I. §. VII. et VIII. tit. III. §. VII.* LEG. BAIVV. *Lib. I. Cap. VI. §. I.* LEG. LANGOB. *Lib. I. tit. XXV. §. LXI.* auribus amputatione LEG. FRIS. *addit. tit. XII.* nasi scabellatione, uti vocatur LEG. LANGOB. *Lib. I. tit. XXV. §. LXI. et LXVII.* vbi conf. LEG. WISIG. *Lib. XII. tit. III. §. IV.* manus amputatione LEG. WISIG.



*LIB. VII. tit. V. §. I. LIB. VII. tit. VI. §. II. LIB. VII. tit. XI. et tit. XV. §. I. BAIV-  
LIB. I. tit. VI. §. I. LANGOB. Lib. I. tit.  
LIB. I. §. I. et II. et tit. XXIX. §. I. denique  
LEG. WISIG. Lib. III. tit. V. §. VII.  
LEG. REB. addit. tit. XII.*

et haec pecunia redimi poterat, saltim  
in Anglonibus, ceu patet ex LEG. BURG. tit.  
Quin generatim existimo hanc redi-  
militatem concessam esse reis, siquidem  
vitam pecunia redimere plerisque casi-  
vid. LEG. SAL. tit. XXXIV. §. V. et  
ALAM. tit. XXIV. LANGOB.  
LIB. I. §. IV. et Lib. I. tit. II. §. III. Ce-  
tū dignissimum est, ipsos aliquando eius-  
dem delicti socios coactos esse, sibi inuicem car-  
cerum operam praestare. Exemplum habes in  
DCCCXXIV. §. VI.

### §. CCCLXXIII.

Quomodo porro nihil videri potest Poena  
quam ius illud TALIONIS, quod ipsae talionis.  
leges diuinae saepe inculcant: ita non mi-  
rum, illud et gentibus Germanicis placuisse.  
LIB. VI. tit. IV. §. III. *Quicumque  
ingenium pertinaciter ausus decalua-  
re, aut turpibus maculis in facie vel cetero cor-  
poris, flagello, fuste, seu quocumque ictu, feri-  
re, aut trahendo malitiose foedare vel macu-  
lare, siue quamcumque partem membrorum  
in carcere, praesumserit, aut etiam ligauerit,  
vel custodia, aut in quocumque vinculo deti-  
nerit, seu ligari ab aliquo, aut custodia vel  
vinculo mancipari praeceperit, iuxta quod alii  
intulerit, vel inferendum praeceperit, correptus*

a iu-

*a iudice, in se recipiat TALIONEM.* Sed et collumniose accusantem ea poena, qua plectendus fuisset reus, si criminis convictus fuisset, plectendum esse sancit LEX BAIUVAR. tit. VIII. Cap. XVII. §. I.

## §. CCCLXXIV.

Fastigationis et flagellationis.

Quo rariora vero erant supplicia capitalia, eo frequentius crimina atrociora fastigatione vel flagellatione solebant expiari. Idque aliquando fiebat extenso reo. LEG. WISIG. Lib. II. tit. II. §. XX. et XXIII. LEG. BAIUVAR. tit. VIII. Cap. VI. aliquando non extenso: itemque vel sine infamia, LEG. WISIG. Lib. II. tit. II. §. XVIII. vel cum infamia, quando cum decaluatione coniunctum erat supplicium hoc futurarium. IBID. Lib. III. tit. III. §. VIII. LEG. LANGOB. Lib. I. tit. XVII. §. V. CAPITVL. Lib. VII. §. CCCXXXV. Attamen et haec poenam, quae *disciplinae corporalis* nomine venit in PACE LANGOB. Lib. I. tit. XII. §. III. et tit. XVIII. §. II. aliquando redimi potuisse, vel eo praecipue casu, si multa solui non posset, huc cum habuisse, patet ex DECRET. CHILDEB. tit. §. XIV. et LEG. SAL. tit. XLIII. §. I.

\*) Haec extensio fiebat poenae causa. At saepe etiam dirae quaestiones in eo consistebant, ut homo extensus in eculo vel scamno, vel ex eodem suspensus, flagris caederetur. GREG. tit. VIII. Lib. VI. Cap. XXXV. LEG. SAL. tit. XLIII. §. I. Machinam illam, modumque reos extendendi suspendendique iuculento iconismo ob oculos posuit ANT. GALLON. *de mart. cruciat.* p. 41. vnde illum in suas ad legem Salicam notas transtulit exposuitque EGCARDVS p. 80. quocum coniungi mere-

DE VARIIS DELICTORVM POENIS. *de cruciat. mart. Cap. XVII.*  
*§. 1. f. 99. p. 112. sequ.*

### §. CCCLXXV.

Considero nescio, an non omnibus his poe- **Addi-**  
 tionis.  
 tionibus corpus quantumvis adfligentibus, atro-  
 citate meriti ADDICTIO rei in seruitutem, mul-  
 tis temporibus Germanicis familiarissima. LEG.  
 ALAM. *Lib. II. tit. IV. §. VII.* LEG. BVRG. *tit.*  
 ALAM. *tit. XXXVIII. §. IV. et tit.*  
 BAVVAR. *§. II. BAVVAR. tit. VI. Cap. II. §. II.*  
 LANGOB. *Lib. I. tit. XXV. §. LX.* Saepe enim  
 addicebatur reus, aliquando fisco, ali-  
 quando et alii, cuicumque Rex vellet. \*)  
 LEG. LANGOB. *Lib. III. tit. IV. §. XVII.* Adde-  
 ctio etiam additioni certae leges, veluti,  
 vt reus in transmarinas prouincias exportare-  
 tur, LEG. WISIG. *Lib. VI. tit. III. §. VII.* vt pre-  
 tium inter fiscum eumque, qui laesus esset, di-  
 uideretur, LEG. WISIG. *Lib. III. tit. III. §. V.*  
 et quae sunt aliae eius generis condiciones,  
 inter quas et illa fuisse videtur, vt reus,  
 oblato rei ab ipso, vel a familia, pretio, esset  
 manumittendus. LEG. LANGOB. *Lib. I. tit. XXV.*  
 §. LX.

\*) Aliquando non tam fisco addicebatur reus, quam  
 civitati, cuiusmodi civitatis deputabatur collegio. Quod quid  
 iam supra ostendimus. (§. CCXVIII. \*) Iam mo-  
 do reus, apud LANGOBARDOS olim simili modo fe-  
 deratas, quae velum sumserant, si stuprum passae  
 essent, gynaeceo fuisse addictas, ante tempora  
 Rothari I. Imperatoris, qui eam poenam abo-  
 leuit. LEG. LANGOB. *Lib. II. tit. XXXVII. §. VI.*

### §. CCCLXXVI.

## §. CCCLXXVI.

Carceris  
perpe-  
tui.

Quamuis porro carceris perpetui poena legitima Romanis videretur: *l. 8. §. 9. l. 1. de poen.* eam tamen omnino non abesse esse, existimantur gentes Germanicae, nec me si crimen capitale non haberetur, interesset tamen reip. nec non permitti licentiam vagandi, ubicumque vellet, verum flagitia nouis quotidie cumulandi. Vocatur hic carcer perpetuus apud Wisigothos *retrusio*, LEG. WISIG. *Lib. III. tit. V. §. 1.* nemque *retrusio* *IBID. Lib. VI. tit. II. §. III.* quam poenam priore loco pontifices infligere iubentur. Nec aliud est *BASTONICVM IN CAPITVLAR. Lib. VI. §. XCVI.* de quo iam supra egimus. (§. LXX. \*)

\*) Quo loco et illa *retrusionis* vel *aditum* poenae ita describitur: *Quos tamen in loco, ut ulterius euagantes talia facere permittantur, in retrusione faciat esse, ut ibi accepta esse, etiam in stantia, (ἀετω ἰνιστοῖα) ita videntur, ut in stantibus nocendi aditum habeant.*

## §. CCCLXXVII.

Exilii.

Proximum huic poenae fuit *EXSILIUM*, hoc comparatum apud Germanos, ut rei non solum ius in patria commorandi, sed et *bona* sua, plerumque amitterent, ut adeo non multum inter Romanam deportationem, et *exilium* illud Germanicum, discriminis fuisse videtur. Tale sane fuit *exilium* apud Wisigothos, LEG. WISIG. *Lib. II. tit. I. §. VII.* Francos, LEG. RIP. *tit. LXIX. §. II.* *DECRET. CHILDEB. §. IV.*  
Ala-

ALAM. tit. XXXV. §. I. non  
 tunc apud Saxones, qui exsiliis ut bona sua  
 conservarent, certis conditionibus permittebant.  
 LEG. ALAM. tit. XVI. nec apud Langobardos, cui  
 ipse ex ipsum LEGE Lib. I. tit. XXXVII. §. I.  
 ut in publicacionis bonorum plane non fit men-  
 tio. Quod iterum patria ita extorres a Germanis  
 nonnullis, ut WARGDS. in LEGE SAL. tit. LVII.  
 S. I. et BURG. tit. LXXXV. §. II. iam supra  
 meminimus.

### §. CCCLXXVIII.

Quædam vero pleraque pœnæ atrocio-  
 res, ut infamæ fustigatio, cum decaluatione <sup>Infamæ</sup>  
 conjugii, infamæ essent: aliquando tamen  
 et leges Germanicæ facta quaedam, quam-  
 vis huiusmodi pœna non infligeretur, infamæ  
 privatione, vel reum omni dignitate pri-  
 uabat. Exempla habes in LEG. WISIG. Lib. II.  
 tit. I. §. VII. BURG. tit. XLIV. §. I. Sed de hac  
 existimationis privatione vel infamâ iam su-  
 pra (Lib. I. §. CCCXC. sequ.) plura nos dice-  
 re, meminimus.

### §. CCCLXXIX.

Stuprum frequentissima erat pœna pæ-  
 cunata, vel, quæ in bonorum iactura con-  
 sistebat. Ac primo quidem aliquando vni-  
 (El. I. G. Tom. II.) Y uersa

uerfa substantia reo eripiebatur, et in pro-  
 pinquis, suo fisco, hinc utriusque adtribu-  
 tur. LEG. WISIG. *Lib. II. tit. I. §. VII. et tit. I. §. VIII.* LEG. ALAM. *tit. XXXII. §. I. et tit. XL.* LEG. BAIUVAR. *Lib. VI. tit. I. §. VI. RIPVAR. tit. LXIX, Cap. I. et II. LANGOB. Lib. I. tit. I. §. I. sequ.* *Lib. III. tit. VIII. §. I.* Praequa-  
 do hereditate tantum vel eius parte aequis  
 praeiudicatur. LEG. ALAM. *tit. XXXV. §. I. et tit. XXXVIII. §. III.*

### §. CCCLXXX.

Mul-  
 tae.

Plerumque tamen ob atrociora delicta et  
 fiscus poenam fiscalem, *fredum, danum,*  
*compositionem regalem;* et laetus vel eius fa-  
 milia *compositionem, weregeldam, wirtigil-*  
*sum, saidam,* capiebat, et quidem vel certam  
 solidorum summam, vel duplum, LEG. WIS.  
*Lib. VIII. tit. I. §. VII. BURG. tit. XXXIX.*  
 §. IV. ALAM. *tit. XIV. et tit. XXXI. §. I.*  
 BAIUVAR. *tit. I. Cap. VIII. §. I. sequ.* vel  
 triplum, LEG. WIS. *ibid. BURG. tit. IV. §. III.*  
 SAL. *tit. LXVI. §. I. ALAM. tit. XIII. §. I. tit.*  
 XXI. §. I. BAIUVAR. *tit. I. Cap. X. §. I.*  
 RIPVAR. *tit. XI. §. I. et II. SAX. tit. V. §. I.*  
 ANGL. *tit. VIII. FRIS. addit. tit. III. vel qua-*  
 druplum, LEG. WIS. *Lib. III. tit. III. §. III. vel*  
 sextuplum, LEG. BURG. *tit. XII. §. I. vel septu-*  
 plum, LEG. WIS. *Lib. VIII. tit. I. §. V. vel*  
 octu-

duplum, seu octogildum, LEG. LANG. tit. XIX. §. VI. vel nonigildum, LEG. LANGOR. Lib. VII. tit. II. §. X. BVRG. tit. VIII. §. II. SAX. tit. IV. §. VII. FRIS. tit. VII. §. I. LANG. Lib. I. tit. XXV. §. XII. vel undecuplum. LEG. WISIG. Lib. VIII. tit. I. §. XI. et X. Lib. IX. tit. II. §. II. \*)

Haec et hie quaedam singularia: veluti 1) quod in multando et hae ipsae multae multiplicarentur. Haec passim reperias octogild duplum, LEG. LANGOR. Lib. I. tit. XXXIV. §. I. tria nonigildum, LEG. ALAM. tit. XXXII. vel trinungildum, LEG. BAIVV. tit. I. Cap. III. §. III. nouem gildilla, IBID. tit. XXVII. §. I. 2) quod aliando loco pecuniae pecudes, vel boues exigentur. LEX RIPVAR. tit. XXVI. §. I. LEX BVRG. tit. XXVII. §. IX. BAIVV. tit. VI. Cap. II. §. I. 3) quod hae multae quantitas non numero, sed pondere affirmaretur: cuius rei insigne exemplum legitur LEG. BAIVVAR. tit. I. Cap. XI. §. I. vbi ab homicidi percussore multam hanc praegrandem haec animaduertimus: *Si quis episcopum, quem constituit rex, vel populus sibi elegit pontificem, occiderit, soluas eum regi vel plebi, aut parentibus, secundum hoc edictum. Fiat tunc plumbea secundum statum eius, et, quod ipsa pensauerit, tantum soluas, qui eum occidit, et, si aurum non habet, soluas aliam pecuniam, mancipia, terram, villas, et quidquid habet, usque dum impleat debitum. Et, si non habet tantam pecuniam, se ipsum, et uxorem, et filios tradat ad ipsam ecclesiam in seruitutem, usque dum se redimere possit.* Denique in multae compositionis, id est, per omnem vitam multaturae, exemplum iam supra vidimus ex LEG. BAIVVAR. tit. VII. Cap. XX. (§. CCXCVI.)

## §. CCCLXXXI.

Poenae  
in foro  
delicti,  
et prae-  
uia con-  
uictione  
infligen-  
dae.

Ceterum quemadmodum Romanorum le-  
ges ob oculos habuisse; et paululum corre-  
videtur THEODORICVS rex, *edict. §. CHI.* dum  
eo loco, vbi facinus fuerat commissum, de-  
ferri illud et vindicari iussit, simulque reos,  
qui accusantur, de prouincia ad aliam pro-  
uinciam transmitti vetuit, *ne per longam iter  
eriperentur, aut fugerent*: ita ipsa aequitas Ger-  
manis facile persuasit, ne ob solas suspiciones  
cuiquam poena infligeretur. Hinc *CAPITVL.*  
*Lib. VI. §. CXLIX.* *Non passim damus accusandi  
vel puniendi licentiam, nisi aut manifestum indi-  
cis patuerit scelus, aut legitime fuerit ad ipsum  
mallum accusatum atque conuictum.* Quam ar-  
duum autem hoc fuerit negotium, reum  
conuincere, ob consacramentalium et certa-  
minum singularium ambages, *infra suo loco*  
patebit.

## §. CCCLXXXII.

Poenae  
capita-  
les, qua-  
rum me-  
minit  
ius Sax.  
et Sueu.

Earumdem fere poenarum mentionem fie-  
ri animaduertimus insequente aeuo. Nam  
et viuicomburio, (*durch brennen auf einer  
borde,*) in quosdam animaduertebant, *ivr.*  
*PROV. SAX. Lib. II. art. XIII.* et poena cullei,  
*ivr. PROV. SVEV. Cap. CCXXXI,* nec non ro-  
ta, *ivr. PROV. SAX. Lib. I. Art. XIII. SVEV.*  
*Cap. CXIV.* laqueo vel patibulo, (*mit der wyde*)

*ivr.*



IVR. PROV. SAX. *ibid.* et Lib. II. art. XXVII. gladio, IVR. PROV. SAX. Lib. II. art. XIII. et lapidatione, (mit veronung mit stein), IVR. PROV. SVEV. Cap. XXIX.

¶ Notatu dignum est, poenam stupri violentae et ipsa capitalis erat, etiam bruta animalia subisse, quibus stupratores tunc vsi fuerunt. IVR. PROV. SAX. Lib. III. art. I. Alle lebendigen, die hey der notzung waren, die soll man enthaupen. Vbi glossa: Als die pferd, welche sie tragen, vnd die leut, die dazu vorschub thaten, vnd endlich alles lebendiges, so dazu hülff gegeben hat. - Auch soll man die pferde, da sie auff sie gekommen, enthaupen.

## §. CCCLXXXIII.

Reliquas poenas hoc aeuo ita distinguimus, vt aliquae exitio sint famae, atque existimationi, aliae corpori, aliae famae, et gient einem an ehre, an leib, oder an gesund. IVR. PROV. SAX. Lib. II. art. XXIX. Existimationi noxia erat infamia, de qua supra, quantum satis est, diximus: IVR. PROV. SAX. Lib. II. art. XIII. fustigatio, quam vocant: haut vnd haar abschlagen, de qua itidem supra actum. Iam addimus, reos aliquando caesos esse mit 32. schlägen, mit einer großen gerte, die zwey daum-elen lang war, IVR. PROV. SAX. Lib. II. art. XXVI. quamuis

SPECVLATORI SVEVO *Cap. CXIV. §. II.* regi placuerit scrupulosior Iudaeorum obsequio, adeoque is XXXIX. ictus (*viemig wunden, stenen,*) infligi reo voluerit: denique alicui mutilatio, cuius frequentissima species erant amputatio manus, IVS PROV. SAX. *Lib. II. art. XVI. et XXVI.* et aliquando linguae. IVS PROV. SAX. *Lib. I. art. LIX.* Omnes vero poenas complecti videbatur proscriptio abentium, *die acht vnd oberacht*, de qua IVS PROV. SAX. *Lib. II. art. XLV.*

### §. CCCLXXXIV.

Mulcta,  
et primo  
quidem  
iudici  
debita,  
*die wet-*  
*te.*

Sed vel maxime MULCTA hoc aevo frequentissima erat, eaque vel iudici solvenda, quae vocabatur *die wette*, vel laeso, quae vocabatur *die busse*, quaecum non confunderetur in satisfactione, quae dicebatur *das weergeld*. Mulctae iudici pendenda, diuersa erat pro dignitate plus iudicis. Sic e. g. comiti palatino, landgrafio et comiti debebatur mulcta LX. solidorum, marchioni XXX. solidorum, sculteto VIII. solidorum, aduocato (*dem belehnten, sagt*) III. solidorum, gaugrafio sex numorum vel vnus solidi, *oder wie der landleuthe waltkabr stehet; dem bauermeister sex numorum, vel trium solidorum vor haut vnd haar.* Vnd das ist dann der bawren in der gemeine, zu vertrecken. Ita SPECVL. SAXO *Lib. III. art. LXXIV.*

Vnde

DE REBUS DELICTORVM POENIS. Cap. XI. Das ge-  
richtliche richter gewette nicht: man wet-  
tet, wenn richter nach seinem rechte, oder  
nach seiner gewissenheit.

§. CCCLXXXV.

ac a superiore diuersae erant tum Deinde  
mulctae, sibi laeso eiusue familiae debita, laeso, die  
que nomine der busse veniebat, tum satis-<sup>busse.</sup>  
factio vel compositio, quam wergeldum vo-  
cabant. Utraque enim differebat pro con-  
ditione personae laesae. \*) Sic iure Sax. co-  
mites, et ingenui, (schöpfenbarfreye,) ab aliis laesi, mulctae nomine accipiebant  
sol. XXX. (dreyßig schilling) qui illis in auro;  
hii vero praestabantur: pagani (bauer-  
güterbesitzer) solidos XV; alii colo-  
nii (coloni) qui immobilia non possidebant, sol.  
XV; liberi sol. XX. sex numos et femissem, (ei-  
nen beßelag,) operarum locatores (tagewer-  
cken) parci et liberii sacerdotum naturales plau-  
strarii et foenarii, qui artem ludicram fa-  
ciebant, etque aliis adhibebant sponse, vmbra  
vmbra von schutzen eines mannes: gladiatores  
etiam liberi fulgorem ex clypeo, (den  
schutz von einem kampffschid gegen die son-  
ne,) et furum vel rapinam vel falsum infa-  
mia notati zween besem und eine schleer. Ce-  
terum

terum vxori dimidia summa multae illius, quae marito debebatur; virgini et viduae dimissis eius, quam parens accepisset, soluta. IVS PROV. SAX. Lib. III, art. XLV. (C. 127) §. CCCCVII.) et SVEV. Cap. CCCXCVII.

\*) Hinc IVS PROV. SVEV. Cap. CIII. *Niemand sol den leuten gleiche buß urtheilen, daß man dem knecht büße, als dem herren, und dem armen man, als dem freyen; das ist weder göttlich noch landrecht. Man soll iederman büßen, nach seiner würdigkeit, und soll dem richter büßen, nach demselben recht.* Recentior deinde Cap. CCCXCVII. multas, singulis actibus habendas, similes ferme illis, quas in Saxoniam habet, sed tamquam exoletas. Hinc non modo rubrica talis est; *wie man in der alten edigen rechtlich frävel hat pußt.* Sed et in ipsa prima editionis BERGERI statim sequitur: *Ditz ist die alten puzz, die die clager (legendum) bey den alten tzeysten allerhand lauter haben.* Denique sub finem legitur: *Das waren hiervor in der alten te.*

## §. CCCLXXXVI.

Et satis factio priuata, quae vocabatur wer-geldum. Eadem erat *weregeldi*, quod uocabant, ratio. Nam et illud uarium erat pro conditione personae. Sic nobilium et ingenitorum *wergeldum* erat octodecim talentorum, (*achtzehen pfund*.) paganorum decem, tantundemque aliorum liberorum, qui immobilia non possidebant, lafforum nouem, eorum,

eorum, qui operas locabant *einberg voll weitzens, das ist ein hauff von zwölff rathen*: liberorum, naturalium sacerdotum, spuriorum, & infamium nullum erat wergeldum. Hinc eodem *Lib. III. art. XLV. SPECVLATOR SAXO ait: Ohn wehr-geld sind alle vnrechte leute, doch wer ihr einen wundet, oder toedtet, oder raufft, oder vnrecht weiber notzogen, oder den fried an ibnen bricht, man soll mit den rechten nach friedes rechte.* Huius quoque summae dimidiam tantum partem ceteris numeribus, SPECVLATOR SAXO eodem loco monet.

§. CCCLXXXVII.

Reliquae quidem erant poenae, quas tum **Poenae** ex **gentium Germanicarum legibus**, quaedam iam tum **provinciali Saxonico et Sueuico**, **dam iam** infligebantur, **olim ra-** nouimus. Iis aliquando **iores.** aliae quaedam extra ordinem accedebant, quibus iam non immoramur, e. g. numellae, stigmata, sepultura uiuorum, (*das vergraben und verpfählen*,) aliaeque, quarum supra passim meminimus. Id tantum addimus, veteres cadauera punitorum plerumque in furca, vel rota, vel aliquando eorundem capita in portis et turribus diro spectaculo exposuisse, vt tam triste publicae disciplinae monumentum alios a peccandi libidine abstergeret.

Y 5 §. CCCLXXXVIII.

## §. CCCLXXXVIII.

Poenae  
in con-  
stitutio-  
ne cri-  
minali  
proposi-  
tae, tum  
capita-  
les.

Et has quidem poenas plerasque servavit NEMESIS CAROLINA, quippe in qua capitales occurrunt viiicomburium, *art. CX. CXI. et CXII.* crurifragium, vel supplicium rotae, *art. CXXXI.* dissectio corporis in quatuor partes, *art. CXXIV.* suffocatio in aquis, *art. CXXXI. CLIX. et CXCH.* suspendium, *art. CLIX.* decollatio, *art. CXCII.* ad denique viui hominis defossio, et eiusdem transfixio, (*das lebendig vergraben und pflödet*) *art. CXXXI.* quamuis, postremum istud supplicium tantum non vbique ab usu recessisse tantum non omnes fateantur. \*)

\*) Contra numquam gentes Germanicae respiciunt supplicium crucis, sectionis ferra facili, damnationis ad bestias, excoriationis, *capitae* praecipitationis e rupe, tunicae molestae, *capitae* quae ad excruciosos homines excogitant tyrannorum truculentia. Exoleuerunt etiam pridem poenae lapidationis, capitis aratro abscissio, et similes, quae olim aliquando in Germania visae sunt: ut vere posteris seruarint, maiorem laudem, et, si non tam rara, quam hi, habent supplicia capitalia, ea saltim ita infligant, ut moribundos quam minimum excrucient, his magnam poenam pati existimantes eos, quibus inuitis moriendum est, si vel maxime, se mori, non adeo sentiant.

## §. CCCLXXXIX.

## §. CCCLXXXIX.

Idem dicendum de poenis non capitalibus, quales ex *CONSTIT. CRIMINALI* sunt fustigatio, *art. CXCII.* amputatio manus vel digitorum, *art. CVII. et CVIII.* aurium natiq̄ue resectio, *art. CXCVIII.* oculorum effusio, *art. CLIX.* linguae abscissio, *art. CXCVIII.* relegatio, *art. CXCII. CXCIII.* confusio, *art. CLXII.* numellae: *art. CXX. CXXIII. CLXI.* vt iam non dicamus de poena carceris, *art. CLVII.* et, quam alicubi consuetudo inuexit, priuationis dignitatis, natiq̄ue emulctae pecuniariae, stigmati et similibus, quamuis ne harum quidem omnium vsus admodum frequentem esse, animaduertamus. \*)

\*) Sic sane vix in his terris exemplum occurrit amputationis manus, stigmati, aurium abscissarum, oculi effossi, similibusq̄ue mutilationum. Immo tantum abest vt his poenis, cum perpetua infamia coniunctis, adeoque reum non emendantibus, sed eam agentibus ad desperationem, delectentur Germani, vt ne fustigationem quidem satis conuenire legislatoriae prudentiae, existiment, ac proinde eam e quibusdam prouinciis plane proscripserint. Vt enim iam non dicam de terris Prussicis, vbi raro fustigatio, at eius loco plerumque poena carceris vel operarum publicarum, vel ergastuli, decernitur, simile edictum exstat in prouinciis Brunsvico - Hanoueranis. Relegatio etiam eorum, qui fundos possident, et maxime rusticorum, cum magno saepe vel dominorum, vel ipsius reip. detrimento est coniuncta.

Sta. Quare et ex plerumque contra multa redimitur, nisi delictum cum maximo religionum cultum scandale sit coniunctum, ut idem verbis exprimitur: *es solle eine solche Strafe nie habe nicht geduldet werden.*

## §. CCCXC.

Quibus  
saepe  
praemittitur  
vrpheda.

Rarissima etiam est bonorum publicatio, et vix, nisi in crimine laesae maiestatis, recepta. Frequentius in commissum cadunt merces, quarum vectura prohibita; (*contrabande waaren*) quamuis et hae aliquando multa, vel poena pecuniaria redimantur. Id vero notatu dignum, inter reliquias veteris iuris Germanici referendum esse morem, eos, qui vel fustigatione, vel relegatione, vel carcere diuturno, puniuntur, adigendi ad praestandum iusiurandum de vitando territorio, et vltione non meditanda. Quod iusiurandum in bellis priuatis olim *solle*, \*) hodiernum vocant *einen vrschden*: eiusque violationem prima vice fustigatione; altera digitorum abscissione; tertia gladio puniendam existimant. CLASEN *ad art. CIVL. KRESS. ibid.*

\*) Solebant olim bello priuato capti, et carcere multo tempore aliquamdiu detenti, interposita pacatione, vel soluto *λύτρον*, non aliter dimitti, quam praestito iureiurando, quo captus, se numquam arma iterum aduersus victorem correpturum, neque



que iniurias, sibi illatas, viturum esse, polliceba-  
 tur, idque proprie vocabatur *ein vrbiden*. Sic  
 anno MCCXLIX. inito inter Henricum, Thuringi-  
 um Landgrauum, et comites Thuringicos foede-  
 rato, inter alia placuit, ut captivi utrobique di-  
 mitterentur, libere absoluti, praeter illum Dri-  
 farte, et alios, qui apud Gotha fuerunt nuperrime,  
 et illam facerent cautionem, quae vrphede vulga-  
 riter nuncupetur. WECK. *descrip. vrb. Dresd. p.*  
*166.* Similia exempla existant apud ill. de LV-  
 NEWIG. *reliquiar. T. VII. p. 296. et 303. et sequ.*  
*et Tom. VIII. p. 324. et sequ. DATI. de pace publ.*  
*Lib. I. Cap. XXXIV. n. XXI. PISTOR. von Götz*  
*aus Berlichingen ritterl. thaten p. 255. et 266. vbi*  
*et formulae huiusmodi iuramentorum occur-*  
*rent, ex quibus patet, aliquando, praeter iusuran-*  
*dam vel chirographum, exigi consuetuisse vel con-*  
*tractuales vel fideiussores, qui captiuum di-*  
*missum in futurum quieturum, simul sponderent.*

### §. CCCXCI.

Adimus, aliquando et cadavera quorum-Poenae  
 dam vel in furcam vel rotam agi, vel com- mortuis  
 buri, vel saltim a carnifice per urbem rapi, vel ab-  
 et vel sub patibulo publico, vel alio inhone- sentibus  
 sto loco sepeliri: quorum prius in iis, qui irroga-  
 conuicti aut confessi, antequam supplicium tae.  
 sumeretur, vel sua morte obierunt, vel  
 manus sibi ex conscientia criminis intulerunt;  
 posterius in βιοθανάτοις, quibus non tam fu-  
 rer vel atra bilis, quam desperatio, arma  
 aduersus se ipsos ministravit, obtinet. Quam-  
 uis

uis hoc non tam poenae loco haberi, quam  
*sub specie* rationem habeat, ut nimirum ab  
 isto spectaculo territi viui et spirantes abhor-  
 rere a sceleribus tam nefandis incipiant.  
 Quod etiam de supplicio imaginario, quo  
 in effigiem absentis animaduertitur, dicen-  
 dum videtur. COECEL. *de iustit. poen. in abs.*  
 Cap. III. GERARD. *diff. de exsequis. in*  
*effig.*

### §. CCCXCII.

Pleraque poe-  
 nae in-  
 fligun-  
 tur ho-  
 die a  
 carnifi-  
 ce.

Pleraque supplicia capitalia hodie infligit  
 carnifex, cuius opera etiam iudicantur  
 in exsequendis poenis, quibus corporis ex-  
 cruciatur, e. g. in fustigatione, quae olim  
 non modo actor, WEHN. *sub voce fustigen*,  
 agnati, MULLER. *annal. Sax. ad ann.*  
 MCCCCLXX. fodales, DATT. *de iur. publ.*  
 p. 8. verum etiam iuniores scabini eam ope-  
 ram in se fusciperent, BRUMMER. *de scabin.*  
 p. 363. ceu iam supra monere nos meminimus.  
 (Lib. I. §. CCCCXIV.) Atamen  
 aliquando, si pueros vel alias honestas perso-  
 nas castigari oporteat, decernitur, *daß In-*  
*quisit in dem gefängniß durch den stockmeister*  
*tapfer mit ruthen zu züchtigen*, ne forte  
 infamia notati videantur, si dicantur sub  
 manu

... carnificis fuisse. (Lib. I. §. CCCXIV. \*)

§. CCCXCIII.

Multa alia ex moribus hic retineat Ger-Adhibi-  
mani, quod ante supplicium capita-  
le laqueis conuivio excipiuntur tum reus, tum lau-  
tum inflex, quod vocant *das henckermal*, dabili-  
et postea condemnatio fit sub dio, contra-  
cto *...* (de quo ritu BECK. *diss. de fract.* rationi  
*bac. in ... sent. §. XXVII.*) euerfis sub-  
felliis, *...* campana, (quam vocant *die* repu-  
*schand ...*) data prius carnifici fide publi-  
ba, *...* ihm seine kunst *...*  
*...* nichts desto weniger sicher vnd vn-  
*...* seinem herrn wieder heim ziehen möge,  
*...* gekommen. Exsequutus sententiam  
carnifex interrogare solet: *Herr richter her,*  
*habe ich recht gerichtet?* responsumque capit:  
*Du hast gerichtet, wie vrtheil vnd recht es*  
*mit sich gebracht.* Sunt etiam quaedam con-  
suetudines absurdae, quas in rem suam ali-  
cui intulerunt carnifices, veluti, quod  
spolia et pannicularia sibi vindicarent, quod  
licet eximentes suspendiosum, omnia sibi  
dicerent, quae gladio attingere pos-  
sent, de quo singularis exstat IAC. FRIDR.

LVDO-

LVDOVICI *dissertatio.* Sed tam absonis consuetudinibus iam pridem repudium dederunt Germani, ad easque merito proferuntur, quae grauer praecipit CONST. CRIM. tit. CCXVIII.



## LIB. III.

DE

RE IUDICIARIA ET IVRE  
ACTIONVM.

## TIT. I.

DE

IVRISDICTIONE ET IUDICIIS  
GERMANORVM.

## §. I.

**E**Xpensis omnibus, quae vel ad PERSONARVM, vel ad RERVM IVRA pertinere videbantur: nihil iam superest, quam ut et de IVRE ACTIONVM et OMNI RE IUDICIARIA Germanorum agamus paullo accuratius. Transi-  
tio ad li-  
brum III eius-  
que par-  
titio. Quae in re ita versabimur, ut primo loco de iurisdictione generatim differamus; hinc porro de iudiciis civilibus, et praecipuis eorum partibus; postremo de criminalibus modoque persequendi facinorosos ea, quae scire nostra interest, subnectamus.

## §. II.

Et iurisdictionis quidem quae apud Germanos fuerit ratio, tum demum intelligemus rectius, si rei iudicariae faciem in omni aedificii monumentis paullo accuratius perspexerimus, Optimi  
scripto-  
res de  
veterum  
Germ.  
iudiciis.

(El. I. G. Tom. II.) Z

mus, qua in re nescio, an noui quid adferri possit post incredibilem virorum doctissimorum, HERM. CONRINGII, IO. NIC. HERTII et CHR. THOMASII, diligentiam. \*) Attamen operam dabimus, vt et, quae tres viri isti doctissimi obseruarunt, in ordinem, quoad licebit, redigamus, et multa passim, quae ipsi obseruauimus, adiciamus, adeoque rem iudiciariam Germanorum omnem quam accuratissime describamus.

\*) HERM. CONRINGII exstat insignis dignissimaque tanto auctore dissertatio *de iudiciis reipublicae Germanicae*, primum anno MDCXLVII. edita, postea anno MDCLXXVII. eiusdem *exercitationibus academicis de rep. imperii Germanici* numero VI, p. 214. ac demum ipsis eius operibus inserta. IO. NIC. HERTIUS eandem rem egit non modo in *Notitia populorum Germ. et regni Francorum*, verum etiam in dissertatione, bonae frugis plenissima, *de consultationibus, legibus et iudiciis in specialibus imperii Rom. Germ. rebus publicis*, defensa primum Giesae anno MDCLXXXVI, ac deinde *opusculis* eius inserta *Vol. I. Tom. II. p. 406.* Denique CHR. THOMASII dissertatio praestantissima *de iurisdictionis et magistratuum differentia secundum mores Germanorum* Halae nostrae lucem vidit anno MDCCIII. Exstant et alia huius generis opuscula, inter quae nescio an primus locus debeat FRIDRICI BRUMMERI *exercitationi de scabinis antiquis, mediis aevi, et recentioribus*, et IO. PAVLLI KRESSII *dissertationi de iurisdictionis criminalis in Germania generibus*, Helmst. MDCCXXX. sed haec similiaque suo singula loco laudare non pigramur.

## §. III.

Germaniam ante Francorum epocham tot Iulii habuisse republicas, quot populos, neque in commune regnum ante ea tempora unquam coaluisse, tam est notum, quam quod notissimum. Hinc nec communem iudicem habuit Germania, sed vere scripsit CAESAR de bello Gall. Lib. VI. Cap. XXIII. *Quum bellum ciuitas aut illatum defendit, aut infert, magistratus, qui ei bello praesint, ut vitae necisque habeant potestatem, deliguntur: in pace nullus communis est magistratus, sed principes regionum atque pagorum inter suos ius dicunt, controuersiasque minuunt.* At quamuis TACITVS de mor. Germ. Cap. VII. in eo a CAESARE dissentire creditur, quod ingruente bello, potestatem vitae et necis non tam ducibus, quam sacerdotibus, videatur tribuere: illa tamen, quae de iudiciis, tempore pacis institutis, refert, praecclare conueniunt iis, quae ex CAESARE regulimus, ut alter ex altero quodammodo possit illustrari.

## §. IV.

Nam Cap. XII. quo ex instituto de iudiciis Germanorum disserit TACITVS, primum obseruat, licere etiam apud concilium accusare, et discrimen capitis intendere: eiusque rei exemplum adfert iudicia de proditoribus, transfugis, ignaui, imbellibus et corpore infamibus instituta: deinde vero statim subiicit: *Eliguntur in iisdem conciliis et principes, qui iura per pagos vicosque reddant.* Quos itaque

que CAESAR *principes regionum ac pagorum*; eosdem TACITVS *principes pagorum* uocabatque vocat, et quum hic eos in comitis *adfectores*; iisque SCABINOS ex plebe, ut paulo post *adfectores* rebit, adiunctos esse referat: non videtur nobis errare, si eos, ex nobilium ordine adlectos, COMITIBVS \*) , similes fuisse, dicamus;

\*) Pagus enim Germanis fuit regio quaedam vel tractus, in quo plures vici. De his *pagis*, ubi. His qui praerant principes a Germanis *pagu*, *grauen* quali *grau*, cani, vel, ut CAESAR *de bello Gall. Lib. IV. Cap. XIII.* loquitur, *magister natu*, seu, ut DIO CASS. *Lib. XXXV.* *Βούροι* vocabantur. Comitum uocabatur Romanum est, quumque Romani Germanice utrique sequiore aeuo *duces* et *comites* praerant: CONRING. *de ducibus et comitibus* Germanis factum est, ut Germani postea *duces* et *comites*, quos belli tempore eligebant, *duces* et *comites*; reliquos, qui iura per *pagos* *reddere* debebant, *die grauen*, comites adpellant. Commune forsan utrisque nomen *dux* et *comit* *der vorderste*, atque inde factum *dux* et *comit*, ut CAESAR aeque, ac TACITVS, illos omnes *adfectores* dictioni tum militari, tum ciuili, praerant, *principes* adpellarent.

### §. V.

Eiusdem  
descri-  
ptio sca-  
bino-  
rum.

Neque tamen soli comites pro libiti *adfectores* dicebant, sed iis adiungebantur *adfectores*, qui in eorum essent consilio, de quibus TACITVS *Cap. XII. Centeni*, (alii *certi*) *legibus ex plebe comites, consilium simul et adfectores, adsunt.* Qui sane non alii sunt, quam adfectores, de quorum sententia comites ius reddebant, dicti postea *scabini*, *schoepffen*, *rachim-*



dehinc *comiti*, vti pluribus demonstrauit FRIDR. *de iur. de scabin. Cap. II. p. 280. sequ.* Hos vero dum ex illo lectos esse docet TACITVS, procul dubio non intelligit faciem seruorum seu propriorum hominum, (quum ne libertorum quidem aliquod momentum in ciuitate esset, *Tac. de mor. Germ. Cap. XXV.*) sed ingenuos, quos deinde equestris nobilitatis nomine *comites*, nouimus, vel, vti multis post factis vocari soliti sunt, *schoepffenbar-freye*

## §. VI.

Ex his inde colligimus, 1) iuris dicendi potestatem illo tempore fuisse partim penes ordinem civitatis, in comitiis congregatos, partim penes comites. 2) Illorum iurisdictionem per totam ciuitatem vel rempublicam; non per vicos vel pagos, quibus praesens, porrectam fuisse. 3) In comitiis causae procul dubio grauiores, et ad ipsam rempublicam; apud comites leuiiores, et ad priuatorum magis vtilitatem pertinentes, fuisse diiudicatas. 4) Comites et illis temporibus nihil decreuisse, nisi de collegii scabinorum sententia. 5) Probabile esse, et minora fuisse iudicia, ab iisque ad maiora fuisse prouehitum. \*)

Non sine ratione CAESAR *principes regionum et pagorum*; TACITVS *principes, qui per pagos, et qui per vicos iura reddant*, iunxit. Fuere nimirum *comites*, qui maiori terrae tractui vel pago, quo plures minores comprehendebantur, praesent, quos recte dixeris *regionum principes*. Fuere, qui in minoribus pagis, maiore illo com-

prehensis, ius dicerent, quos recte adpellauerit pagorum principes. Immo et celebriores vici habuisse videntur iudices suos, qui simul vice principum iudicarent, de quibus HERM. CONRING. *de vet. Germ. iudic. §. XV.* Hoc non difficili ratiocinatione licet colligere, fieri vix potuisse, immo non potuisse, ut omnibus iudiciis ipsemet princeps interfuerit, cum quod integrae regionis, aut pagi vnus tantum fuerit princeps, huiusmodi autem tractus sat amplis limitibus confiterit: tum quod in ea hominum multitudine non potuerint non indies variae enasci controuersiae, praesentibus iudicibus minuendae. Verosimile igitur fit, iam tum singulorum pagorum principes vicariis hic alibi usos. Quomodo sequentium saeculis semper moluit, praeponeere iudiciis, scultetum quem adpellant, qui principis vice curaret iudicia. Neque sane dubitandum est, quin ii, qui sibi a minoribus iudicibus grauamen aliquod illatum existimarent, adpellare potuerint iudices maiores vel principes. Num vero, per adpellationem a iudicio principis adfessorumque eius, caussae potuerint ad concilia deuolui, quoniam haud perinde liquet, nec fas est, inanibus coniecturis indulgere, in medio merito relinquimus cum CONRINGIO *ibid. §. XIV.*

### §. VII.

Litium  
in Ger-  
mania  
paucitas.

Laudatissimus CONRINGIVS *ibid. §. XVIII.* ex ipsa gentium Germanicarum indole colligit, lites ista tempestate per fuisse raras. Tam probis enim moribus, quales in Germanis laudauit TACITVS, talibusque institutis in mores translatis, raras admodum lites, et compositu faciles habere locum, nemo paulo prudentior ignorat. At sunt et alia iudicia, lites olim fuisse paullo rariores. Nam praeterquam quod multa, alibi iure disceptari solita, armis disceptarent maiores: VELLEI. *Lib. II. Cap.*

*Cap. CXVIII. Tac. de mor. Germ. Cap. XXI.* multa enim reliquisse videntur iurisdictioni cuiusque domesticae, adeoque causas vxorum, filiorum familias, quin et seruorum ac rusticorum; raro admodum cognouisse iudices vel principes, probabile est. \*)

Voces, adulterii reas, adhibitis in consilium propinquis, damnasse maritos, domoque exegisse, verberibusque per vicum egisse, iam supra vidimus. *Adulterii ergo, et aliorum fortassis delictorum, ab vxoribus admissorum, poena praefata, ac maritis permessa.* TACIT. *ibid. Cap. XIX.* Eandem vitae necisque potestatem saltem Galliae in liberos suos habuisse, testatur CAESAR *Lib. VI. de bello Gall. Cap. XIX.* Idem vero ius et Germanis supra vindicauimus. (*Lib. I. §. CXXXV.*) Denique multo minus dubitandum videtur, quin in hoc quisque seruos exercuerit hanc potestatem, quantum id magis per impetum, quam seruo iuris ordine, vel, vt ita dicam, pro tribunali factum esse videatur. Id enim vult TACITUS *de mor. Germ. Cap. XXV.* dum scribit: *Verberare seruum ac vinculis et opere coercere rarum. Occidere solent, non disciplina ac seueritate, sed impetu et ira, vt inimicum, nisi quod impune.* (*Lib. I. §. XLI.*) Itaque late patuit patrumfamilias in suos potestas, adeoque fieri non potuit, quin multas illi minuerint controuersias, quae alias iudices fatigassent, et hodie fatigant quam maxime.

### §. VIII.

Eundem morem et postea seruarunt Germani. Quemadmodum enim omnes fere iudiciorum facies et descriperant, veluti Alamanni, AMMIAN. MARCELL. *Lib. XIV. Cap. X. Lib. XV. Cap. IV. Lib. XVIII. Cap. II. et Lib. XXIX. Cap. IV.* Saxo fuit.

nes, ADAM. BREM. *Lib. I. hist. eccl. Cap. I. Eri-*  
*fii, apud quos Austrachia, et Westrachia,*  
*(oostergaw et westergaw,) pagi notissimi, iam*  
*sub Carolo Martello memorantur in adpen-*  
*dice ANNAL. METENS. inis. porro Burgundiones,*  
*LEX BVRG. tit. LXXXIX. et Franci: CAPITVL. Lib.*  
*III. Cap. LXXIII. ita dubium non est, quin*  
*iis more maiorum praefecerint comites, \*)*  
*qui iura, adhibitis in consilium scabinis, red-*  
*derent.*

\*) Tales sane videntur fuisse *comites regum Ala-*  
*mannorum, quorum meminit AMMIAN. MARCELL.*  
*Lib. XVI. Cap. XII. Satrapae Saxanum, apud*  
*BED. hist. eccl. Angl. Lib. V. Cap. XI. et de qu-*  
*ibus poeta vetus apud LEIBNIT. script. rer. Brunsv.*  
*Tomo I, p. 121.*

*Plebs omnia habebat*

*Quot pagos, tot paene duces, velis omnes artes*

*Corporis in diuersa forent binasque manus*

Nec alios, quam comites, intelligo *patres vel*  
*maiores natu, qui apud Ostrothos et Wisigo-*  
*thos in comitiis consulebant in medijs, de qui-*  
*bus CLAUDIAN. de bello Get. v. 479.*

*Primosque suorum*

*Consultare iubet, bellis ANNISOYE*

*Crinigeri sedere patres, pellita Getarum*

*Curia.*

Et paucis interiectis: v. 485.

*Heic aliquis grauior natu, cui plurima dictis*  
*Consiliisque fides.*

Et SIDON. APOLL. in panegy. Auito Aug. dicta v. 452.

*Luce noua VETERVM coetus de more Getarum*

*Contrahitur. Stat prisca omnis viridisque*

SENECTVS

*Consiliis.*

Et

Ex 1. 158.

Postquam in concilium SENIORVM venit bonora  
P. peries.

Addatur PROCOPIVS de bello Goth. Lib. I. et III.  
ubi a Vitige in consilium adhibitos esse ait  
προβουτέρων πολλῶν, itemque Totilam inducit,  
conspicentem, interentam a Graecis γρόντων  
ἐμπειροτάτων πολλῶν ὄμιλον, magnam seniorum  
prudensissimorum multitudinem.

### §. IX.

Id ut luculentius demonstremus, primo Apud  
omnium factis constat, iudiciis apud WISIGO- Wisigo-  
thos praefuisse comites. Eos vero saepe alios thos ius  
subsecuisse, patet ex LEGE WISIG. Lib. II. tit. dixerunt  
I. §. XIV. Nam et hi, qui potestatem iudican- eorum-  
di a rege accipiunt, siue etiam hi, qui per com- que vi-  
missoriam COMITVM vel iudicum iudiciali pote- carii.  
state videntur, vices suas aliis, quibus fas fue-  
rit, scripsit peragendas iniunxerint, licitum  
illis per omnia erit, similemque et ipsi, qui in-  
formari a iudicibus fuerint, in iudicando, se-  
cut et illi, a quibus determinandi acceperunt vi-  
gorem, habebunt in discernendis vel ordinandis  
quibuscumque negotiis potestatem. Habebant  
ergo Wisigothi et propriam iurisdictionem,  
et delegatam vel mandatam, aequae ac Ro-  
mani. \*)

Quin et in arbitrum compromittere licebat par-  
tibus, modo id fieret praesentibus tribus testi-  
bus, et compromissum sua subscriptione suisque  
figillis confirmantibus. Eo enim pertinet locus  
eiusdem LEG. WISIG. Lib. II. tit. I. §. XIV. Diri-  
mere causas nulli licebit, nisi aut a principibus po-

*restate concessa, aut ex consensu partium dicto iudice, trium assensu fuerit electionis pacis, signis aut subscriptionibus roborata.*

## §. X.

Comiti-  
bus sub-  
fuerunt  
thiupha-  
di.

Apud eosdem tractus illi, quibus comites praeerant, in minores regiones, quas *thiuphadias* dicebant, diuidebantur, LEG. WISIG. *Lib. IX. tit. II. §. I. III. sequ. et IX. eo quod* iis praeessent *thiuphadi*, quibus praeter curam militiae, quae et comitibus incubuit, iurisdictio etiam erat in illo tractu, tum in civilibus, tum in criminalibus causis, LEG. WISIG. *Lib. II. tit. I. §. XV. XXIII. et XXVI. et Lib. IV. tit. V. §. VI.*

## §. XI.

His de-  
fensores  
villici,  
saiones.

Quemadmodum vero sub comitibus erant *thiuphadi*: ita his suberant ex officis militari- bus *millenarii*, *quingentarii*, *centenarii*, *decani*, *exercitus compulsores* et *amigari*; ex iudicibus *defensores*, *pacis adsertores*, *villici*, et *saiones*. *Defensores*, qui in civitatibus; (LEG. WISIG. *Lib. II. tit. I. §. XXVI. Lib. XII. tit. I. §. II.*) *villici*, qui in villis de causis minoribus cognoscebant: LEG. WISIG. *Lib. VI. tit. I. §. I. Lib. IX. tit. I. §. VIII. et IX. Lib. XI. tit. II. §. II.* *pacis adsertores*, qui *sola faciendae pacis intentione regali auctoritate designabantur*, nec alias dirimebant causas, nisi quas illis regia deputauerat *ordinatio*; LEG. WISIG. *Lib. II. tit. I. §. XVI.* denique *saiones*, i. e. *exsequutores litium*, qui et in damnatos animaduertebant, et iussa ac sententias magistra-

gistratum exsequerentur. LEG. WISIG. *Lib. II. tit. I. §. XVII. et XXV. et alibi passim.* CASIOD. *variar. I, 24. II, 4. III, 20 et 48. etc. \*)*

\*) Occurrunt hic quaedam vocabula vere Germanica. Thiuphados CAR. DV FRESNE a quibusdam deriuari ait a Germanico *tieff*, profundus: sed id ne speciem quidem veritatis praefert. Vere est a *thiuda*, gens vel populus, *vers. Gothic. Luc. VII. 5. et fads vel fatbs*, (*vogt*) quod in compositione postponi solebat, et praefectum significabat. Sic *synagogafads* est archisynagogus, *ibid. Marc. XV, 22. hundafads* centurio, *ibid. Luc. VI, 7. thbusundifaths*, mille hominibus praefectus vel tribunus, *ibid. Io. XVIII, 12.* Ergo *thiudafaths* vel *thiuphadus* nihil aliud est, quam genti alicui vel tribui praefectus. SAIO vel SAGO, (nam utroque modo scribitur,) vnde fit, intellectu paullo difficilius videtur, nisi quod plerique locum ex ISID. HISP. *Origin. Lib. X.* proferunt, ex quo pateat, *saionem* ab *exigendo* dictum esse. LINDENBR. et DV FRESNE *voce saio.* Sed ego quidem locum illum reperire nondum potui. Si vere ita scripsit ISIDORVS: vocabulum illud deriuarim a Germanico *suchen*, quod veteribus *saicken*: quamuis vnumquemque hic facile patiar suo sensu abundare.

## §. XII.

An adfessores in consilium adhibuerint WISIGOTHORVM iudices, nondum liquet. Probabile tamen hoc esse dixeris, quia et apud Ostrogotos, quibus eadem fere erat reip. administrandae ratio, adfessores adiunctos esse magistratibus et iudicibus, testis est CASIOD. *var. Lib. VI. Cap. V.* vbi quaesturam aliasque dignitates inter se contendens: *Aliae* inquit, *dignitates adfessorum solatia quaerant:*

tua

*tua vero dignitas principi consilia subministras.* Neque tamen diffitemur, Ostrogothos haec instituta, Italis iam pridem sollemnia, retinuisse magis, quam inuexisse. De magistratum enim Romanorum adfessoribus omnia tantotafunt, vt verbum addere nolimus.

## §. XIII.

Quid domesticae cuiusque iurisdictioni relinquerint?

Certius multo est, apud wisigothos quoque permulta relictata fuisse iurisdictioni domesticae, non quidem mariti in uxorem, vel patris in liberos, siquidem vtraque potestas paullo adstrictior apud illos erat, (Lib. I. §. CCLXXXII. et §. CXXXVI.) sed dominorum in seruos vel homines proprios. Inde enim est, quod in LEGE WISIG. *Lib. VIII. tit. V. §. VI.* iudicibus iunguntur *seruorum delicta*, et *Lib. VI. tit. I. §. I.* domini loci *seruorum* et horum apud Wisigothos non *tantata* potestas, vt ob crimina in seruos *inducere* possent. \*)

\*) Discimus enim ex hac lege, dominos *seruorum* delicta, atrociorum criminum accusatos, offerre iudici *debuiffe*. Itaque probabile est, eos minori *quidem* delicta ipfos coercuisse, et causas *inter* *seruos* agitaras cognouisse, at malos *relinque* *debuiffe* iudicibus: vt Wisigothi ea in *seruos* *inducere* manu habuisse ob oculos, videantur.

## §. XIV.

De Burgundionum iurisdictione.

Nec BVRGVNDIONVM instituta a Wisigothis admodum diuersa fuerunt. Nam apud hos quoque comites per pagos ius dicebant, iique in Burgundiones et Romanos diuidebantur,



ant, *lib. II. §. X.* et vtrique a regibus videntur constituti, dicti quippe *iudices a regibus de partibus.* *addit. I. tit. III. §. I. et II.* An vero et alios iudices sub se habuerint, itemque, an scabinos illis adiunxerint tamquam consilium, hodie fere ignoramus, quamvis posterius plures adfirmant ob ea, quae habet *PERARDVS in Burgund. p. 36.* Nec magis certi quid adfirmare licet de iurisdictione domestica, quam late illa apud Burgundiones patuerit, quum praeter legem Gundobadam monumenta eius gentis quam paucissima aetatem tulerint.

## §. XV.

Sed ut operae pretium fuerit, Franco-<sup>Varia</sup>rum consuetudine iudicia. Si enim et ipsi mo-<sup>Francorum</sup>res patere sanctius, quam reliquae gentes <sup>rum iudicia.</sup> originis Germanicae, custodiuerunt, eosque postea cum gentibus a se deuictis communicauerunt, qui horum instituta perfecta habet, illi reliquorum Germanorum, qui eorum morem subfuerunt, mores non minus servare habere videatur. Quamobrem nec absurdum fuerit, hos cum illis coniungi, et hoc gentium eiusdem originis concentum simul simulque demonstrari. Ceterum, quum recte obseruari *CONRINGIVS de iudic. §. XVII.* illa tempestate iudicii praefuisse partim concilium ordinum, partim regem ipsum, partim constitutos a rege duces et comites cum scabinis adfessoribus, partim missos re-  
gios

gios, partim episcopos: de singulis bene erit paulo accuratius differendum.

## §. XVI

Causae in comitiis publicis, vel in palatio regis agitatae.

Et in conciliis quidem vel publicis conuentibus, ad quae quotannis maiores inuicemque nati, vti loquebantur, id est, episcopi, abbates, duces, comites, optimates et alii ingenui, confluere solebant, ipsorum regum, principum, primariaeque nobilitatis causae arduae et maioris momenti controuersae agitabantur, quamuis de his et apud regem, qui tunc comites palatinos, aliosque proceres in consilium adhibebat, aliquando disceptaretur. Cuius rei tot exempla, quae extant in Francorum annalibus, iam ab HERM. *de officio de iudic. reip. Germ. §. XXII. supra* et *Notit. regn. Franc. §. XXXVI. collectae sunt, ut eorum scrinia expilare nolimus.*

Attamen quaedam alia eius rei exempla, quae nobis obtulerunt, addere iuuabit. Sic *NITHARDVS de dissens. filior. Ludouici Pr. p. 437.* controuersiam inter Ludouicum Imperatorem et Lotharium, filium, ita terminatam esse in conuentu publico, vti is, qui adhuc ad eum adhaeserant, capitis damnatis, at postea in exilium missis, Lotharius sola Italia contentus esse videtur. Similem conuentum Ludouici Germanici causa conuocatum esse Wormerianum, idem refert, *ibid. p. 445.* sed quem mors Ludouici turbauit. Ita et causam Thassilonis in conuentu publico actam, iam supra vidimus, alibi *emphum abbatis S. Benigni Diuionensis in conuentu proferam indicati est apud HUG. SIGON.*

ad Martini Lib. I. Cap. XXV. p. 96. Tom. II. capitulo Baluz. ubi et rationem horum iudiciorum eleganter hunc in modum explicari animadvertimus. Reges olim proprio iure ius dixisse notum est episcopis et proceribus adsidentibus, praesertim de iudicialibus causis, et inter episcopos, abbates, comites, et potentiores personas, CAPITVLAR. III, 27. et V. 202. et de vassis et fidelibus suis, CAPIT. III. de V. 101. item ex causa provocacionis, aut negationis, vel diu dilati iudicii a comitibus, CAPITVL. III. 7. et cum quis iudicatum facere negligit, aut se iudicio sistere recusat, CAPIT. II, 19. MARCVL. I, 26. 27. 28. tum demum de neglectu regalium constitutionum, et decretorum, et ex variis causis, de quibus alias singillarim.

## §. XVII.

Item tamen ipsi reges ius dicebant: at plenam eorum vice tum archicapellani, tum comites palatii, et comites iudicabant. Hinc auctor est ADRIANVS apud HINOMARVM Epist. XIV. Cap. LXX. potiores in regno palatio duos regios ministros fuisse, CAPELLANVM, et comitem palatii, et quorum praecipue duos, apocrisarium, vocatum apud Francos capellanum, vel palatii custodem, de omnibus ecclesiasticis, vel ministerialibus ecclesiae, et COMITEM PALATII de omnibus secularibus causis vel iudiciis suscipiendis, curam sustinuerit habuisse, ut nec ecclesiasticis, nec secularibus prius dominum regem absque eorum consensu inquietare necesse habuerint, quousque ille provideret, si necessitas esset, ut causae ante regem venire merito deberet. \*)

Iurisdic-  
tio ar-  
chica-  
pellano-  
rum et  
comi-  
tum pa-  
latii.

\*) De



de comitatu Trutmanni, a MEIBOMIO in *vindiciis Billingianis* primum editum, quod nonnullis sublestae fidei videtur, videndus est locus poëtae veteris apud LEIBNITIVM *script. rer. Brunsv. Tom. I. p. 153.*

*Tum sub iudicibus, quos rex imponeret ipsis, Legatisque suis permissi legibus uti Saxones patriis, et libertatis honore.*

## §. XIX.

His apud Francos quoque adiungebantur Comitibus ad-  
 scabini, eligendi a missis regiis, qui et indi-  
 centur. Capitulum scriptum ad reges deferre cogebantur. CAPITVL. *Lib. III. §. XXXIII. edit. Lindem.* Quos esse oportebat *Deum timentes,* *chimburchios,* *IBID. §. LVI. veraces, ad-*  
 burgii, *IBID. §. LXXIV. et ingenuos: (Lib. I. §. LXXIV.)* et proinde malis etiam abrogare magistram iisdem Missis regiis licebat, CAPIT. *edit. IV. §. LXXIII.* Eisdem apud Francos dictos esse RACHIMBURGIOS; vel RACHIMBURGIOS, (quos frustra distinguit WENDELINUS *gloss. in sub rachimburgius,*) recte videntur. *COLDAST. ad Ratpert. de casib. S. Gall. Cap. VII. HUB. BIGNON. ad Marculf. p. 588. BRVMM. de scabin. Cap. V. §. XI. ECCARD. ad leg. Sal. tit. VII. §. IV.* At diuersos ab utrisque esse SAGIBARONES, vel inde pater, quod et numero pauciores adfuerunt iudiciis, et similes haberentur iudicibus Romanorum, a quorum sententiis declinare iudicibus nefas erat. *LEX SAL. tit. VII. §. IV. BRVMM. de scabin. ibid. §. IV.*

(El. I. G. Tom. II.)

A a

\*) Sagi-

\*) *Sagibarones, sagbarones, sachibarones*, qui quoque comiti adsidebant, sicuti scabini et rachimburgii, ut utriusque veluti in consilio essent. Quemadmodum ergo apud nos iudicibus et scabinis saepe adsunt *syndici*, qui utriusque, in causis paullo imperitioribus, suggerant, quod iudiciale opus sit: ita idem apud Francos factum videtur, apud quos comites aequae, ac scabinos, maiorem quam rei iudicariae, peritiores iudicium esse non potest. Ceterum scabinos dictos esse vel *schoeffen* haurire, arguuntur, quod in hoc qua saeculo adhuc XV. usum est imperium in reformatione *Fridrici V. Imp. declar. art. V. apud Goldast. in Reichs-Satz. p. 171. Rechts sprechen, SCHOEFFEN, oder beschließen*, quomodo Sueones et hodie expriment *skiparar*, ut de *lib. 1. c. 100. Rachimburgios a rache* causa et *burgis*, Germane deriuat *ECCARD. ad leg. Sal. p. 100. Sagibarones* manifesto dicti a *sache* et *baro* vi. *sachmänner*, nisi credere malis, *baro* esse summationem Germanicam *bar*, ut *sachbar* in forma dicatur, ac *schoeppenbar*, *maenner*, *schuffbar*, etc. Eosdem dictos esse *bonos* *haurire*, ostendit *ECCARD. ibid. p. 100.*

## §. XX.

Eorum  
nume-  
rus.

Nimirum scabini plerumque *scabini* cum comite constituebant iudicium, *capit. lib. III. §. XL. et Lib. VI. §. CCXXXVIII.* *scabini* que rachimburgios exigi animadvertimus in *LEGE SAL. tit. LIII. §. III. tit. LX. §. 2. tit. RIPVAR. tit. XXXIV. \*)* At sagibarones tres tantum iudicio interesse poterant *ex LEGE SAL. tit. LVII. §. IV. Sagibarones in singulis thuringiis plures, quam tres, esse non debent, et si de causa illi aliquid sanum dixerint, penitus gravio nullam habeat licentiam remouendi.* Quod simile est privilegio illi, quod *ICTIS* ab *AUGUSTO*

quo dicitur esse nouimus. §. 8. *Inst. de iur. gent. l. 1. c. 1.* Tantum vero abest, ut comes unus esse posset absentibus scabinis, ut et in *capit. sequi comitem iuris dicundi* nullus esset. CAPITVL. *Lib. IV. §. V.*

Quod in his opus fuisse videtur ad quaestiones iudicandas, quas in iure fieri oportebat, expectari. At aliquando tamen plures in constituto esse patet ex *LYDOVICI III Capitulum. I. ann. DCCCXIX. §. II. p. 605. Tom. I. Capitulum imperator, ut in tale placitum, quod de nunc iusserit, veniat unuquisque comes et iudex secum duodecim scabinos, si tanti fuerint, si autem, de melioribus hominibus illius comitatus, impleat numerum duodenarium. Sed et pauciores numerum in placito de manigii eundicantis obseruauit SAGRIVIVS in *capit. Thuring. Lib. IV. Cap. IX. §. V.* pauciores, veluti sex aliquando adfuerunt, idem probauit ex notitia iudicii in *capit. S. Andreae Exalatenfis apud Aa. II. Capitulum. p. 1489.**

### §. XXI.

Comites et scabini vel rachim- Vbi mal-  
 largi tenebant in *mallo*, id est, olim lus vel  
 sub dicto loco, certo signo, veluti arbore iudici-  
 praeter, cruce, notato; postea in um ha-  
 templo quodam, vel alio loco publico. At bitum?  
 hanc morem abrogarunt Carolus M. et  
 Ludouicus Eius, qui in ecclesiis vel atrijs ea-  
 rum iudicia institui prohibuerunt, iusserunt  
 tamen certa praetoria extrui, *ut propter calo-*  
*rem solis et pluuiam publica utilitas non rema-*  
*neret.* Vid. CAPITVL. *I. ann. DCCCIX. §. XXV.*  
 CAPITVL. *I. anni DCCCXIX. §. XIV.* CAPITVL.

*Lib. III. §. LVII. CAPITVL. anni DCCCLXVII. Cap. XIV.* Ceterum diuersos fuisse ordinem ordinēs, vel inde patet, quod *in* *scabinorum* mentio fit in *capitvl. anni DCCCXXIII. §. ult.* Eisdem verò et iudices iurasse, et dignitatis illius incapaces habitos esse, simul ac vel publico iudicio fuisse damnati, vel sordide et iniuste iudicati, *discimus* *ex* *capitvl. anni DCCCXXIII. §. II. §. II. capitvl. I. anni DCCCIX. §. XXVIII. et XXX.*

## §. XXII.

Viccomites  
vel vicarii.

At quemadmodum comites non modo iuri dicundo præerant, sed et in aliis incumbant reip. negotia, quin et ordines ducabant, quoties bellum aliquod ingrueret. Ita fieri non poterat, quin aliquando alii præerant iurisdictionem, *SAGITT. de duc. Thur. Lib. IV. Cap. IX. §. VIII.* certosque committerent homines, qui vice sua iudicarent, quos in vetustis monumentis VICECOMITES vel VICARIOS adpellari, animaduertimus. *capitvl. V. anni DCCCIII. §. XVII. CAPIT. II. anni DCCCLXIII. §. V. VI. XIII. XXV. CAPIT. DCCCLXIV. §. IX.* Neque enim diuersos fuisse viccomites a vicariis, contra *HIER. BIGNONIVS* demonstrat *SAGITT. de duc. Thur. Lib. IV. Cap. IX. §. IV. sequ.* Hi ergo *vicarii* vice comitis iudicabant, \*) simulque, quod *ex* *capit. II. anni DCCCXIII. §. VIII.* *discimus* præerant *luparis*, i. e. venatoribus duobus, qui lupis struebant insidias, bestisque tam noxiis purgabant prouinciam.

\*) Præ-



Præter vicecomites etiam *scultafum* vel scul-  
 tatum vice comitis iudicasse, aliqui existimant;  
 videlicet *ING. de iud. reip. Germ. §. XXVII.* et  
*Samiq. duc. Thur. Lib. IV. Cap. XI.*  
 Sed testimonia tantum non omnia, qui-  
 bus hanc sententiam viri doctissimi, ad Langobardos, non  
 ad Francos pertinent. Quin et *CAR. DV FRESNE*  
*de Hist. Lat. Tom. III. p. 758. sequ.* ubi omnia  
 loca de sculdafis corrasit, ne vllum  
 verum sit, quod non vel ex *LEGE LANGOB.*  
*PAULO WARNEPRIDO, CHRONICIS CASINEN-*  
*diplomatibusque Italicis,* depromptum sit.  
 Quia Langobardis tantum vicarios comitum di-  
 ximus *sculdafios*, arbitramur, non a Francis re-  
 ceptos Germanis, quamvis post Francorum  
 imperium ubique non modo per vrbes ius dixerint  
*sculdafii*; *stadt-schulzen*, verum  
 et in vicis et pagis præfuerint, dicti sint *dorff-*  
*gerichts-schulzen*, et *lehn-schulzen*, si  
 cum prædio quodam in feudum accepis-

## §. XXIII.

Quia non solum vicarios suos habebant co-  
 mitibus, sed et iudices inferiores, et, vt ita di-  
 camus, *pedaneos*, qui certo pagi alicuius tra-  
 ctu præfuerunt et de minoris momenti caussis  
 iudicabant. Hinc singuli pagi, maxime am-  
 pliores, in partes descripti erant *centenas*,  
 quales *CHILDEB. ann. DXCV. §. XII. et XXI.*  
*CHLOTHAR. II. ann. DXCV. CAPIT. I.*  
*ann. DCCCXIX. CAPIT. ann. DXXIX.* quales  
 etiam Saxones in suo regno habebant, vo-  
 cabantur *HUNDREDAS*. *GVIL. MALMESB. Lib. II. Cap.*  
*III. §. VII. GEMETIC. ad ann. DCCCXCII.* Im-  
 mo et centenas in *decarias*, *CAPITVL. CAR.*  
*CARVI Tolosan. ann. DCCCXLIII. §. III.*  
 Quemadmodum ergo intra *centenas* de mino-

Comiti-  
 bus sub-  
 erant  
 centena-  
 rii et de-  
 cani vel  
 tungini.

ribus cauffis ius dicebant CENTENARI. CAPIT. III. ann. DCCCXI. CAPIT. III. ann. DCCCXIII. §. XXVIII. CAPIT. V. ann. DCCCXIX. XIX. LEG. BAIUVAR. tit. II. Cap. V. §. I. LEG. ALAMANN. tit. XXVIII. §. III. quis et CENTENI, Epist. Franc. LXII. apud MARQ. FREH. script. rer. Franc. p. 218. et CENTVRIONES, in Tradit. Fuld. apud PISTOR. Lib. II. tit. XLV. ita decaniis cum eadem potestate praestant DECANI, LEG. BAIUVAR. tit. II. Cap. V. §. V. CAPIT. CAROLI M. de vill. suis §. X. tit. VIII. MARCVLFI adpend. Cap. X. HINGEM. epist. qui et DECVRIONES VOCANTUR a WALAFR. STRAB. de offic. eccles. cap. vlt. et in LEGE SACC. tit. XLVII. §. I. tit. XLIX. §. I. tit. XLIII. TVNCHINI vel TVNGINI adpellantur.

- \*) Equidem ad centenam centenas, ad decaniam decenas domos vel familias pertinere videri existimant, eique sententiae etiam SACRIFICAR. antiqu. duoar. Thuring. Lib. II. Cap. V. §. I. Sed probabilius est non tam praefata esse Francos aliasque gentes, quam istos in certos tractus vel ditiones, quales nos sunt praefecturae *ambier, voigteyen, gauen, offzen*, diuifisse. Erat sane in singulis centenis quidam primarius, a quo illis nomen habebat. Sic villae, *sitae in pago Ofismensi, in centena Nouiacense*, meminit CHRON. FONTAN. Cap. VII. in cuius Cap. VIII. *Digmaniacum villa, sita dicitur in pago Ofismensi, in centena Nouiacensi*. Plura exempla protulit CAR. DV. FREH. gloss. Lat. voce *centena*. Id vero commode fieri non potuisset, si singulae centenae centenas numerassent familias. Vnde ipse SACRIFICAR. *ibid.* §. III. p. 224. *Sonst ist leicht zu ermessen, daß weil die pagi vnd villae nicht von gleicher grösse gewesen*

sen, daß es auch nicht allemal mit denen centenis so genau können gehalten werden, daß eben hundert, und nicht mehr, auch nicht weniger häuser, darinn gewesen, sondern bißweilen die hunderte zahl überschritten, auch wohl nach gelegenheit nicht einsten erfüllet worden, so doch, daß der nambe centenae verblieben.

## §. XXIV.

*Comitia tam aequalibus, sibi que per omnia*  
*Francos erat iurisdictionis ratio,*  
*quidem ac vici celebriores alte-*  
*quam comitis et scabinorum,*  
*subessent, siue speciatim earum*  
*demandata esset his comitibus,*  
*illam et tractibus vicinis ius dice-*  
*rent.* (Cap. CIV.) Vtrumque luculenter demonstrari potest. Et quidem in *CAPITVL. ann. 1229. tit. VII.* vbi comites emporiorum, *Wicenis, Scheslensis, Erfurtenis, Roricensis, Breembergensis, Ratisponensis, Anriacensis* memorantur. Et aliorum, *Hamburgenses* sub Francorum imperio imperasse comitibus, ius dicentibus, *etque simul praefuisse vicino Nordalbingo tractui.* Bernarius sane comes, vir *qui in Nordalbingia ius dicebat sub Carolico Pio,* etiam Hamburgi praefectura tenuisse dicitur *REMBERTO in vita S. Anthonii Cap. XXXIV.* Et *GVALDVS in vita eiusd. Cap. XXXV.*

In vrbi-  
 bus et-  
 iam ius-  
 dicebant  
 comites.

*Non erat obsessis arcere pericula mortis*  
*quum PRAESES, Bernarius, VRBIS*  
*abesset.*

CONF. LAMBEC. orig. Hamb. n. XVII.

## §. XXV.

Comites  
et ciui-  
lem, et  
crimi-  
nalem  
habe-  
bant iu-  
risdi-  
ctionem.

Comitum porro et scabinorum tam iure pa-  
tebat iurisdictio, vt penes eos et criminum,  
et criminalium caussarum esset diuicatio.  
Quamuis enim et magistratus minores delicta  
quaedam, veluti furta leuiora, coercerent: ad  
comitum tamen cognitionem praecipue per-  
tinebant *homicidia, raptus, incendia, depraedationes, membrorum amputationes, parricidia, latrocinia, alienarum rerum inuasiones*, cui patet ex *LYDOVICI Pii, praecepto pro Hispanis Cap. II. et III.* Nec personae, quae in pago isto reperiuntur, vllae praeter episcopos et abbates, exemptae erant a iurisdictione comitum, *LEG. ALAM. tit. XXXVI. §. V.* adeo vt et clerici minores a comitibus delicta quaedam coercerentur, *DECRET. GILOTHAR. II. anno DCXV. §. IV. CAPITUL. CAROLI CALVI ann. DCCCXLIV. §. III.* et de id praescitu episcopi vel praelati fuerit, *CAPITVL. Caroli M. I. ann. DCCLXIX. §. XLII. et CAPIT. Lib. VI. §. CLVI. Lib. VII. §. CLXIX.* *ISAACI Episc. Lingon. canon. tit. XI. §. XII.*

\*) Diserte illa lex: *Qualiscumque, inquit, missus sit, aut vassus ducis, aut comitis, aut qualiscumque persona, nemo negligat ad ipsum placitum venire.* Itaque et ingenui, vel, vti hodie vocantur, equestris nobilitatis viri a comite et scabinis iudicabantur. Atque hinc lucem capite lex *Caroli M.* qua cauetur, *ne quis ad mallum, vel ad placitum, infra patriam, arma, id est, scutum et lanceam, portare velit.* *CAPITVL. III. ann. DCCCVI. §. I.* Armati enim, vt supra obseruauimus, soli incedebant ingenui, iique ante *Caroli M.* tempora procul dubio et ad tribunal armati

armati veniebant, more maiorum, qui et in comitiis confidebant armati, TAG. de mor. Germ. et ad conuiuia armati procedebant, id. §. XXII. et nihil publicae priuataeque armati, agebant. IBID. Cap. XIII. Quum in publicis sedibus, parum tutum videretur, in ius non tamen liceret amplius armatis se nos postea inualuit, vt accusatores petere iudice, *ihnen den frabnbotten zu leyhen, die geschliffene webr außziehen, vnd ihnen gewalttetter hand vortrage.* (Lib. II. §. XXVIII. \*)

## §. XXVI.

comitum, eorumque, qui vel Missorum vel sub eorum dispositione, causas agunt, iudicia. Proximum ergo est, *MISSOS REGIOS* progrediamur, qui et *missi dominici, missi palatii, palatini,* vel *missi a latere,* immo et *missi de latere,* vel *ex latere,* *legati a latere missi,* dicebantur. CAS. DE PRESNE gloss. Lat. Tom. II. pag. 586. Eorumque ordinem e palatio in certas prouincias dicebantur cum amplissima potestate, *de omnibus causis, quae ad correctionem pertinerent deferrentur, quanto possent studio, per ipsorum regia auctoritate corrigendi, et si aliqua difficultas in qualibet re eis obsisteret, id ad regem, vel imperatoris notitiam deferendi.* \*) CAS. DE PRESNE DECCX. §. III. Cap. III. sequ.

Præclarum laudeque dignissimum erat hoc regum Francorum institutum, quo et Romani aliquando videntur, si quid in prouincia esset turbidum. Suae enim in marmoribus memoratur  
P. AQVIVS SCAEVAE ET FLAVIAE FILIVS EXTRA  
FORTEM AVGTORITATE C. CAESAR. EX SC. MISSVS

AD COMPONENDVM STATVM IN RELIQVVM PROVIN-  
CIAM CYPRI CAR. DV FRESNE *glossar. voce mis-*  
*sus.*

§. XXVII.

Tum  
circa  
rempu-  
blicam.

Inprimis vero id negotii dabatur missis illis, ut in comitum, reliquorumque magistratum acta inquirerent, CHRON. MOISSIAC. *ad ann. DCCCXV.* iudicibus, sordide fungentibus officio, potestatem abrogarent, sanctioresque furrogarent, CAPITVL. *Lib. III. §. XXXIII.* de episcoporum, abbatumque vita et moribus ad regem referrent, monasteria et ecclesias coram lustrarent, CAPITVL. *Lib. I. §. CXXI.* prouinciamque latronibus, aliisque prauis hominibus purgarent. CAPIT. CAROLI CALVI *tit. XI. §. I. tit. XII. §. IV. tit. XIII. §. I. tit. XX. §. VII. \*)* Itaque similes hi missi fuerunt iis, quos principes nostri aliquando per dioeceses ecclesiasticas mittunt extra ordinem, ut, si quid prauis moris paulatim irrepserit, id prudenter emendent, vel, si impares se esse emendandis illis vitiis animaduertant, rem ad principes vel eorum sacra tribunalia deferant. Id enim sibi consilii esse, satis perspicue docet Ludouicus Imp. apud ERMOLD. NIGELLVM *Lib. II. editum a MVRATOR. Tomo II. part. II.*

P. 44.

*Nam mihi mente sedet, dederim quod nuper  
in orbem*

*Legatos, populos qui pietate regant.*

*Nunc, nunc, o missi, certis insistite rebus,*

*Atque per imperium currite rite meum.*

\*) De-

Demanda batur itaque hoc negotium non villioris conditionis hominibus, in quos corruptionis cadebat suspicio, sed ditioribus et honoratioribus in re-  
*latio*, puta *archiepiscopis, et reliquis episcopis, et*  
*cum ducibus et comitibus, qui iam non*  
*super innocentibus munera accipere,*  
 HILON. MOISSIAC. ad ann. DCCCII. Quam-  
 his *missis maioribus, uti vocantur in CAP.*  
 CALVI *ann. DCCCLX. tit. XXXII. §. VIII.*  
 undendi sunt, minores, seu *discurrentes*  
 DEGAR. in *chron. Cap. LXXXVIII.*  
 hi sane ex minoribus vasis fuisse, et  
 in hanc illamque provin-  
 ablegati, si quid incideret, quod ac-  
 posse vellent reges. Simile fuit Impe-  
 Romanorum institutum, qui vel libertos  
 provincias dimittebant, acta praesidum  
 vel FRUMENTARIORVM eam in rem  
 bantur, uti ex SPARTIANI *vita Hadr.*  
 discimus, ubi plane egregia sunt, quae  
 istum adnotavit CLAUD. SALMASIUS p. 27.  
 servans simul, eorum in locum a Diocle-  
 poribus successisse CURIOSOS, ex corpore  
 in singulas provincias missos, *ad explo-*  
*annunciandumque, si qui forte motus ex-*  
 AVREL. VICT. in *Dioclet. p. 172. edit.*  
 Tanaqu. Fabrae. His plane similes esse  
 regum Francorum minorum gentium,  
 facili vusquisque animaduer-

### §. XXVIII.

Quemadmodum vero omnia, quae emen- Tum  
 videbantur, ad horum legatorum cu- circa pri-  
 ram et sollicitudinem pertinebant: ita et, si uatorum  
 cum iustitia vel a comite et scabinis, vela causas.  
 buscumque aliis, esset denegata, ipsi ius dice-  
 bant, et viduarum praecipue aliarumque per-  
 sonarum miserabilium curam gerebant. CAPI-

TVL. *Lib. IV. §. LXVI. CAPITVL. CAR. STACVI  
 tit. XVII. §. VII. EDICT. PISTENS. Cap. II.* HINC  
 missi dicuntur *ad iustitias faciendas, et impres-  
 siones popularum releuandas, ANNAL. REG. ad  
 ann. DCCXCVIII. et DCCGKIV. CAPITVL.  
 de cas. S. Gall. Cap. V.* eoque consilio quatuor  
 per singulos annos conuentus iuris et iudi-  
 caussa, diuersis locis, stisque temporibus,  
 puta mensibus Ianuario, Aprile, Iulio et  
 Octobre agebant, eosque Francorum more  
*placita, communi conuentibus et iudicio vo-  
 cabulo, adpellabant. \*) CAPITVL. III. ann.  
 DCCCXII. §. VIII. et Lib. III. §. LXXXII.*

\*) Exstant passim notitiae huiusmodi placitum,  
 seu iudiciorum, a missis dominicis iustitiarum.  
 Sic inter STEPH. BALVZII acta vetera *Capitulum  
 Tomo. II. adnexa num. XXXIV. p. 1467.* iudicium pro episcopo Gerundenli, ob cuius cau-  
 nomen Baschara, anno DCCCXVII. factum, et  
 ex archiuo ecclesiae Gerundenfis, *num. 1467. et  
 n. LXXX. p. 1467.* placitum missis dominico-  
 rum, in quo terminata est lis, quae fuit inter  
 Agilmarum, Archiepiscopum Narbonensem, et  
 Wigerigum, comitem, ubi in priore instrumento  
 memorantur *missi a gloriosissimo domino Carolo,  
 Imperatore, Nifridus, Gerundenfis Episcopus, Cri-  
 stianus item episcopus, seu et iudices, qui iussi  
 sunt dirimere causas, Adroarius, Cirella, Adal-  
 fus, Calbus, Prouasius, Sculpiliarius, et Magnentius,  
 seu et Magnentius et Salo, qui in praesentia  
 aliorum multorum hominum, qui case ipse iudicium  
 adfuerint, causam terminarint. Nifridum ta-  
 men archiepiscopum inter missos tum fuisse, vix  
 verosimile est, nisi credere velis, eum iudicium in  
 propria causa fuisse.*



## §. XXIX.

Nunc iam ergo coniecerunt IOSEPH. VADIA. Ad eos  
 IUS de *manaster*. p. 27. apud GOLDAST. prouo-  
 cari po-  
 terat.  
 ter. *manaster*. III. et CONRING. *de iudic. ver.*  
 §. XVI. prouocationi locum fuisse  
 a comitibus eorumque scabinis ad missos aut  
 palatios, si quis se neglectum tractatum-  
 que ab illis tractatum conquerere-  
 tur. Quibus et ipse rex et palatii comes pos-  
 set appellari, si causa esset maioris momen-  
 ti, et si impares essent vel comites vel  
 palatios amittendae, eo tamen serutato discrimi-  
 ne, ut *missae pauperum et minus potentum*  
 per se ad regem deuolutae, a pa-  
 latios potentiorum ab ipso rege deci-  
 dent. CAPTUL. *Lib. III. §. LXXVII.* Un-  
 de *manaster*. *Lib. IV. §. LXXXII.* edicitur, *ut*  
*missae pauperum et minus potentum*  
*ad regem deuoluantur, et unum diem ad causas audi-*  
*endas sedere uelle.*

## §. XXX.

Nunc iam ergo iudicia EPISCOPORVM. In iudicia  
 sacra  
 quatuor-  
 plicia?  
 illa etiam iurisdictionem paulatim euasisse  
 episcopatum illam, quae a principibus illis in-  
 ducatur, audientiam, in vulgus notum  
 esse, recte autem obseruatum est a CONRINGIO  
 §. XXX. *sequ.* sacra illa iudicia partim  
 ad vitam Christianorum, partim ad  
 vitam clericorum et monachorum, partim ad  
 alias causas, in quibus licebat prorogate iu-  
 risdictionem, pertinuisse: immo fuisse caus-  
 as, quae vel ad concilia & synodos, vel ad pa-  
 pam

pam fuerint delatae: denique de bonis ecclesiasticis etiam aduocatos ecclesiarum ius dixisse, putat. De quibus iudiciis omnibus quaedam hic differere operae pretium omnino fuerit.

### §. XXXI.

Iudicia  
episcoporum  
de vita  
et moribus  
Christianorum.

In vitam et mores Christianorum censuram agere semper licuit episcopis, eatenus, ut extra legem viuentes, si lenioribus remediis locum non dederint, abstentos reddere, iisque sacrorum vsu causa cognita interdicare possent. Apud Francos autem tantus fuit disciplinae illius ecclesiasticae rigor, ut excommunicatus nec sacris interesse, nec cibum potumue cum vilo Christiano capere, nec osculo aut munere excipi, nec saluari a quouam posset. CAPITVL. *Lib. V. §. XLII. et Lib. VI. §. CXXX.* Si ne sic quidem ad frugem redibat diris deuotum caput, regis iussu exsulatum ibat: quin et is, qui cum illo quidquam habuerat commercii, eadem seueritate sacris arcebatur. CAPITVL. *Lib. V. §. XLII.* Nec pro-uocationi ab illa episcopali sententia locus erat, nisi ad iudicium metropolitani. \*) CAPITVL. *Lib. V. §. XLII.*

\*) Recte ergo obseruauit CONRING. *de iudic. vet. Germ. reip. §. XXX.* maiorem apud Francos fuisse episcoporum potentiam, quam vllibi terrarum. *Tam late enim, inquit, patebat hoc iudicium sacrum, ut nihil fere non criminum illuc sensim tra-heretur. Quod ex multis capitularium locis percipere est. Seorsum de perfidis CAPIT. CXXI. libri VI. decernit, ne iudices quidquam de perfidorum excessibus extra sacerdotum conuiuentiam iudicare praesumant. Quae omnia potestatem sacerdotalem supra*

et morem Germanicarum gentium  
 est enim iam alibi interdum idem esse  
 communicationis dudum obtinuisse, cœu li-  
 sola CVII. Synesi, qua excommunicatur  
 Pentapolitanus præses: tamen non pas-  
 is rigor inualuerat, certe apud Ger-  
 gentes tale quid fuerat insolitum. Quam-  
 non mirum est, sæculo IX. in SYNODO  
 CAPITULENSE Cap. XIII. cautum esse, ne epi-  
 pro sentibus et parvis causis quemquam excom-  
 muni-  
 Et notæ sunt NINCARI Rhemensis  
 tione testium veritatis ex illo sæculo IX.  
 de inigni excommunicationum abusu,  
 parte filii MATTH. FLAC. *causal. test.*  
*lib. IX. p. 96. Tom. II.*

§. XXXII.

Episcopi sibi vindicarunt  
 in clericos, monachos  
 et in suis suarum diocesium. Nota  
 de hac de re sanctio CONCILII CHALCE-  
 denensis can. IX. *Si quis clericus habet cum  
 aliquo negotium, proprium episcopum  
 ad se adducat, et ad saecularia iudicia non ex-  
 cursus. Si causam prius apud proprium epi-  
 scopum non fuerit, vel de episcopi sententia apud eos,  
 quos ipse pars elegerit, iudicium agitur.  
 Si aliter praeiter haec fecerit, canonicis poe-  
 nis sententur.* Quem canonem repetit, sua  
 constitutione firmat CAROLVS M. *Capitul.*  
*FDCLXXXIX. §. XXVII. CAPITVL.*  
*LIB. I. §. XXVIII. Conf. Lib. I. §. III. et Lib. VI.*  
*§. CCCXXXIV.*

In cleri-  
 eos, mo-  
 nachos  
 et mo-  
 niales.

At laepe tamen, vbi se crimine quodam, vel  
 homicidio, furto, vel simili, indignos reddi-  
 derant illo fori privilegio, cum episcopi praesci-  
 tu

tu ad tribunalia comitum et scabiorum veniebantur, poens, quam meruissent. Exempla ex EDICTO CHLOTARI REGIS §. IV. CAROLI GALI *Capitul. tit. VI. §. III.* supra adduximus. (§. XXV.) Sed verum et hoc ab usu recessit, ut ne de his quidem atrocioribus criminibus, vlla iudicibus vel imperetur cognitio, ac ne animaduersio quidem, nisi auctoritate et iussu episcoporum.

## §. XXXIII.

Causae in quibus sponte iurisdictio prorogabatur.

Id vero mirum, ac monstro pae simile videtur, Francorum regibus perfunctum obtuisse, ut et alias quascumque causas civiles, siue de possessione, siue de iure et titulo litigaretur, ad episcoporum tribunal pertrahi paterentur. CAPITVL. *CCCLXVI. edit. Baluz.* Ita enim se habet: potuit, quin episcopi omnem potestatem dicendi potestatem paulatim sibi arrogarent. Sed prorogatae illius iurisdictionis auctoritatem tanto maiorem esse existimamus, quanto minus ipsi principes Romani id eorum suis indulgere dubitassent, *l. i. C. Theod. de iuss. iud.* quam cum aliis quibusdam ecclesiasticis generis constitutionibus, tamquam extraneam, Lib. XVI laudati codicis Gothofredi, *GOTHOFREDVS Tomo VI. p. 303.*

\*) Dicit non potest, quam haec constitutio, quae episcopis vtilissima, placuerit canonum compilatoribus, qui ideo omnes eam in suis collectionibus existare voluerunt. Praeter capitulum enim auctores citatum, illam constitutionem in eodem animaduertimus IVONEM *Part. XVI. cap. CCCXII.* et GRATIAN. *c. 11. qu. 1. c. 35.* Sed quamuis illam integram et sinceram esse contendunt

MASTRO COSTA in *Decretales* p. 281. et SEL-  
 DOMUS in *synod. Hebr. Lib. I. Cap. X.* tamen eam,  
 pertractatus argumentis, falsam esse, pro-  
 bat. GOTHOFREDVS in *comment. ibid.* p.  
 304. El sese opposuit sub finem saeculi superio-  
 ris ad DE GENDRE, Antecessor Pariensis, sed  
 cuius libellum me nondum vidisse, fateor.

## §. XXXIV.

Quomodo itaque episcoporum per-  
 tinent jurisdictionis: ita ipsi, tantum abest, Ipforum  
episco-  
porum  
causae  
vbi tra-  
ctatae.  
 ut ad tribumalia iudicum ordinariorum voca-  
 ri possent, ut eorum causae non nisi apud  
 metropolitanum, aut, si hunc suspectum ha-  
 berent, apud primum dioeceseos, vel Pon-  
 tificem Romanum, tractandae essent. CAPI-  
 TVL. *Lib. I. §. CCXXXIV. CCXL.* Plerum-  
 que tamen non solum metropolitani vel prima-  
 tes iudicabant, sed in consilium adhibebant  
 suffraganeos suos, vel comprouinciales epi-  
 scopos, ad eoque causa, in synodo cognita,  
 de communis patrum sententia dirimebatur.  
*synod. franc. ann. DCCXCIV. Cap. VI.*  
 Prouocationem tamen ad pontificem Roma-  
 num solum non nisi sub altera regum stirpe,  
 concessum esse, pluribus iam ostenderunt alii.  
 Est in Carolingia ad prouocationem illam con-  
 cedendam pellecti sunt binis monumentis,  
 quae partim subleuae fidei, partim ἀπεορδι-  
 ον esse, iam pridem demonstratum est. \*)  
 V. CONRING. *de iudic. vet. Germ. reip. §.*  
*XXXII. sequ.* HERT. *notit. regn. Franc. Cap. V.*  
 §. XXXIX.

\*) Nam in CAPITULO *Lib. VII. §. CCCXIII.* pronocatur ad auctoritatem capitulorum in collectione Hadriani, et ad *concilii Sardicensis canonum IV.* Sed sicuti collectio illa *LXXV. capitulorum*, quae sub Hadriani nomine temporibus Caroli M. ab Ingilramo, Episcopo Merensi, in Gallia facta est, permulta habet et interpolata et multa, et huiusmodi sensum deroga, prout conducere visum est ad extollendam Romani pontificis auctoritatem: PETR. DE MARCA *ibid. Lib. III. Cap. V. §. IV. p. 211.* et *Lib. VII. Cap. XX. §. IV. p. 1073.* res canonicas Sardicenses non ad causas omnes episcoporum, sed ad eorum tantum depositionem, quam vocant, nec ad causas a metropolitano et synodo iam decisas, pertinere, nec libertatem provocandi ad ipsos principes tollere, pluribus docent IDEM PETR. DE MARCA *ibid. Lib. VII. Cap. III. supra et CONR. ibid. §. XXXIII.*

### §. XXXV.

Aduocatorum ecclesiasticorum partes in iudiciis.

Superfunt iudicia ADVOCATORVM, vel vicedominatorum, per quos intelliguntur personas siue nobiles, siue ingenuas, sacro quidem ordini non adscriptas, sed episcopis tamen et praelatis adiunctas, eum in finem, ut, quum sacerdotibus parum convenire viderentur in foro litigare, hae illorum loco lites de bonis ecclesiasticis susciperent. Solebant ergo hi lites de bonis ecclesiasticis non quidem decidere, ceu existimavit CONRING. *ibid. §. XXXVII.* sed suscipere pro ecclesiis suis, et has defendere, pro virili, CAR. DV FRESNE *gloss. Lat. voce aduocatus*, immo et pro iisdem, si res ita ferret, certamen singulare subire: cuius rei exempla dedit MABILLON. *act. sanct. ord. S. Bened. saec. III. part. I. n. XII.*

### §. XXXVI.

## §. XXXVI.

Talis fuit sub Francis iurisdictio: nec alia An et iu-  
 ad Alamanos, Boioarios, Saxones, Thu- risdictio  
 ringos, reliquosque populos, qui et in Ger- quae-  
 mania, et extra illam, Francis parebant, erat dam pa-  
 rei iudicariae ratio. Nos id modo obserua- trimo-  
 mus, rariorem illis temporibus, nec tamen nialis  
 place ignotam fuisse iurisditionem patrimo- apud  
 niam, quam domini exercebant in homines Franco?  
 proprios et colonos, \*) immo et in fundos  
 eorum, quamque in locum veteris potestatis  
 dominicae surrogatam esse, ex instituto osten-  
 dimus. *de orig. et indole iurisd. patri-  
 mon.*

\*) Nequaquam alio videntur pertinere MALMANNI, quo-  
 rum hic Carolus M. meminit in diplomate *Osna-  
 br. 1010. DCCCIII. apud SCHATEN. Hist. Westphal.  
 Lib. IX.* Eos enim fuisse rusticorum genus, quod  
 ad *Mallum* mallum vocari, ibique iudicari potue-  
 rat, ipsum horum feruorum nomen satis videtur  
 probare. Sed magis perspicuum est testimonium,  
 quod ex *CHRON. MSC. EBERSHEIMENSI* excerptit  
*Schurt. de iur. dominical. in mantissa p. 574.* vbi  
*Erchonoaldus maior domus, ducatum Germaniae  
 occupans, sedem in villa regia, quae Ebenheim  
 vocatur, vel in castro, in vertice montis fito, Alti-  
 tona dicitur, nunc Hobenburg, insulam Nouientum  
 suae Ebersheim IVRE HERIDATARIO possedit, et mo-  
 nasterium in honorem S. Mauritii dedicauit, et do-  
 tavit XX curtibus, in Sulza, CURTE DOMINICA cum  
 omnibus adpenditiis suis, ecclesia videlicet matrice,  
 cum decimis suis, mansis censualibus atque seruili-  
 bus, agris cum vineis ac pratis, curtibus cum cur-  
 tificiis, familia ministeriali, seruili et censuali,  
 aquarum decursibus, cum molendinis ac forestis, ac  
 toto simul BANNO GENERALI. Praeclarum sane hoc  
 testimonium, ex quo patet, Erchonoaldum mo-*

nasterio S. Mauritii contulisse praedia allodialia, quae tamquam priuatum patrimonium possidebat, et tamen in illis fuisse *curiam dominicalem*, in qua itus dicebatur *emphyteutis*, imo cum abbas haberet *bannum generale*, id est omnem iurisdictionem in familias ministeriales, censuales et seruales. Quae proinde vere erat patrimonialis illa iurisdictio.

### §. XXXVII.

Iudicio-  
rum ra-  
tio post  
Francos.

Eadem fere mansit iudiciorum ratio, ex tunc in Francorum regno, quamuis pauca quaedam mutata paulatim esse in illa temporum perturbatione, non abs re animaduertent *FRANCOGR. CONR. ibid. §. XL.* Fieri enim non potuit, ducibus et comitibus iure veluti hereditario prouincias regere incipientibus, quia et ipsi per alios iura redderent, et paulo difficilius, quam antea, in ius vocarentur. Ad hoc constat, duces, qui prope omnem Germaniam inter se distraxerant, illa temporis pace regnum vsurpasse imperium, adeo, ut Arnulphi, Boioariae ducis ducatum *regnum* diferte vocet *WITICHIND. annal. Lib. I. pag. 637.* Burcardum vero, ducem itidem *tyrannice Suediam rexisse*, testetur *ECKARD. de casib. monast. S. Galli Cap. V.*

### §. XXXVIII.

Regum  
ac Imp.  
causae  
in comi-  
tiis dis-  
cepta-  
tae.

Vt tamen eundem, quem antea, ordinem seruemus, primo in comitiis regni, tum ipsorum regum regiaeque familiae, tum et principum regni, causas tunc etiam disceptatas esse, comperio. Nam quod ad regum at-  
tinet



inet causas, notissimum est, imperii proce-  
 anno eræ Christianæ MLXVI. Tribu-  
 convenientes, Henrico IV. regi denun-  
 tate, aut regno ei cedendum esse, aut fa-  
 miliaritati atque amicitiae archiepiscopi Bre-  
 mensis renunciandum. LAMB. SCHAFFNAB. *ad d.*  
*ann. MLXVI.* Tales disceptationes et in aliis  
 comitiis factas, referunt annales. Vid. LAMB.  
 SCHAFN. *ad ann. MLXXII.* BRVNO *hist. belli Sax.*  
*lib. I. cap. 184. 214.* LAMB SCHAFFN. *contin. ad*  
*ann. MLXXVI.* ALB. STAD. *ad ann. MCCXXXV.*  
 quantum latendum sit, pleraque magis pertu-  
 ratorum, quam more maiorum, et iure legiti-  
 mo, esse maxime quum et Pontificibus ma-  
 ximis in cubido esset consilium, iique sibi in  
 reges, inaudito antea in Ger-  
 mania exemplo, \*) vindicarent.

\*) Hæc demonstravit CONRING. *de judic. vet. reip.*  
 cap. XLIV. sequ. ante Henrici IV. Imp. tem-  
 pore non extare exemplum regis vel principis,  
 a pontifice Romano iudicati. Quamvis  
 tanta sæpe antea periculum fecerint pontifices,  
 in reges et reges et principes suo fulmine terrere  
 potuerunt, idque satis perspicue demonstrari possit  
 exemplis Ludouici Pii, Lotharii, Lotharingiæ  
 regis, Caroli Calui, aliorumque! DUPINVS tamen  
*de antiqua eccl. discipl. Diss. III. p. 279. sequ.*  
 præclare ostendit, et cautius illo tam violento  
 remedio vsos esse præfules Romanos, et illud non  
 ad reges regnis priuandos, sed ad ecclesiasticam  
 tantum disciplinam, fuisse comparatum: fatetur-  
 que tandem p. 280. non posse excommunicationem  
 impedire, quo minus rex regnum administret, regat,  
 gubernet, moderetur, ac proinde non posse subdi-  
 tos a sacramento fidei absolui, vel regem regnandi  
 iure priuari.

## §. XXXIX.

Itemque  
maiores  
princi-  
pum  
causae  
tum an-  
te inter-  
regnum.

Mansit etiam consuetudo, maiores princi-  
pum causas, maxime vero, quae ad eorum  
prouincias, statum, dignitatemque pertine-  
bant, in comitiis seu conciliis ordinari tra-  
ctandi, adeo, vt legitimo modo damnatus  
non videretur princeps, nisi causa in prin-  
cipum, saltim eius prouinciae, vnde quis ori-  
undus erat, (Lib. II. Part. III. §. XLV. 7)  
concilio cognita. Exstant eius rei exempla  
paene innumera, veluti ex saeculo X. Huberti,  
Francorum comitis, LVITPR. *Chron. Lib. I. Cap.*  
*III. OTTO FRIS. Chron. Lib. VI. Cap. XV. WIT-*  
*TICH. Ann. Lib. I. p. 635. MAR. SCOT. ad ann.*  
*DCCCCVIII. Erchangeri et Bertoldi, comi-*  
*tum, ECKARD. de casib. S. Galli p. 10. Berardi,*  
*comitis, de quo diploma apud SACR. Lib. an-*  
*tiqu. Magdeb. §. LXXXVII. seq. Adalberti et*  
*Adalberti, apud REGIN. ad ann. DCCCCLXVII.*  
*ex saeculo XI. Ernesti ducis*  
*Alamanniae, apud WIPPON. vit. Conradi p. 436.*  
*Conradi Bauari, HERM. CONTR. ad ann. MLIII.*  
*Otonis Bauari, LAMB. SCHAFFAR. ad ann.*  
*MLXX. et Ecberti marchionis, apud BEDAM*  
*de episc. Vltraiect. p. 159. ex saeculo XII.*  
*Henricorum, Superbi, et Leonis, patris et fi-*  
*lii, quamuis hunc conquestum nouerimus,*  
*se iniuste esse damnatum, quod, de Sueuia*  
*oriundus, non tamen conuictus sit in terra na-*  
*tiuitatis suae: ARNOLD. LVBEC. chron Slau. II,*  
*24. ex saeculo XIII. Otonis Wittelsbachii*  
*GODOFR. monach. ad any. MCCVIII.*

## §. XL.

Nec post fatale illud interregnum vsque ad Tum-  
 linem Januari XV. aliter sese rem habuisse, re- post il-  
 ce obiteruit CONRING. *ibid.* §. XLVIII. id- lud.  
 que prouenit exemplis sententiarum sub Ru-  
 dolfi Habsburgico aduersus Ottocarum,  
 Boemum, et Henricum, Bauarum, GER. A ROO  
*hist. Boh. sequ.* sub Adolfo Nassonio aduer-  
 sus Henrici Tirolensis filios, AVENTIN. *an-*  
*nal. Boem. Lib. VII. Cap. XII §. VI.* sub Hen-  
 rico VIII. aduersus Boemum, GOLDAST. *Reichs-*  
*statut. Part. II. p. 29.* sub Carolo IV. aduersus  
 Rudolpho Ruperto Palatino, GEWOLD. *de*  
*Septimana. Cap. X. p. 765.* sub Sigismundo, ad-  
 uersus Henricum Bauarum, AVENTIN. *An-*  
*nal. Boem. Lib. VII. Cap. XXIV. §. XLIV. sequ.*  
 nec post aduersus Fridricum, Austriae du-  
 centem, GER. A ROO *hist. Austr. Lib. IV. p. 138.*  
 et Erichum Saxonem Lauenburgicum, MULLER.  
*Reichs-Statut. theatr. P. V. Cap. XIII. §. XVI.*  
*sequ.* atque similibus, communi princi-  
 pum Imperio laterum. \*)

Idem CONRING, *ibid.* §. L. non modo exemplis rem  
 probat, verum etiam publicis Imperatorum et im-  
 perii legibus. Huc pertinet celebris constitutio  
 Fridrici II. anno MCCXXXV. in comitiis Mogun-  
 tina condita, apud GOLDAST. *Reichs-satz. Part. II.*  
*p. VI.* quam primum omnium vernacula lingua  
 conscriptam esse existimat CONR. *de orig. iur. Germ.*  
*Cap. XXVII.* ubi imperator *Cap. XXIV.* statuit,  
*daß der hofrichtter solle die leute richten, die ihm*  
*klagen von allen leuten, ohne fürsten vnd andere*  
*hobe leute, wo es gebet an ihrem leibe, oder an ihr*  
*recht, oder an ihr erbe, oder an ihre ebre, das*  
*wollen wir selber richten.* Quam sanctionem re-

peti obseruamus in constitutione Rudolphi I Imp. ann. MCCLXXXVII. apud LEHMANN. *citras. Tit. Lib. V. Cap. CVIII.* et ALBERTI I. apud SCHNEIDER. *Reichs-satz. Part. II. p. 2.* Sed et in constitutione et Fridrici V. aeuo plura huius generis in CONRING. simulque obseruat, §. LIII. per quos tum compromittere coepisse in arbitrio, tumque esse originem *ausfregorum*, §. LIV. eosque ad armis lites dirimere, quam eas ad Curiam Imperiali deferre, maluisse, denique §. LV. Imperatores Romanos sensum coepisse in iurisdictione iudicium sibi adrogare, aliaque facta esse contra fas et aequum, quae non potuerunt nisi ad Curiam collabascere paulatim Imperatoribus ad Romanos. Quamuis, quod ad *ausfregas* attinet, eas antiquiores, et iam inde a Carolingorum temporibus petendas esse, existimet VLE. ORBECHE. *Alsat. Cap. XII. p. 293.*

## §. XLI.

Caussae minores in aula Caesarum tractatae. Ceterum ex Fridrici II. constitutione, quam in scholio antecedentis paragraphi adduximus, patet, Imperatores et Reges in his temporibus exemplo Francorum, qui in palatio suo habuisse iudicem aulicum, *Hofrichter*, qui caussas minores, ad se delatas, dirimeret, quod etiam patet ex monumentis a beato fratre editis in *antiqu. Gölzar. Tit. III. ad ann. MCCLXXXIX. p. 303. sequ.* ubi praesulit sententias, latas ab Hermanno von *Bonstetten, houerichter fines herrn, des Kinges Re. von Rome*, et *Lib. IV. ad ann. MCCCXYIII. p. 371.* ubi similis exstat sententia Guntheri, *Comitis Schwarzburgici et domini de Ranis, des allerdurchlauchtigsten Fürsten vnd Herrn, Herrn Sigmunds, Römischen Königes, zu allen zeiten*

in *Reichs- und zu Hungarn etc.*  
*Reichs- und zu Hungarn etc.*  
 Add. DATT. *de pace publ.*  
 §. XIX. p. 705. Quum vero  
 paullatim sub Maximiliano I. et  
 imperatorum auctoritate, et princi-  
 paliumque caussae vel ad camerale,  
 illud imperatorum iudicium  
 coepissent: natum inde est illustre iu-  
 dicium aulicum, *der Reichs-Hofrath*, quem  
 sensu et antiquissimum, et sub Caro-  
 lo V. institutum natum esse, recte dixeris. \*)

\*) Et non facile redibunt in gratiam, qui de  
 originibus iudicij aulici istius augustissimi dissentiant.  
 quibus illud tam antiquum videtur,  
 imperium: VFFENB. *de consl. aul. Cap. I.*  
*diff. de iud. aul. §. V.* Aliis sub Ma-  
 ximiliano I. coepisse videtur: IREN. *ad Burgold.*  
*Cap. XIX. p. 46.* aliis a Carolo V. vel  
 Ferdinando I. institutum creditur. HIP. A LAPIDE  
*Part. II. Cap. V. sect. V.* BOECLER. *no-*  
*Lib. XIII. Cap. IV.* Nam uti ipsum iu-  
 dicium antiquissimum: ita a temporibus Ma-  
 ximiliano I. Carolo V. et Ferdinando I. qui novis  
 iudicium hoc firmavit, novam veluti fa-  
 ctem instituisse, certissimum est.

### §. XLII.

Post Carolingorum tempora etiam  
 iudicium comitis palatini Rheni,  
 in istos Imperatores et Reges iurisdictio-  
 nis fuisse, legimus. Quamvis vero falsum sit, co-  
 mitum palatinum vmquam capitis vel damnasse  
 vel damnare potuisse Caesarem vel Regem,  
 idque inter somnia referendum sit, auctoris  
 SPEC. SVEY. *Cap. XXIII. CXLVII. et CLVI.*

et WEICHB. MAGD. *art. VIII.* nec illud in palatino  
admodum antiquum esse, inde colligi potest  
berimus STRVV. *syn. iur. publ. diss. XXIV. tit.*  
quod in Henrici IV. Regis historia, in hoc  
inter eum et imperii ordines gliscens, non est  
trouersus, altum de hoc iudicio Glensio, in  
men ipsam illam iurisdictionem in, quibus,  
quae inter regem et status vertebantur, non  
plane sine exemplo esse, \*) ex ipsius veris  
annalibus ostenderunt laudatus STRVV. *ibid.*  
§. III. et PFEFFING. *Vitriar. illustr. Lib. III. tit. XII.*  
§. XIV. *sequ. Tomo III. p. 880. sequ.*

\*) Et quis dubitet, quin illud funditus in domino  
habeat, cuius ipsae leges imperii, quae in  
VLLA Tit. V. §. III. faciunt mentionem, esse consu-  
lendi omnino interpretes, et in palatino, et LY-  
DEWIG. in *Commentar. Tomo I. p. 100. tit. 1.* Sane  
ne in dubium quidem hanc palatini iurisdictionem  
vocat Carolus IV. sed id tamen videtur, ut  
iudicium non alibi, quam in palatino, et auctoritatis,  
adeoque eo praesente instituat, et in palatino, ut  
iam olim rariora eius rei exempla fuerunt: ita  
multo magis de hodierno eius vi potest dubitari.  
Vid. STRVV. *ibid.* §. IV.

### §. XLIII.

Circa  
comita-  
tus ma-  
xima  
contigit  
hoc tem-  
pore  
mutatio.

Maxima tum mutatio circa comitum iudi-  
cia facta est, ceu recte obseruauit CONING.  
*de iud. reip. Germ. §. LXXXIII.* Nam et mul-  
ti comitatus vni committi, et plures episcopis  
et abbatibus dari coeperunt: plurimi duci-  
bus et principibus cesserunt. Quin quum per  
incuriam aulae regiae inter bella Germanica  
quidam comitatus nemini conferrentur, om-  
nem illam vim ac potestatem alicubi plebem  
occu-

occupasse, exemplo Frisiae demonstrat: cuius et Dithmariae et multorum Heluetiae tractuum exempla possent addi, nisi id in vulgus notum esset. Denique plerosque, immo omnes paene comitatus, factos paulatim hereditarios, vel saltem feudi iure possessoribus concessos esse, tam notum est, quam, quod est iustum.

## §. XLIV.

Eiusdem et hac epocha aliquamdiu durabat comitum iurisdic-  
 tio. Quamuis enim comitatus plerique in patrimonium cederent principibus et comitum potentiorum: Imperatores tamen et Reges iis saepe adiungebant alios, eodem titulo fulgentes, \*) qui res fiscales curarent, et de illis, nec non de criminibus, ius dicerent, ceu probarunt GVILLIAMS *Absp. Lib. IV. Cap. II.* et ex eo, variorum diplomatibus et annalium testimoniis HERBERTUS *consult. leg. et iudic. in spec. Imp. Rom. Germ. rebuspubl. §. XIX.* Quin eo vel maxime pertinent comites palatini, in prouinciis et ducibus primariis Germanis superstites, veluti comites palatini ad Mosellam, *annal. Treu. Lib. XV. ad ann. MCXLII.* *ibid. XI. ad ann. MCXI.* Sueviae vel Tubingenses, Boioariae, Saxoniae, immo et Lusaniae apud LAMB. SCHAFFN. *ad ann. MLXII.* ad quorum officium vel id maxime inter cetera pertinuit, vt, quoties de rebus fiscalibus imperatorum in illa prouincia lis oriretur, de ea ipsi ius dicerent, ceu ex CONRING. *consur.*

Nec tamen plane comites ius dicere desierunt.

*dipl.*

*dipl. Lindau. cap. XI. docet idem HERT. ibid. p. 442. sequ.*

\*) At postremis temporibus raro illi comitis vocabulo locus fuit, sed si in aliqua prouincia Imperatori bona fiscalia essent, iisque aliquis iuris dicendi causa praeficiendus esse videretur: illis ADVOCATORVM vel prouincialium, vel terrae alicuius, nomen datum. Et notae satis sunt advocatia prouincialis Alsaciae, (*die Landvogtey in Elsass*) advocatia Plauiensis, vnde hodie praevalent tractui vicino haeret nomen *des Voigt-landes*. Alios terrae advocatos in MONIM. WYRTENB. et quidem in *dipl. monast. Pfulling. n. V. et VII. et Bebenhus. n. XIX.* obseruauit HERT. *ibid. p. 443. sequ.* Alicubi et comitum, et aduocatorum illud nomen euitit, at mansere tamen iudicia, quae et hodie in terris principum et ordinum imperii exercentur Imperatorum nomine, vocanturque *Kayserliche Landgerichte*, qualia nostris temporibus non solum in Sueuia et Franconia, sed et in aliis Germaniae prouinciis supersunt. Eo enim refertur potest iudicium prouinciale Mittelhufanum in Thuringia, de quo FR. CHRIST. PAVLLINI *annal. Henob. p. 206.* Hennebergicum Wafungense, de quo FRANGENS. *chron. Henneb. p. 179.* et alia.

#### §. XLV.

Principes et comites iam per alios iudicabant.

Hoc ergo rerum statu iurisdictionem rariius *αἰσῶς* penes comites fuisse, sed principes comitesque in terris suis per alios iudicidisse, facile est ad existimandum, ita ut tum potissimum vbique contigit, quum principes bona illa fiscalia regum vel regni praerogaque, immo et iudicia ista prouincialia, quae passim per Germaniam supersuisse diximus, paulatim in beneficium accepissent, aliisque titulis sibi illa peperissent. \*)

\*) Sic



\*) Sic imperialem advocatiam in Alsatia, antequam genti augustae Austriacae hereditaria fieret, non nisi personale officium fuisse, quo functi sint anno MCCLXXVI. Conradus Wernherus de Hadistadt, anno MCCLXXXI. Otto de Ochsenstein; collegam anno MCCXCII. nactus comitem Cattimelibocensem; anno MCCXCVII. Theobaldus, comes Phiretarum, anno MCCXCIX. Ioannes de Liechtenberg, anno MCCCVIII, Sibotho de Liechtenberg, ex genuinis ac coaevis monumentis demonstravit VLR. OBRECHTVS *rer. Alsat. prodrom. Cap. XIII. p. 318. sequ.* Ita et *Voigtlandiae* advocatiam initio munus personale fuisse, antequam cederet Meraniis, probabile est. Hi vero hoc potiti munere, commodissimam deinde nacti sunt occasionem, variis oppidis, castris ac villis, et tantum non tota provincia potiundi, ceu recte suspicatus est V. C. IO. DAV. KOELER. *diff. de duobus Meran. et comit. de Andechs §. XX.*

### §. XLVI.

Immo potius ab illo tempore singuli pagi, qui olim singulos comites habuerant, in multas particulas ac minores tractus distrahi coeperunt: quorum alios principes et comites per praefectos, (*ambt-leute* vel *schösser*, *voigte*, *pfleger*.) administrarunt, alios urbibus, nobilibusque, vel equestribus familiis, vel in feudum dederunt, \*) vel simpliciter, siue venditione, siue pignoris iure, siue aliis titulis, in alios transtulerunt: quamvis id iure fieri negarit SPECVLATOR SAKO *Lib. III. art. LXIV.* Vid. CONR. *ibid. §. LXXXV.*

\*) Et quidem in SPEC. SVEV. *Cap. CVII.* et IVR. PEVD. ALAM. *Cap. CXXXIV.* monemur, *die dritte band möge nicht mebr fürbaß gericht leihen, daß es den leuten an ihr leib, oder an ihr blutvergiessen gieng.*  
Cuius

Cuius loci is sensus est, Imperatorem vel regem primam iurisdictionem in feudum dare solent, hunc alii, qui eius vice iudicet: ultra vero subinfeudari iurisdictionem non posse, quamvis eoquin feudum aliud ad septimam manum posse peruenire. Mihi eodem capite CVII. in speculator: *Die erste hand des gerichtts, das ist der König, die ander hand des gerichtts, ist, der der König leyhet; die dritte hand ist, die es einmahl anders darleyhet. - - Wer es darüber thut, der wird wider Gott, und wird an allem dem schuldig, über den da die vierte hand richtet.* At in speculo sax. Lib. III. art. VIII. etiam ad quartam manum peruenire posse iudicia, docet REKOVIVS, posse adfirmari etiam animaduertimus in IVRE PRAE. SAX. Cap. LXXII. Quod dissidium facile et sine palueris iactu componi posse, existimat celeberrimus THOMAS. *diff. de iurisdic. et magistr. diff. secundum mor. Germ. §. LXII.* si distinguamus terras imperii *mediatas*, in quibus ad quartam, et *immediatas*, in quibus ad tertiam tantum manum peruenire potuerit iurisdictionis feudum, sed quum non extra omnem dubitationis aleam posita sit haec distinctio, quam et ipse repositus postea dimisit: non abs re dixeris, diuersos esse in re, uti et in aliis, fuisse Saxonum et Suenonum mores.

### §. XLVII.

Quibus  
praece-  
rant iu-  
dices  
tum or-  
dinarii,  
tum vi-  
carii.

Iudices vero isti, quos principes comitesque praeficiebant certis prouinciarum harum tractibus, vel *ordinarii* erant, vel *vicarii*. Iudices ordinarii ius dicebant de causis maioribus, veluti de criminibus, ob quae quis de capite vel membris periclitabatur, et de actionibus in rem, eorumque vnus tantum eidem tractui praerat, qui ter quotannis conuentum iuris dicundi causa indicebat, ad quem omnes

omnes provinciales, tum equestrium, tum plebeiorum natalium, confluebant. THOMAS. *ibid.* §. LXXI. *sequ.* Vicarius iudex non modo in consilio erat iudici ordinario, ius dicenti, sed et solus minoris momenti lites, tum civiles, tum criminales, dirimebat, eorumque causas esse poterant, singulis minoribus causis praefecti. THOMAS. *ibid.* §. LXXV. *sequ.* Immo et fuisse vicarios iudices ab ipsis provincialibus electos in causis repentinis, quos *gograuios* vocabant, IDEM *ibid.* §. LXXXIII. et ante eum CONRING. §. LXXXVI. observantur. \*)

\*) Quomodo ergo vicarios ordinarios, qui plebeiorum *sebultzen*, vocabantur, ab ipso iudice ordinario eligebantur, vel iurisdictionem ab eo in consilio accipiebant: ita qui ab ipso populo vel a provincialibus eligebantur, *gograuii* adpellabantur. Fundus huic rei est locus SPECULATORIS SAX. *Lib. I. art. LV. LVI. LVII.* quem fufius explicat CONRING. *ibid.* §. LXXXVI. vbi etiam observat, de hoc *gograuiis*, quorum fere momentanea et vno actu iudiciali, (puta *einem gericht über handhaffte sachen*) circumscripta erat iurisdictione, discernendum esse alterius generis at eiusdem nominis *gograuim*, qui et de aliis criminibus iudicabat, de quo SEC. SAX. *Lib. I. art. LVIII.* *Welchen gograufen man aber kiese zu LANGER ZEIT, den soll der graff oder marggraß belehnen, vor dem thut man auch leute in die acht, das ist, in die rug. Der mag auch wol übernächting ungericht richten. Wann der graff kommt zu des gografen ding, so soll des gografen gericht niedergeleget seyn.* Similes his posterioribus fuerunt die *bauermeistere*, de quibus SEC. PROV. SAX. *Lib. I. Art. II. XIII. LXVIII. Lib. II. art. XIII. Lib. III. art. LXIV.*

## §. XLVIII.

Omnes  
hi debe-  
bant esse  
ingenui.

Hi omnes et ipsi ingenuis natalibus cense-  
bantur, et scabinos habebant in consilio, non  
nisi ingenuos, (*Schöppenbar-freye.*) Ita enim  
IVS PROV. SAX. *Lib. III. art. LXI.* *Es mög nie-*  
*mand schuldheis geseyn, er sey dann FREY, vnd*  
*von dem lande geböhren, da das schultheisibuch*  
*oder gericht innen lieget. Et Lib. II. art. XII.*  
*Schöppenbar-freye laute, mögen vrtheil finden*  
*über einen jeglichen mann. Es mag aber über*  
*se kein mann vrtheil finden, das ihnen an ih-*  
*ren leib, oder an ihre ehre gehet, oder an ihr er-*  
*be, noch vrteil schelten, er sey ihnen dann*  
*ebenbürtig.* \* Numerus scabinorum, quem ad-  
modum iam sub Francis, ita et hoc temporis  
tractu, erat varius. Pauciores tribus esse non  
posse, olim iudicarunt scabini Magdeburgen-  
ses apud GRYPHIANDR. *de Weichb. Sax. Cap.*  
*LXIV. n. IX.* Plerumque tamen XII. erant,  
ceu patet ex IVR. PROV. SAX. *Lib. I. art. II.*  
*WEICHB. art. X. et XVI. \*)*

\*) Non duodecim, vti ex his locis colligit *BRUNNER*  
*de scabin. Cap. VI. §. III.* Nam duodecimostum  
denuum erat scultetus, si ipse comes vel burgra-  
nius iudicaret. Hinc mira philosophia glorio-  
ris ad *WEICHB. art. XVI.* *Vnd daß die elf schöppen*  
*seyen, die bedeuten die elf jünger vnser herren, vnd*  
*als der zwölffte, (das war ludas) verworffen war,*  
*da blieb Christus ihr vnd vnser haupt. Vnd der*  
*richtter ist der zwölffte.* Aequae frigida sunt, quae  
sequuntur, quibus nos iam, quum tam multa ma-  
gis necessaria dicenda supersint, non immoramur.

## §. XLIX.

## §. XLIX.

In fœderis iudiciis etiam officio exsequi-  
 tur. *der FRONBOTE*, vel *officium*  
 uti vocatur in SPEC. SAX. *Lib. III.*  
*Cap. XXVI.* qui, quàmuis suppli-  
 casset ab hominibus, teste glossa *IVR. SAX.*  
*art. LV.* *IVR. SVEV. Cap. XXXVI.* tantum  
 abest, ut ex faece hominum fuerit, aut  
 in macula laborarit, ut liberum esse  
 putaretur, et honorabile fuerit eius munus,  
 iurisdictioe coniunctum. *IVS*  
*Cap. XXXVI. WEICHB. art. VIII.* Sane  
 pro duorum testimonio ha-  
 bebatur, et cautela ei solvenda, (*die buße*)  
 duplo maior, quam plebeiorum. *IVS PROV.*  
*SAX. art. VIII. IVS PROV. SVEV. Cap.*  
*CCVII.* Sicut dicebat de iis, qui aliquem ver-  
 berant, vel pulsauerant, ita ut tumesceret  
 mensura, vel sanguis sine vulnere, (quod  
 vocatur *vine fleischwunde*), eliceretur. *IBID.*  
*art. LXVIII.* immo et de aliis criminibus,  
*non ungericht*, *WEICHB. art. VIII. et XXVII.*  
 iurebat pœnitenti, quod honorificum apud  
 Germanos erat, nec tamen gladius incede-  
 re, quippe sacrosanctus, satisque tutus ipsius  
 in pœnitentiæ, \*) qui, audito eius clamore,  
 iurisdictione statim concurrere tenebatur ad  
 iudicium ferendam. Quin iure gaudebat de-  
 capitali sententiam pas-  
 sentendi, *also dass er ihn zu lösen geben*  
*konnte.* *IBID. Lib. III. §. LVI. SVEV. Cap. XXVI.*  
*sequ.*

\*) Hoc et nomen innuit. *Fron* enim veteribus erat sanctus, adeoque *fronbothe* nuncius vel viator sacrosanctus. Vnde errare diversis opinionem ad IVR. PROV. SAX. Lib. I. art. LIII. *Der fronbote, das ist der büttel. Kod heist der frone aus zweyerley sachen: zum ersten, daß er zu seinem amte schweren muß, zum andern, daß er Gottes rächer ist. Rectius doctor glossa ad Lib. III. art. LV. vbi ipse iudex, der belandete richter vocatur der rechte fronboth. Ein fronboth heist so viel, als ein heiliger botte oder knecht Gottes, vnd er mag die leut ohne sünd vnd peynigen vnd toedten - - Siehe nun wol an, ob fronbot, oder scharfrichter, daß du das machst mit der that habest, vnd sey gerecht, du wirst heilig genant.* Hoc sensu OTFRIDVS *cap. 1. c. 66.* Gabrielem angelum vocat *boten fron* nuncium sacrum, ipsumque Christum *den fron*, sanctum Dei III, 16, 6. Ceterum dicitur antiquum vocabulum in iudicio regio civitatis Halensis, vbi et hodie adparitor vocatur *der fronbothe frohn*.

## §. L.

Qualia iudicia municipalia?

At qualia iudicia in vrbibus municipiis, quorum hoc temporis tractu quam plurima condiper Germaniam coepisse, diximus? Et municipes suberant iudici ordinario, eiusve vicario, sculteto, qui a SPECVLATORE SVEVO vocari solet *der burggraff*. THOMAS *de iur. d. et magistr. diff. §. LXXXII.* Id enim perspicue probari potest ex IVR. PROV. SVEV. *Cap. CXV. §. I. et II. et Cap. CCCXC. §. II. et III.* Ita et reges in vrbes imperiales mittebant aduocatos, *die reichs-voigte*, quorum vicarii erant *die reichs-schultheissen*, de quibus plurimum HEIDERSVS. Consules ac decuriones non nisi de rebus

ius ad decus ciuitatum pertinentibus ex de-  
 natione iudicis ordinarii iudicasse, veluti  
 ponderibus et mensuris, de obsoniis in  
 foro venalibus, denique de carnibus, pane,  
 milibusque rebus, patet ex WEICHB. *art. XIX.*

*II. sequ.*

§. LI.

In primiero a saeculo XIII, gliscentibus vr-  
 bium opibus, prouinciarum ac territoriorum  
 homini saepe omnem iurisdictionem in mu-  
 nicipes, tum criminalem, tum ciuilem, ipsis  
 decurionum collegiis vel in feudum dede-  
 runt, vel vendiderunt, vel per modum pri-  
 uilegi concesserunt, immo et aliquando lo-  
 carunt, vel oppignorarunt. Vid. HERT. *de*  
*consul. leg. et iudic. in special. imp. Rom. §.*

*XXII.* Quod multo magis factum ab impe-  
 ratoribus et regibus, qui plerasque aduoca-  
 tias urbium imperialium decurionibus permi-  
 serunt. *LAMM. chron. Spir. Lib. IV. Cap. XXXII.*  
*historisch. bericht von den reichs-voigt. p. 13. 9t.*  
*et apolog. Cap. II. p. 154. \*)* ita, vt et iis locis,  
 vbi et hodie praefides horum iudiciorum vo-  
 cantur *reichs-schultheisen*, ii tamen non ab  
 imperatoribus, eligantur. Conf. KNIPSCH. *de*  
*cons. imp. Lib. II. Cap. VI.* HEIDER. *apolog. von*  
*reichs-voigt. Cap. II. p. 156.*

Neque tamen omnes istae aduocatae, vel praes-  
 tantes cesserunt collegiis decurionum, vel ciui-  
 tatibus, sed quaedam etiam vicinis episcopis,  
 ducibus, comitibus in feudum datae sunt. Ita  
 aduocata Coloniensis, olim comitibus Arensber-  
 genibus data, ab his postea cessa est archiepi-

scopis Colonienſibus. KYRIAND. *annal. Treu. Part. XIII. p. 106.* Officium ſculteti Ratiſponenſis eſt feudum ducis Bauariae. HVND. *metrop. Salisb. Tomi. I. p. 220.* De officio aduocatae et ſculdaſiae in ciuitate Northuſana videndum WEHN. *obſeru. pract. ſub voigtey p. 645.* cum eoſque iungenda ſcripta, quae noſtra memoria, ceſſis domui Regiae Pruſſicae hiſ iuribus, publico nomine prodierunt. Alia huius generis exempla complura collegit auctor *Apol. von reichs-voigt. praelim. IV. et VIII.*

## §. LII.

Iurisdic-  
tio pa-  
trimo-  
nialis  
nobili-  
um.

Multo minus dubitandum eſt, quin eodem tempore plerique praediorum poſſeſſores iurisdictionem patrimoniam exercuerint in ſubditos ſuos, eorumque praedia. Quin quum ea iam inde ab antiquiſſimis uſque temporibus nihil aliud eſſet, quam poteſtas herilis Germanorum in ſeruos eorumque praedia: illa a ſaeculo XIII. magnopere amplificata eſt, principibus plures iurisdictiones ſibi tum ruri, tum in oppidis, competentes, vaſallis ſuis vendentibus. Exemplum eſt apud ADEZREIT. *Part. I. Lib. XXV. §. XXVI.*

## §. LIII.

Miſſo-  
rum re-  
giorum  
an adhuc  
quae-  
dam iu-  
riſdictio  
fuerit?

Quae ſupra de miſſis regum eorumque piacitis obſeruauimus, ea hoc aeuo plane in deſuetudinem abierant, niſi quod adhuc ſub Ottonibus *miſſorum regiorum* mentionem fieri obſeruat CONRING. *de iudic. Germ. §. LXXXVIII.* quemadmodum et *miſſorum diſcurrentium* adhuc anno MCC. veſtigium in diplomate Henrici II. Imp. Oſnabrugeniſi notauiſſe



SACIET. *de ducat. Thuring. Lib. IV. Cap. VII. §. III.* Neque tamen in eo suffragari illumus laudatissimo CONRINGIO, quod eorum potestatem in duces potissimum translata fuisse, suspicatur.

#### §. LIV.

Illud monere vix operae pretium fuerit, Adpellationum saepe et remediis suspensiuus, et deuolutiuus, vfos esse maiores. De prioribus infra commodior erit dicendi locus. De posterioribus notandum, grauatos a sculteto prouocasse ad iudicem ordinarium, et ab hoc vel ad principem, vel ad Regem. IVS PROV. SAX. *Lib. II. art. XII.* WEICHB. *art. XVII.* IVS PROV. SVEV. *Cap. LXIII. CVII. §. I. et III.* Immo et id inualuerat, vt vrbes, qui aliarum vrbiu iura municipalia adoptarant, in caussis dubiis ad has vrbes, veluti metropoles, eorumque scabinatus, prouocarent, vel saltim missis ad haec tribunalia actis, quaererent, standumne priori sententiae, an ea mutanda videretur? \*)

\*) Licebit hic repetere, quas de his adpellationibus collegimus in *hist. iur. ciu. Lib. II. Cap. II. §. LXXXV.* \* Auctor est IO. SIBRANDVS in *iur. publ. orb. Lubec. Part. I. sect. X. n. VII.* Rostochienses, quia iure Lubecensium vtebantur, adpellationes a tribunali suo derulisse ad Lubecense. IDEM *v. XV. p. 102.* profert priuilegium, Stralsundensibus datum anno MCCCXIV, quo permittitur ciuibus, *dass sie mögen vnd sollen ihre beschuldete vrtheil fübren vnd holen zu Lubeck.* De adpellationibus Neomagensium ad scablnatum Aquisgranensium deuolutis, similique more apud

Belgas passim obuio quaedam haut vulgaria differit IO. IS. PONTANVS *bist. Geln. Lib. I. p. 50.* quibus ex CONRING, *orig. iur. Germ. Cap. XXVIII. p. 169.* addimus, alias quoque vrbes Rhenanas partim Aquisgranum, partim Coloniam, prouocare solere in caussis dubiis. CONF. NOPP. *ch<sup>ron.</sup> Aquisgr. Lib. III. num. XXII. p. 61. et num. XXIII. p. 63.* Helmstadienses a tribunali magistratus sui ad consistorium Magdeburgense, id est, ad scabinatum illius vrbis, solitos esse adpellare, refert Magnus, dux Brunsvicens. et Ioannes, abbas Werthinensis, in diplomatibus ann. MCCCLVIII. apud IO. ANDR. SCHMIED. *de Helmstad. per frawenradam adstricto p. 6. 8.* Vnde non mirum, ipsos Polonos, Boemos, et Silesios Halam, vel Magdeburgum, a quibus ius acceperant, prouocasse. WEICHBILD. *art. X. §. I.* quem morem in Polonia sustulisse anno MCCCLVI, Casimirum II. Regem, tradit MECHOV. *Cbron. Polon. Lib. IV. Cap. XIX. p. CCXXVII.*

### §. LV.

Origo  
curiarum  
pro-  
uincia-  
lium.

Enimuero ne externae illae vrbes a ciuibus suis, tamquam oracula, consulerentur in caussis dubiis: principes exemplo regum et imperatorum paullatim in aulis suis vel vribus primariis instituerunt curias prouinciales supremas, *hoff-gerichte*, vel *land-gerichte*, \*) quas adpellarent ciues, qui, sibi grauamen a iudicibus illatum esse, existimarent. De earum antiquitate agens HERT. *de consult. leg. et iudic. in special. imp. Rom. Germ. rebuspubl. §. XXI.* ex CVSPINIANI *Austr. p. 47.* adducit chartam Ludouici et Fridrici archiducum, ann. MCCCXXV. scriptam, qua statuitur: *Wir sollen auch beyde aynen hoffrichter, vnd aynen hoff-schreiber haben, daß vnser gericht vngethei-*

*theilet sey.* Ita idem obseruat, iudicium prouinciale Palatinum institutum esse anno MCCCCLXII. TRITH. *chron. Spanheim. ad dict. ann.* Ultraiectinum anno MCCCCLXXIV. REV. *hist. Dauentr. Lib. II. ad dict. ann.* At antiquissimum est iudicium prouinciale Hermannii Landgrauii Thuringiae, cuius iam anno MCXCIX. mentio fit apud PERTVCH. *chron. Port. II. p. 52.*

\*) His curiis praeerat *der hoff-vel land-richter, land-drost, land-voigt, lands-hauptmann*: cui addebatur, qui ab actis esset, scriba vel notarius, *der hoff-gerichts-schreiber* vel postea *protonotarius*. Quum vero ita ferrent Germanorum mores, vt non vni et soli esset iuris dicendi potestas, sed ei certi adfessores essent in consilio: horum quae antiquitus fuerit ratio, eleganter ostendit SECKENDORFF. *hist. Lutheran. Lib. I. §. LXXV. addit. lit. g. p. 117.* Notari hac occasione meretur mos priscus illius temporis. Principes nempe in aulis praeter cancellarium, quem rudioribus saeculis primarium scribam, den obersten schreiber, vocabant, et plerumque ex clero, qui tunc solus fere litteris imbutus erat, sumebant, non nisi viros ex nobilitate prouinciae, et praefectos arcium et oppidorum in negotiis publicis consiliarios habuisse, ad quae hodie adhiberi solent, qui intimi, (*die geheimen rätbe*) nominantur. Causas vero et litigia partium in iudiciis, certo tempore constitutis, accitis ex academiis et oppidis iurisperitis tractasse. Iudicia illa vocabantur aulica, (*hoff-gerichte*,) in loco, vbi princeps erat, et quando opus esset, indicta. Posteaquam vero tempore Caroli V. non solum causae religionis, sed et aliae politicae et publicae, indies magis arduae et difficiles principibus occurrerent: iurisperiti iam non in academiis solum frequentius consuli coeperunt, sed et in aulis ad deliberationes aduocati, constantem ibi sedem et domicilium constituerunt.

*Ita factum est, ut praesentibus legem et, quodam  
causarum peritis, sine consiliariis literatis (es-  
lebrte rätbe,) quotidie cognosci de libris legum  
summarie quidem ab initio coepit, et  
ca conuentione finita sint iurgis, remissa  
illa ordinaria, certis anni temporibus, hoc  
constanter habenda, causis intricatioribus. Haec  
est vera iudiciorum siue curiarum, quae hodie in  
provinciis Saxoniciis singulis trimestribus, in  
libertate et ICtis conuenientibus adfessoribus, in  
posito primario ex equestri ordine viro, in  
dicem aulicum, (den boffrichter) vocat celebran-  
tur.*

### §. LVI.

Iudicia  
sacra ho-  
rum  
tempo-  
rum,

De iudiciis sacris nihil est quod addamus  
iis, quae accuratissime differuit *CONING. de iu-  
dic. Germ.* vbi §. *LXVI.* obseruat, causas epi-  
scoporum dubias, non sine iniuria metropoli-  
tanorum fere omnes ad se traxisse pontifices,  
§. *LXVII. sequ.* eosdemque nihil reliquifecisse  
ab Hildebrandi temporibus, vt omnia imp. et  
regum Germaniae iurisdictionem circa perso-  
nas et res sacras euerterent, idque consilium,  
obnitentibus licet pro virili imperatoribus, iis  
felieiter cessisse: §. *LXX.* iudicia episcopo-  
rum, inuecto saeculo XIII. in Germaniam iu-  
re canonico et pontificio, \*) facta esse tae-  
diosissima, et tum potissimum coepisse impe-  
ditam illam ac perplexam procedendi ratio-  
nem, de qua iam saeculo XIII. conquestus sit  
ABBAS VRSPERGENSIS: §. *LXXI. sequ.* episcopos  
et abbates Germaniae pleraque iura superio-  
ritatis territorialis paullatim impetrasse, bona  
ecclesiastica ab oneribus publicis immunia  
reddidisse, aduocatorum quoque iurisdictionem

nam cessasse, cognitionem porro de bonis ecclesiasticis sibi pontificem vindicasse: monasteria plura subtracta episcopis, ab eorumque iurisdictione exempta, soli pontifici subesse coepisse, denique in ipsos laicos tam arduum sibi adrogasse episcopos, vt innumeræ audiatæ sint vsque ad felicem illam temporum reparationem querelæ, innumera gravamina.

) Id quando in his terris factum sit, accurate notant auctor CHRON. MONT. SER. ad ann. MCCV. p. 79. vbi hæc legimus: *At hoc primum fratres Sereni montis adpellationis et verborum decretalium, cuius hactenus ignotorum, usum habere coeperunt, quorum rerum præfati Tiderici electores, a Bertoldo, Mersburgensi præposito, et Henrico, eius fratre, informati, auctores fuerunt. Egregium sane, notatuque dignissimum de vsu huius iuris, in hoc terrarum tractu inualescente, testimonium.*

## §. LVII.

Nihil adhuc diximus de IUDICIIS WESTPHALICIS, quæ nihil aliud erant, quam iudicia criminalia, primum ab Imperatoribus instituta inter Rhenum et Visurgim, et eorum nomine habita, postea principibus in feudum data, qui vocabantur *Stuhl-herrn*. Hi tribunali præficiebant iudicem, vocatum *den frey-graffen*, qui sibi legebat adseffores, *frey-schœpfen* vel *stuhlgemessen*. Hi diro adacti sacramento, animaduertebant in facinorosos homines, omniaque tam clam habebant, vt iudicia illa inde nomen sortirentur, *der heimlichen*.

*chen gerichte.* Enimvero quum et de causis ciuilibus cognoscere auderent hi iudices, et iurisdictionem per magnam Germaniae partem sibi adrogarent, et ipsa iudicandi ratione ac faeuitia terribiles omnibus essent: non mirum profecto est, plerosque imperii ordines primum exemptionem impetrasse, ac ipsos demum reges ita reformasse haec tribunalia, vt, quamuis plane abolita dici nequeant, vix tamen ibi ita hodie vnam moueat Minos, vt terrori sint exteris. Sed occuparunt hanc materiam GRYPHIANDER, FREHERVS, CONRINGIVS, MENKENIVS, HERTIVS, DATTIVS, THOMASIVS, post quos Homeros Iliada nos scribere volumus.

## §. LVIII.

Axiomata de veterum Germ. iurisdictione.

Ex his vero, quae ex antiquitatibus Germanicis collegimus, discimus I) in Germania semper iudices vel ordinarios, vel vicarios fuisse. II) Iurisdictionem criminalem a ciuili non fuisse seiunctam, antequam istud ius in vrbes et dynastas transferretur. III) Iurisdictionem patrimoniam nobilibus competentem vere esse potestatem veterum herilem, iurisdictionis σχήματι paullatim indutam. IV) Alia fuisse iudicia statuta et ordinaria, ob quae conuentus iuridici certis temporibus indicebantur, \*) alia extraordinaria et repentina, quae priuatim et veluti clausis cancellis, quoties opus erat, habebantur. V) Omnibus iudiciis praefuisse iudicem, eique adsedisse scabi-

scabinos, et adparuisse viatorem, quem supra diximus *den fronbothen*.

\*) *Talem placitorum*, (ita enim medio aetate vocabant conuentus, iuris dicendi causa indictos,) saepiuscule mentio fit in diplomaribus. Charta Adelheidis, abbatissae Gandersheimensis ann. MGLXXXVIII. apud LEVKFELD. *antiqu. Gandersh. Cap. XXV. §. XVII. p. 305: Gandersheimensis Aduocatus suae principalis, suae quislibet alius, vice principalis institutus, feminarum oppressiones, rapinas, furta, latrocinia, seditiones sanguinarias, et causas pecuniarias, coram ipso legitime propositas, sententialem iudicabit. TRIBVS VICIBVS IN ANNO SOLLEMNI IVDICIO praesidebit, in quo tam licet, quam forenses homines comparebunt. Similium conuentuum, ter quotannis indicendorum, mentio fit apud MIRAEVM *donat. piar. Cap. LIII. p. 62. et alibi passim. Contra ea existat diploma apud ill. DE LVDEWIG. reliquiar. MSSC. Tom. I. p. 6. vbi Rodolfus, Episc. Halberstadiensis, aduocatae coenobii Eilwardesdorffensis iura anno MCXLVII, describens; De singulis, inquit, mansis duo maltra frumenti et unum ansegem aduocatus singulis annis recipiat, hac conditione, ut in LEGITIMIS PLACITIS suis homines sub obseruatione quadam, vulgo dicta VARA, adstare, et respondere non cogat. Vnde patet, huiusmodi placitum dictum esse vara, procul dubia a Germanico *fabr* vel *gesabr*, quia hic unicuique licebat, alterius delicta deferre, adeoque suo quisque periculo sese sistebat huic iudicio. Obtinebant tamen et alia nomina. Sic in Marchia vetere notum est huiusmodi placitum, quod vocatur *lotding* et *botding*, et in vicina Marchia media, *das voigt-geding*. *Ding* enim vel *geding* est iudicium, *laten* et *hieten* vel *gebieten*, est citare et indicere, adeoque *lotding* et *botding* nihil aliud est quam placitum indictum, *ein geboten ding; voigt-geding*, conuentus iuridicus ab aduocato indictus.**

## §. LIX.

An et  
hodie  
iudices  
vicarii?

Quum ergo in Germania iudices semper fuerint vel ordinarii vel vicarii: (§. LVIII.) facile reddi poterit ratio 1) cur non modo in plerisque praefecturis paullo amplioribus praefecto primario adiungantur vicarii, veluti *land-richter*, *ambts-verwalter*, *bourgs-vo-gräffen*, *amts-schulzen*, verum etiam 2) in maioribus tribunalibus noti sint *vicecancellarii*, *vicarii praesides*, *vice-praesidenten*, *vice-bass-richter*. Quin 3) eiusdem originis alieubi in vrbibus sint proconsules, et 4) in ecclesiasticis iudiciis subaduocati, quorum saepissime et in veteribus monumentis fit mentio. \*)

\*) Quemadmodum enim saepe principes maiorum maiores ecclesias vel monasteria condiderant, sibi ius aduocatae reseruauerant, (cuius rei exemplum exstat in *KETNERI diplom. Guedob. p. 7.*) vel eam alii potentiori obtulerant, quae quid factum animaduertimus a Ludolphe, Saxonum duce, conditore parthenonis Gandersheimensis, eiusque filiis apud *LEVKE. antiqu. Gandersh. Cap. XIV. p. 93.* vel denique id ius acceperant sive ab Imperatore vel rege, vti apud *MIR. donus. pier. Cap. XXXII.* siue ab ipsa ecclesia, veluti apud *KETNER. ibid. p. 107. sequ.* ita hi omnes aliam substituere solebant minoris dignitatis virum, qui pro isto officio fungeretur, vocatum ideo *sub-ADVOCATVM*, vel eorum plures, nisi id vitiosum esset prohibuitum, vti factum apud *MIR. don. pier. d. Cap. XXXII.* De iis plura dixit *PAVLIANI de aduoc. monast. §. XIV. p. 546.*

## §. LX.



## §. LX.

Vti vero 5) in eo magna est iuris antiqui et noui differentia, quod olim iudices vicarii ab ordinariis constituerentur; hodie plerumque ab ipso principe adiungantur ordinariis: ita 6) veteris tamen moris vestigium superest in *iusitiariis*, quos vocant. Nam notum est, et praefectos, et nobiles, qui iurisdictione patrimoniali gaudent, iurisdictionem suam mandare solere iurisperito cuidam, qui vocatur *der gerichtshalter*, in eumque 7) praeter regulam iuris Romani *l. i. pr. ff. de offic. eius cui mand. iurisd.* transferre non modo civilem, sed et criminalem iurisdictionem, immo et eam, quae extraordinaria dicebatur, nec, nisi ex speciali lege cuiquam competebat, siquidem haec omnia mandantibus iurisdictionem in Germania non ex speciali lege, sed vel ratione officii, vel iure hereditario competunt. LAUTERB. *exerc. for. V. §. I. MEV. ad ius Lubec. Part. II. tit. I. art. XV. n. XVI.*

Quae hodie ratio mandatae iurisdictionis?

## §. LXI.

Quemadmodum porro iurisdictione criminali et civili vetere iure Germanico non erat separata: (§. LVIII, 2.) ita 8) et hodie plerumque eadem est ratio, nec dubitatur, quin regulariter utraque iurisdictione coniuncta sit, si quis nomine et vice principis ius dicit, nisi illam sibi reseruarit, aut eam a regimine, vel certo collegio criminali exerceri velit: id quod tamen postremi demum aevi institutum vide-

Iurisdictione criminalis et civilis plerumque coniuncta.

videtur. Sic sane nemo ignorat, praefectos fere omnes principum etiam in facinorosos iure animaduertere, tamquam iudices ordinarios. At non desunt tamen leges, quae reos, a praefectis primum auditos, ad iudicia vel curias supremas remitti iubent, quale quid in Frisia fieri animaduertimus. Ex eodem porro 9) reddes rationem, cur civilis etiam vel inferior iurisdictio, alicui concessa, ubique fere coniuncta sit cum potestate coercendi crimina leuiora, ob quae poena capitalis vel corporis afflictiva non solet irrogari. \*) MYLER. *de princip. imperii Cap. XLVIII. §. VII.*

\*) Sic in Saxonia electorali in CONST. PROV. ann. MDLV. tit. was zu ober-nieder- und erbgericht geböret, definitur: Was kleinere und geringere fälle seynd, die sollen in die erbgerichte gerüget, und durch dieselben gestrafft und gerechtfertiget werden, als nemlich haar-ranffen, schläge, die nicht tödtlich sind, noch lämde bringen, daraus auch keine wunde wird, als braun und blau, nassenbluth, mauschellen, zahnblutben, so die nicht wackeln, auch andere blutrünsten, mit nägeln gekratzt, oder sonst verletz, daraus keine wunde noch lämde erfolget, schlechte lügen-straffen, schlechte worte, die aufferhalb böben und befreyeten personen und örtern geschehen, unzüchtig mutwillig geschrey, messerzüge, wann niemand dadurch beschädiget wird, messer und verbotene waffen tragen, verbotene waare feil haben, verbotene spiel spielen, deuben, die vnter dreyn schillingen, das ist, weniger denn 4. gl. werth seyn. etc. Eadem fere repetuntur in ORD. POL. MAGD. Cap. LVIII. §. III. nisi quod additur, licere iudicibus civilibus, einen, der schwere missethaten begangen zu dem ende gefänglich setzen, daß er demjenigen, wet-

*welehem das ober- und hals-gerichte zuständig, vberantwortet werde, nec non quod facta duobus imperatoribus minora, stupra feminarum, quae stupratoribus nupserant, item beschedigungen der güter, iudici civili relinquuntur. De ducatu Brunsv. add. mann. ad Wesenbec. Lib. II. tit. I. n. VIII. Res redit ad singulares locorum consuetudines, adeoque nemo facile dixerit, quid ubique ad iurisdictionem hanc inferiorem referendum sit. Carpz. ibid. n. XX.*

## §. LXII.

Quum vero ex eo tempore, quo iurisdic- Jurisdic-  
 tio in vrbes ac dynastas transferri coepit, tio cri-  
 criminalis aliquando diuelli coeperit a civili, minalis  
 (§. CLVIII, 2.) factum inde est, 10) vt saepe aliquan-  
 aliis civilis tantum, aliis criminalis, sub variis do re-  
 nominibus \*) conferretur: 11) vt posterior stricta.  
 variis circumscriberetur limitibus, et 12) ali-  
 quando ad certa crimina restringeretur, vel-  
 uti 13) ad caedem, incendium, stuprum vio-  
 lentum, rapinam, quae vocari solent *die vier*  
*acten fälle*, KRESS. *de var. iurisd. crim. in Germ.*  
*gener. Cap. V. §. II.* aliquando 14) his adde-  
 rentur *stießende wunden, und was hals und*  
*hand, pein und rain antriff*: IDEM. *ibid.* ali-  
 quando 15) discrimen statuarur inter *hohes und*  
*nedere zentfälle*, et ad hos referantur *bluth-*  
*schüssen, schmähe-wort über das zentgeschrey,*  
*und was hals und hand betrifft.* IDEM *ibid. in*  
*Schol. §. II. p. 47.* Neque enim dubitari pot-  
 est, 16) quin res redierit ad pacta et vo-  
 luntatem principum, hanc iurisdictionem in  
 alios transferentium, ac proinde 17) vix quid-  
 quam

quam certi ea de re dici possit, quod ubique eodem modo obtineat.

\*) In chartis enim antiquis vocari solet, *gericht*, SPEC. SAX. Lib. II. art. XIII. KRESS. *de curia omnimoda Helmst.* 1730. iustitia alta et maxima MIR. donat. Belg. Cap. CVIII. dipl. Belg. 1207. Cap. LXXXV. altum iudicium, *hochgerichte*, und *gogherichte*, HEDA *de episc. Vltraieet.* p. 204. STEA- TEN. *annal. Paderb. Lib. XI. ad ann. MCLVI. et Lib. XII. ad ann. MCCCXVII.* iudicium *hoff* et manus, RANGO *dipl. Pomer. p. 179.* *verwe- cbron. Portens. Cap. III. p. 131.* iudicium *germanis*, vel *balsgericht.* PERTVCH. *chron. Pomer. cap. II. p. 65.* Sed et hodie notae sunt designationes *der zent*, *zentbarkeit*, *zentgericht*, INSTR. PAC. OSN. art. V. n. XLIII. *der zent- richte*, *peinlichen gerichte*, *blutbann*, et in Bauaria vicinisque prouinciis *der freyheit der frasilichen obrigkeit*, a vetere Germanis *freu- periculum*, apud OTFRED. *euang. III. 12. v. 50. III, 4, v. 43.* NÖTKER. *Psalms. XLIII. v. 1.* Conf. SCHILT. *glossar. Teut. p. 131.* *WIDERSCHVS* tamen *obs. praet. p. 131*, adducit *jurisdictionem* inter episcopum Bambergensem et archiepiscopum Brandenb. in qua distinguitur *inter* *schlichte* oder *malefiz-sachen*, et *freuel-sachen*, et ad po- sterioris causas referuntur, *schelten*, *schmahen*, *iniuria*, *rauffen*, *werffen*, *schlagen*, *hanteln*, *sch- chen*, *verwunden*, *läbmen*, und *darum gemächlich alle sachen*, *darumb einer an seinem leben oder gliedern mit billigkeit und ordentlichen rechten nicht gestrafft werden möge.* Quod dano ar- gumento est, in Germania coercitionem delictorum leuiorum ad inferiorem jurisdictionem referri.

## §. LXIII.

Quum vero res ad pacta et voluntatem principum iurisdictionem aliis concedendam, veluti (§. LXI, 16.) consequens est, ut utriusque praesumptiones, ex quibus arguenda ducunt ad probandam iurisdictionem criminalem, admodum incertae sint, \*) at si praesentia quaedam signa habeantur huius iurisdictionis omni exceptione maiora, quum talia praesentia sint exempla tribunalium, tum quibus iurisdicção criminalis sine iure exsequendi competit, STRYK. *vsf. hodiern. digest. Lib. II. tit. I. §. X. tum 20*) quae exsequi possunt sententias ferales, cum ipsa de criminibus haud cognoscant. Sic Halae nostrae et academia et senatus iurisdictionem criminalem exercent, at neutra exsequutioni mandat sententias capitales. Contra iudicium regium, (*die berg-gerichte*) sententias capitales exsequitur, quum tamen non cognoscat de criminibus.

\*) Eius generis in primis est argumentum, quod a venatione maiorum ferarum ad iurisdictionem superiorem, et ab hac ad illam, duci solet. Quo pertinent paroemiae iuris Germanici: *Wobin der dieb mit dem strang, dahin geböret auch der birsch mit dem fang.* Itemque: *so weit die straffge-richtes gehen, so weit gebet auch der forst*, quas explicatas reprobaturque HERT. *Lib. II. paroem. XVI.*

## §. LXIV.

Quum porro iurisdicção, quae praediorum quæstrium possessoribus competit, patrimonialis initio ex potestate herili in seruos seu homi-  
 (E. I. G. Tom. II.) D d potestate herili.

homines proprios nata sit: (§. LVII. 3.) inde facile intelligitur, 21) cur hi praediorum possessores vocari non soleant iudices, sed *iudicii domini, gerichtsherrn*, iisque 22) iurisdic-tio non competat ob officium, quale nullum gerunt, sed iure proprietatis, *ihrer güter wegen*. CONST. CRIM. art. II. itemque, 23) cur praedijs ad feminas quoque deuolutis, et illis haec iurisdic-tio contra regulam *l. 12. ff. de iudic. et l. 2. ff. de reg. iur.* competat, quod 24) et moribus Galliae saepe contingere, obseruat Innocentius Papa III. *c. 4. X. de arbitr.* 25) Cur non semper nobilibus competat iurisdic-tio superior, vel criminalis, sed eo tantum casu, si illam vel in feudum acceperint a principibus, vel 26) alio iusto titulo adquisierint. \*) KRESS. *de var. iurisdiction. crim. in Germ. gener. obs. V. §. VI.*

\*) Iurisdic-tio enim patrimonialis est ex potestate herili. Ea quamuis tanta esset TACITI temporibus, vt feruum occidere posset dominus saltim impune: tamen quia id paullatim mutatum, et ius illud vitae et necis in rusticos arctioribus circumscriptum est limitibus: sequebatur, vt domino tantum relinqueretur ius componendi feruorum controuersias, ipsosque coercendi, si fraena morderent. (Lib. I. §. XLI.) vel leuiora delicta admisissent: (§. LXL) animaduersio vero in facinorosos seuerior esset penes illos, quibus iurisdictionem concesserat Imperator vel rex Germ. Attamen quidam et iurisdictionem criminalem retinuerunt, eamque sibi non principis beneficio, sed iure proprietatis et allodii, competere professi sunt. Vid. LEIBN. *script. rer. Brunsv. Tomo II. p. 272.* Et quum postea saepe hi iura sua siue per inuestituram, siue aliis titulis in vrbes et nobiles transferrent: (§. LVII. 2.) horum etiam non



pali Treuirensi consiliarius ecclesiasticus, et in academia antecessor, in litteris ad me man-  
tissime scriptis, et in dissertatione, eius ductu  
*de iurid. et imp. defensione* GE. HENR. HARTMAN-  
NVS, Treu. MDCCXXXIV. Quum enim illam  
fatis obscure explicavit REN. CHRISTIANS  
*consu. Andegavi Lib. I. Cap. I. p. 99. 100.* HEN-  
TERVS vero *Exerc. VI. §. VII.* eam iurisdic-  
tionem, trans Rhenum maxime oblatam, ex  
LONGEVALLIO ita descripsit: *quæ sibi iuridi-  
ctio competens domino sola, villarum, parochiarum, ad  
tutanda tantummodo iura, quæ ad ipsam con-  
nuantim ei penduntur: laudatissima est.* *ibid.*  
§. XIII. illam definiunt multo altius, et  
ita quidem, vt adpateat, eam a iurisdictione  
patrimoniali, nostris competente nonnullis,  
non nisi in eo discrepare, quod quæ hæc  
et ad personas, et ad earum res, non perti-  
neat, illa non nisi fundos seu possessiones sub-  
ditorum adficiat. \*)

\*) Merito honoris causa, nomine illustrissimi hu-  
manissimumque virum, I. N. HORTSMANN, qui  
non solum litteris peramanter scripsit, quorum  
quem viderat, Elementorum meorum titulum  
mirifice sibi probari testatus est, quæ eadem  
magis eius sequitati, quam iudicio, obsecram,  
verum etiam me de hac *fundali*, seu *feudaria*  
iurisdictione submonuit, ipsamque dissertatio-  
nem, quam laudavi, benevole submisit, in quâ  
pollicitus peramanter, puta diplomata, rotas et  
chartas, quæ ad illustrandam illam in Lotharingia  
et vicino tractu notissimam iurisdictionis spe-  
ciem pertinet. Quo nomine vero doctissimo  
publice gratias ago, et quandoquidem illa moni-  
menta videre nondum licuit, saltem ea, quæ  
in laudata dissertatione hac de re scripta sunt,  
lecto-



non inuidebo: Primo ergo auctor origi-  
 nis eius iurisdictionis ita describit: *Uterio-  
 rem iurisdictionis speciem suppeditat SCHILTERVS exercit.  
 l. §. 7. quam ipse ex Gallico PONCERIAM, nos  
 FUNDALEM adpellamus, his in partibus frequentis-  
 simam. Eam domino soli, villae, vel vici ad tu-  
 tunda iura, quae a subditis annuatim ei pendun-  
 tur, tantummodo competere, ait SCHILTERVS l. c.  
 Nos quidem ex supra tb. IX. memorata seruorum  
 remissione, non alia conditione facta, quam ut  
 iura, quibus adscribebantur perpetuorum colo-  
 ratorum iure, sicut haec teste Tacito de mor.  
 Germ. Cap. XXV. adfucti fuerant, colere perge-  
 rent, hanc fundalem iurisdictionem proxime or-  
 ginem, prouindeque ad tutanda iura redditusque domi-  
 ni primario quidem pertinuisse, facile largi-  
 mur. At deinde latius patere obseruat hanc iu-  
 risdictionem, quam SCHILTERVS existimauerat,  
 additque: Sed intra hos cancellos eius vis minime  
 cessit, siquidem ei tribui videmus ius circa im-  
 mobilia cognoscendi de omnibus actionibus realibus,  
 actionibus, possessoriiis et mixtis, nec non in rem  
 mobilis scriptis. Quo pertinent rei vindica-  
 tio, Publiciana, ad exhibendum, confessoria et  
 actio, Seruiana et quasi, finium regundorum,  
 actio diuidendo, familiae erciscundae, (si ta-  
 men, et si pars hereditariorum bonorum immo-  
 bilium ff. de iudic. l. 50. ff. de iudic.) item actiones de  
 re iudicata, de pastu, et legis Aquiliae, nec non re-  
 gulationum iudicialium in alicnatione immobilium  
 registrandarum auctoritas: ius condendi statuta  
 iuristica, habendi et deputandi magistratum fun-  
 dalem, citandi etiam forenses per edictum, coer-  
 cendi contumaces remediis ciuilibus, mittendi in  
 possessionem bonorum, et demum sua iudicata exse-  
 quendi. Habemus ergo vere exemplum iuris-  
 dictionis patrimonialis, quamuis ad immobilia  
 tantum bona, seu fundos subditorum, adstrictae.  
 Denique de vsu eius iurisdictionis addit vir do-  
 ctissimus: Quae omnia scriptae Luxemburgensium  
 et Lotharingorum consuetudines ita enunciant:*

apud Treuiros, aliosque, vicinos; *si quis super hoc iure consuetudinibus destitutor, suam malitiam, quantum valet argumentum a vicinis dabitur, de quo BECK de iure vicin. in adpend. Cap. I. §. II. p. 664.*

## §. LXVII.

Ea in Gallia magis restricta, quam in Lotharingia et vicino tractu.

Sed vt fortassis in Lotharingia vicinisque tractibus tam late pateat iurisdictio illa fundalis; tamen, quum consuetudines huiusmodi, diuersis locis, diuersissimae esse soleant, 32) negandum non videtur, alibi eam adductiorem esse, et; 33) hinc recte sciri TERVM cum LONGOVALLIO existimasse, eam quantaxat ad tuenda domini iura, et praestanda ei quotannis pensiones eo facilius exigendas esse comparatam. Ita enim se eam ex vniuersae paene Galliae moribus habere, testatur iuriconsultus, iurium et consuetudinum peritissimus, IO. PAPONIVS in corp. *Franc. Lib. VII. tit. VII. §. XXXIII. \**). Vt adeo dicendum videatur, 34) iurisditionem hanc cis Mosam in terris, quae Lotharingae olim accensebantur, omnem paene potestatem iuris dicundi de rebus immobilibus subditorum comprehendere; trans Mosam tantum ad iura dominorum in praediis tuenda pertinere.

\*) Quum ne hic quidem liber in omnium manibus sit: non pigebit ea, quae p. 242. de hac iurisditionis specie obseruauit, adscribere: *Nonnullas consuetudines quartam adhuc iurisditionis speciem constituunt, puta IURISDICTIONEM FVNDIALEM, ab infima segregatam: attamen nonnullae praedictarum consuetudinum inferiorem iurisditionem vocant infimam, fundialem, et nudae inspectionis, veluti consuetudo Andegauensis et Cenomanensis, quae*

*quae consuetudines duae, ut ait corpus consuetudinarium, sane hanc materiam melius, quam ceterae consuetudines, tractant. Primum enim caput harum consuetudinum hunc titulum praefert: de infima iurisdictione, fundiali, et simplici, seu nuda inspectione, quae unum et idem sunt. Consuetudines, quae iurisdictionem fundialem ab infima iurisdictione separare voluerunt, ei tantum attribuerunt cognitionem inter dominos fundales, censuales et ipsorum subditos pro iuribus censualibus et dominicis scilicet, quo videlicet adigant ad soluenda sibi iura feudalia, census et redditus tantum, ut loquitur BOVICVLARIVS tit. de infimam iurisdictionem habente. Et haec iurisdictione in consuetudine Andegauensi, Turonensi, Cenomaniensi, Blesensi nuda inspectio vocatur, et MASVERIO tit. de iudicibus et iudiciis vocatur iurisdictione domanialis, in Senonensi et Altissiodorensi dicitur, eum, qui iurisdictionem fundialem habet, posse quidem habere viatorem ad colligenda iura sua, et mensam, seu stationem, ad ea percipienda: at non etiam iudicem, aut sedem, aut auditorium, et in Valesia dicitur, dominos fundiales, iurisdictionem non habentes, nullam causae cognitionem habere, neque officarios, verum iura sua dominicalia persequi coram iudicibus partium, ipsisque libellum supplicem offerre debere, quo scilicet eis liceat capere feuda, a se mouentia, vel fundos censuales, censum ipsis praestantes, et non etiam vigore decretorum suorum, quod per abusum saepe fit, ad huiusmodi capionem procedere. Atque ita quarta haec iurisdictionis species secundum consuetudines determinatur, vti lector videre potest Lib. II. tit. III. collationis D. GVENOSII, deque eo plene tractat BACQVETVS supra citato libro I. c. Ex eo vero loco patet, mirifice variae consuetudines Andegauenses, Cenomanenses, Turonenses, Senonenses, Blesenses, Altissiodorenses, et Valesias: at nusquam tamen in Gallia ultra facultatem iura sua, sibi in fundis subditorum competentia, tuendi dominis fundorum*

quidquam permitti, immo ne hanc quidem dominos sua auctoritate exercere ex moribus Valerianorum.

### §. LXVIII.

Conventus iuridici et hodie statis temporibus habentur.

Quemadmodum olim iudicia alia statuta et ordinaria erant, ob quae conventus iuridici certis temporibus indicebantur, alia extraordinaria et repentina: (§. LXVIII. 4.) ita 35) hodie sese rem eodem fere modo habere, animadvertimus, dum non modo curiae supremae, *die hofgericht*, alicubi certis anni temporibus habentur, veluti singulis *quatuor temporibus*, quae vocant, verum etiam 36) iudicia minora, qualia alibi sunt *die land-gerichte*, alibi *die rüge gerichte*, alibi *die voigtgedinge*, *lotding*, *botding*, similesque conventus. Sed et 37) ex eodem more maiorum est, quod in his iudiciis omnes subditi se sistere tenentur, 38) quodque non modo singuli iubentur denunciare, si quid contra bonos mores fieri observarint, verum etiam 39) causa breviter cognita, qui peccarunt, in mulctam condemnantur, quae vocatur *die land-gerichts wroge*. Quin 40) et alia in his conventibus iuridicis fieri solent, quae ad publicam disciplinam, et subditorum utilitatem videntur pertinere. \*)

\*) Sic memini, quum ipse, exigente officii ratione, huiusmodi conventui interesset, finito iudicio, 1) praelectas fuisse leges rusticas, *die dorff-ordnung*, 2) examen institutum catecheticum, exploratumque, quantum pueri ac puellae in singulis pagis profecerint, 3) praemiola distributa esse iis, qui diligentiam superioribus probassent, 4) subditos singulos adactos esse ad exhibendum certum

certum numerum capitum passerum, et 5) si  
 quid numero legibus definito deesset, eos cer-  
 tam multam pendere coactos. Alibi 6) rusti-  
 cas et ad arma domestica, laternas, similemque  
 fellestem, maxime ad restringenda incendia  
 necessariam, ostendendam adigi, 7) et conuentum  
 eorum plerumque epulis finiri audio, vt vere ad  
 bonos moribus obtineat, quod notarat TACITVS,  
 quod Germani nihil fere publicae privatae-  
 que rei sine poculis transigere soleant.

### §. LXIX.

Contra vbique fere iudicia repentina et  
 extraordinaria paulatim quotidiana facta sunt,  
 sicuti tam arcis limitibus circumscri-  
 ptum est territorium, vt iudices quotidie lit-  
 tibus non fatigentur, plerumque dies hebdo-  
 madae certi destinati sunt et cognitionibus,  
 et sententiis, qui vocantur *gerichts-*  
*tage*, inter quos 43) iam inde ab antiquissi-  
 mis etque temporibus tam celebris fuit dies  
 Martis, vt *naß iðoxn* dictus sit *dienstag*, quasi  
*dingstag*, a *ding* Germanico, quod iudicium  
 significat, iam saepe monuimus. \*)

\*) Fallatur ergo VEREL. ad *Gotric. Cap. IV. p. 37.* qui  
*dingstag* dictum putat a *Thurra* vel *Tor*, quasi *tyrs-*  
*dag* *THORMYS fast. Dan. Lib. I. Cap. XV.* qui id  
 nomen repetit a *Disa*, Dea, et Germanorum  
 veluti *Themide*, vt idem sit ac *distag*, LOCCEMIUS  
*antiqu. Sueo-Goth. Cap. IV. p. 28.* qui vocabu-  
 lum hoc accessere maualt a Germanico *thir* vel  
*thoor*, populus, vt sit quasi *thirstag*. Nam in  
 Saxonia inferiore nomen huius diei verustissi-  
 mum adhuc in vsu est, efferturque *dingsdag*.  
 Vnde recte GOB. PERSONA *cosmodrom. Aet. II.*  
*cap. IV.* *Ding*, inquit, in antiquo vulgari sonat  
 iudicium, prout patet in his vocabulis: *holtege-*  
*ding*, *fringeding*, et quia iudicium mortis gentiles

attribuerant Marti, dies Martis longum ad gentiles Teutonicos dicebatur. Et in signum illius iudicium quoddam occultum, concernens pernam morte puniendorum in certis adibus, in partibus Westphaliae, praecipue die Martis celebratur, quod quidem iudicium incolae *friding* adpellant.

## §. LXX.

Iudicia  
salthm  
crimina-  
lia et  
hodie  
scabinos  
requi-  
runt.

Quum porro Germani comitibus, scultetis, reliquisque iudicibus semper in consilio esse voluerint adfessores, iisque adunxerint etiam adparitorem, quem vocabant *fronbothen*: (§. LVIII, 5) non mirum est, non modo hunc morem praene ubique inesse, sed et 45) nomina illa antiquo comitum, \*) scultetorum, scabinorum, *fronbothens* plerisque locis audiri: in partibus vero 46) vix legitimum et sollemne iudicium criminale, nisi iudici adsiderent scabini, qui in CONST. CRIM. art. I. vocantur *wrtheiler*, iisque aequae, ac iudicibus praescribitur certa iurisiurandi formula art. II. quamvis 47) illi plerumque ex plebeis, sive rusticis, adlegari soleant, quin 48) in Franconia diuersi generis sint, nec ibi omnes promiscue ferant suffragium. Noti etiam ibi sunt praeter scabinos ordinarios *die schaffenen schoepfen*, siue *die horcher*, et *noth-schaffenen*. Vid. LVDOV. ad Const. crim. art. IV. p. 13.

\*) De vocabulis *schultheiß* et *schoepfen*, quae in omnibus fere non modo ciuitatibus, sed et vicis pagisque audiuntur, nemo, credo, dubitabit. At comitum nomen iudicibus tribui, non aequae peruulgatum est. Sic Halae nostrae patrum adhuc memoria fuisse indicem, dictum *burggrafium*, eius.

quodcumque nominis iudices Augustae Vindeli-  
 censis et Ratisponae ius dicere, obseruat OCKEL.  
*reg. thes. CLVII. sequ.* Et qui iurisdic-  
 tionem rei salinae apud nos praestit, hodie  
 vocatur *der saltz-graffe*. Ita passim alibi  
 dicuntur *die zentgrafen*, de quibus FICHARD  
*ibid. Germ. CXXI. et CXXIII. die gograuen*, de  
 quibus KNIPSCH. *de ciuit. imp. Lib. III. Cap. VI.*  
*XVII. immo et grassen sine additamento, vel-*  
 *Coloniae: KNIPSCHILD, ibid. Lib. III. Cap. X.*  
*XVIII. p. 683.* Neminem etiam ignorare  
 officium *Hansgrauorum* Ratisponen-  
 sium, qui ex priuilegio, vrbi a Fridrico II. Imp.  
 concessio, tum in ciuitate, tum extra illam, ea  
 curant, quae ad nundinarum pertinent negotia,  
 de quibus vid. WIG. HVND. *metrop. Salisb. p. I.*  
 Continuis iam *frygrauis* iudiciis Westphalicis  
 adfectos, *dykgrauis*, qui aggeres curant, *water-*  
*grauis* in Flandria, qui fluminibus et lacubus  
 curant, aliosque, quorum recensum instituit  
 WINGER. *Vitriar. illustr. Lib. I. tit. XVII. §.*  
*1. p. 102. sequ. Tom. II.*

### §. LXXI.

scribae tantum et adparitores hodie Nec non  
 iudicibus adfunt, verum etiam 49) scri- scribas  
 bas, notarii, actuarii, \*) qui nunc plerum- vel a-  
 que secretariorum adfectant titulum. Hos tuarios,  
 50) vt fidem eorum protocolla inue-  
 niant, iuratos esse oportet, maxime 51) in  
 causis criminalibus, quibus qui adfunt, feri-  
 de formulam iurisiurandi praescribit CONST.  
*art. V.* Quin 52) in Saxonia scribas in  
 causis non modo iuratos, sed et notarios  
 publicos Caesaris auspiciis creatos esse oportet.  
*OCKEL. proc. iur. tit. II. art. IV. §. V. n. LIII.*  
*sequ. et Part. III. Decis. CCI. 10. PHILIPPI. ad*  
*decis.*

decis. Sax. XXXVIII. obseruat. II. n. XXIX.  
p. 698.

\*) Iam sub Francorum imperio iudicis *interditi* scribae, qui et *notarii* dicebantur, *Caroli I. Cap. DCCCV. §. III.* itemque *cancellarii*, *leg. An. tit. LIX. §. II. sequ. et tit. LXXXIII. cap. vi. ann. DCCCIII. §. II. et Lib. III. §. XLIII.* Et quoque non nisi iurati munere suo fungentibus, *LOTHAR. in capitul. excerptis ex leg. Lotar. §. XXI. et eiusdem capitul. adiect. leg. Lotar. §. XI. et EX LEGE RIPVARIORVM* amittebant quantum pollicem, vel plane manu abscissa adhibita a se falsum iuebant. *LOTHARII capitula ibid.* Et existant sane *notitiae iudiciorum* complures, *WILBILLONIO, BALVZIO, aliisque editae*, quae non dubitare non patiuntur, quin res iudicatae in acta publica relata fuerint, tum a Francis, tum a Langobardis, quorum in primis laudanda sunt in actis consignandis industria. *Vid. not. LANGOB. Lib. II. tit. XL. §. I. et II.* Mirum quoque, in IVRE SAX. et SVEVICO tam raro mensura scribarum fieri: cuius rei hanc rationem addit *THOMASIVS de vera orig. nat. et officio iudic. Westphal. §. XL. not. q.* quod *veritas fuerit oralis*, additque: *Quod mirum alibi esse videbitur, qui cogitauerit, omnia ibi publica in praesentia totius populi gestu esse, adeoque scriptura non fuit opus. Processus igitur scriptus, quod receptus, originem debet iuri canonico, ut potest quod integro saeculo ante Iustinianum in Germania obtinuit.* Sed sunt hic quaedam, quae mea non fecerim. Attulit sane beatus frater in *Urbis. Gosl. Lib. II. p. 221.* veteres tabulas cereas, ex quibus patet, saeculo saltim XIV. ea, quae in iudiciis decisa sunt, in acta publica relata fuisse, adeoque procul dubio non defuisse scribas, quibus id datum fuerit negotii.



## §. LXXII.

Sed haec quidem de iurisdictione Germanorum dicta sufficient. Plura moneri possent de variis ritibus forensibus, hinc inde obuiis, qui ex vetustis moribus facile possent deriuari, nisi de iis infra suis locis dicendum foret. Iam id tantum veluti corollarii loco addimus, 53) imperatores, reges et principes, ex quo semel aliis concedere coeperunt iurisdictionem, varias eius species nouas inuexisse, veluti academicam, nauticam, siluestrem, \*) mercatoriam, salinariam, metallicam, et 54) cum iis, qui in his tribunali-  
 bus iuri dicundo praesunt, modo criminalem et ciuilem, modo ciuilem tantum, iurisdictionem communicasse. Denique 55) quum olim et in vrbibus plerumque hereditaria essent scultetorum, iudicum et scabinorum officia, et, vti alia feuda, ad filios et agnatos deuoluerentur, ceu patet ex IVR. PROV. SAX. *lib. III. art. XXVI.* et IVR. PROV. SVEV. *Cap. LXXIX. §. III.* WEICHB. *art. XXXIII.* et exemplis probat ZACH. SCHNEIDER. *chron. Lips. Lib. V. p. 225. sequ.* hodie id rarius contingere, adeoque 56) pleraque iudicum officia in vrbibus esse personalia, et cum ipsis personis exspirare.

Corollaria quaedam de nouis iurisdictionis speciebus, et officiis sculteti et scabinorum olim hereditariis.

Sunt haec iudicia, quae passim sub vocabulo *der forst-amter*, item *der forst- und jagd-gerichte* exercentur, quorum iurisdictionem olim in hoc ducatu etiam carnifices agnoscere tenebantur. Similia sunt *die zaidler-gerichte*, quae exercentur in eos, qui praedia, mellificio apta, possident,

*zaidel-*

*zeidel-güter.* Dei iis vide LIMN. *iur. publ. Lib. VII. Cap. XXXV. n. XXX. et addit. Tom. II. ad Lib. V. Cap. VII. p. 774.* BESOLD. *thesaur. pract. sub voce zeidelgericht p. 1038.* DIETHER. *p. 678.* Celeberrimum est iudicium huius nominis, competens Noribergensibus. Nec ignotae sunt huius generis societates in inferiore Lusatia, (vid. ill. a LVDEWIG *reliqu. MSSC. Tom. I. p. 165. 169. 478.*) ubi ii, qui *zeidlers* praefecti sunt, voce Slaunica adpellari solent *starosten*, id est, seniores.





cognita, an quis admittendus sit, statuebant. Ita enim cautum fuerat CAPITVL. *Lib. V. §. CCXLV. edit. Lindenbr. Eius, qui frequenter litigat, et ad accusandum est facilis, accusationem absque grandi examine nemo suscipiat. Quamuis enim de caussis criminalibus agere videatur locus: ciuiles tamen non excludi, ex verbis: qui frequenter litigat, satis intelligitur.*

\*) Neque tamen dubitandum est, quin et apud Germanos quidam non habuerint personam standi in iudicio. Sane quod ad seruos attinet, eos liberos homines in ius vocare vetat LEX WISIG. *Lib. II. tit. II. §. IX. et LEX LANGOB. Lib. II. tit. L. §. I. nisi domini eorum ultra L milliaria absint, vel absentes epistola negotium hoc seruis dederint. LEX. WIS. ibid. Multo minus ergo serui consistere poterant cum dominis, aut iis crimen obicere. CAPIT. Lib. VII. §. XLVIII. et CCCXLII. et Lib. VI. §. CXLIV. edit. Lind. Sed et pro filiofamilias patrem, pro pupillo tutorem agere, eumque feminae quoque agenti adesse eamque defendere debuisse, facile est ad existimandum. LEX. WISIG. Lib. IV. tit. III. §. III. LEX. LANGOB. Lib. II. tit. XXV. §. IV. Vxor apud Wisigothos ipsa pro se recte postulabat, et ne ipse quidem maritus, pro ea acturus, sine expresso mandato admittebatur. LEX. WISIG. Lib. II. tit. III. §. VI. Quum etiam principes et episcopos minus decere videretur, in foro litigare, eos caussas suas semper aliis mandare iubet LEX WISIG. Lib. II. tit. III. §. I. non quasi personam standi in iudicio non haberent, sed quod tantis culminibus videri posset contumelia irrogari, si contra eos vilior persona in contradictione videretur adistere. Quae omnia et in persona reorum obseruanda fuisse, facile intelliges.*

§. LXXV.

## §. LXXV.

Actorem id commune cum Romanis, gentium tantum non omnibus, habebant Germani. quod actor sequi teneretur forum rei. hinc permulta CAPITVLARIVM loca, sicut tamen praecipua tantum hic delibata sunt. Sic Lib. VII. §. CGLI. edit. *Lintius* *Cerius vel laicus, si crimine vel lite fuerit, non aliubi, quam in foro suo, iudicatur.* Et §. CGLXXXIII. *Pulsatus suum iudicem causam dicat: et non alium suum pulsatus, si voluerit, taceat.* *Idem addit. Lib. III. §. LXXV. Quicumque causam habuerit, a propriis iudicibus agere, et non ad alienos, causa vagandi et vagante admittens suam patriam, transeat.*

Actor  
sequebatur  
forum  
rei.

## §. LXXVI.

Actorem et apud Germanos diversa fuisse. Nam praeter forum domiciliarii, forum rei sitae habuit locum, ubi quaevis institui potuit actio realis, ubi res ubi sita petebatur, ceu patet ex LEGE BVRG. tit. LXXIV. et LEGE BVRG. tit. XVI. Sane enim quum ex loco priore veniendum fuisse in rem praesentem, nisi a iudice non potuerit, nisi cuius loco vel territorio situm esset praedium: sequens est, ut rem in foro rei sitae vindicare oportuerit. Fori contractus nullum in Germanorum, deprehendo vestigium. Iniquos vero eo in loco sortiebantur forum, ubi deliquerant, et quamvis in alio

Fora  
quorum  
plurima  
iure  
Germ.

pago, vel in alia centena, deprehenderentur, tamen exhibendi erant comiti, vel iudici eius loci, vbi delictum admiserant. LXXV. **LXXXIX. DECRET. CHLOTHARII**

Quaeritur, an et foro originis fuerit sane rei vestigium nullum. In antiquitatibus Francicis. Atque in temporibus certum est, quod iam Romanus, non potuisse principes, quamvis iura iuncta rerum potirentur, libi prouincia, vnde originem dederunt. §. XXXIX. et Lib. II. Para. II. mutabile ergo apud Germanos, non Romanos, videbatur hoc forum principibus. Atque inde esse arborum familiarum suae aetatis familiarum illas, ne tam diligenter recensuit SPECVLO SAXONICO praemissae, est: *Nun vernemet vmb der herren lande zu Sachsen.* Vbi enim comites et dynastas origine Saxonum, Saxones, statim subiicit: *Welsch vom reich belehnet ist mit fahnen, und de zu Sachsen, vnd den haerschen heist ein Sachs, er sey geboren, er wolle, vnd er mag wol vrtel warten, vnd auch vrspreche sijn vnd zu landrecht, vor dem reich gegen ein mann, da es allein an leben nicht anders nicht, weder zu landrecht oder* Quae sane de episcopis monere nihil si reliquorum principum eadem Hi vero si essent Sueticae originis, non xones, quamvis in Saxonia feuda rent, nec ibi poterant de principe ab eius principibus iudicari. consuetudinis origo procul dubio sequente statim §. obseruabimus est.

## §. LXXVII.

etiam singulare habebant Germani, quod Immo es  
 ad eos actor non modo forum, sed et ius ius rei  
 sequi teneretur. Neque enim Saxo pot- sequi te-  
 conveniri ex iure Alamannico, quam nebatur  
 Alamannia constituisset domicilium, actor.  
 Romano tantum: eademque erat re-  
 provinciarum ratio, in quibus sua  
 lege vivebat, ex eaque, si qua caus-  
 incidere, erat iudicandus. Quae de  
 supra (Lib. II §. CCCXXIII.) quae-  
 observare meminimus. Ex quo fa-  
 cur et extincta Carolidarum stir-  
 passis sententiam, sese iniuste da-  
 esse, contenderent, si sententia, non  
 provinciae, ex qua originem du-  
 suffragiis lata esset. (§. XXXIX.)

ad principes tantum pertinere contendimus.  
 enim ad priuatos atinet, illa iurium con-  
 iurium videtur abolita esse. Nam in IVRE  
 SAX. Lib. I. art. XXX. legimus. *Ein jeglich  
 man empfebet erbe in dem lande za  
 Sachße nach des landes recht, vnd nicht nach  
 des mannes recht, er sey Beyer, Schwabe oder  
 Franck.* Similia occurrunt in SPEC. SVEV. post  
 Cap. CCLXX. edit. Berg. p. 50. (nam in Meichs-  
 ea frustra quaesieris.) *Ain yeglich man,  
 ainem land in das ander vert, wil er vor  
 nemen recht umb ain gut, das im lande  
 ist, er muß nemen recht nach des landes recht,  
 das das gut inn ligt, vnd nicht nach seinen land-  
 recht.* Quum idem caput paullo aliter legatur  
 edit. SCHANNATI Cap. CXXII. etiam ex eo  
 verba adscribere iuuabit: *Spricht ain man eigen  
 me, da schol er nit umb antworten, denn an der  
 stat, da es leit, vnd niemant in dem geding vor  
 dem landrichter, da muß er vor igleichen landtai-  
 ding*

ding antworten, ob das gut in demselben gericht  
leit. Der künig schol auch nit richten, noch nit  
rechte, er schol nit richten, wenn auch nit  
rechte.

## §. LXXVIII.

Advo-  
cati an  
tempo-  
ribus  
Taciti  
noti  
Germa-  
nis.

Quod ad ADVOCATOS attinet, eos  
placuisse Germanis antiquissimis,  
admodum amantibus, vel inde colligitur  
in clade illa Variana, teste FLORO  
XVII. in nullos alios magis, factum  
quam in causarum patronos, quorum  
oculos eruerunt, aliis manus amputaverunt,  
etiam os suerunt, recisa prius lingua  
manu tenens barbarus. Tandem  
pera, sibilare desiste. Enimvero  
trocinium causarum displicuisse  
ioribus nostris, quam caninum  
norum studium, optimum quemo  
di. Nam insequentibus tempo-  
Germanis in honore fuit officium  
sed honestorum, et qui non  
ferere, sed easdem pro virili  
dicissent.

## §. LXXIX.

An iure  
Wisigo-  
thico?

Neque tamen omnes gentes iisdem  
moribus vixerunt. Apud Wisigothos  
uerat consuetudo, Graecis quoque  
Romanis olim solemnibus, ut in ius  
secum amicos adducerent, opem  
periclitantibus, causamque eorum  
pro virili acturos. Sed morem  
hunc e foro praescripsit  
Flavius Receswindus Rex, statuitque  
lib. II. tit. II. §. II. ut ne audientia  
tumultu et clamore



verur, sed in parte positus, qui causam  
 habet, illi soli iudicium ingredientur,  
 et consueti interesse debere; item: ut, si IV-  
 DENS NOLVERIT, nullus se in audientiam ingerat,  
 nec alterius quacumque superfluitate aut  
 impugnaturo, qualiter vni parti nutri-  
 menti impedimentum. Denique; ut si ad-  
 versarius quisquam a iudice, ut in causa tace-  
 re praestare causando patrocinium non  
 possit, et ausus ultra fuerit parti cuiusli-  
 bet patrocinari, decem auri solidos, eidem iu-  
 dici solutos, coactus exsoluat, ipse vero in  
 iudicio insultans, contumeliose de iudicio proiectus  
 sit. Si quis potentiori, opprimendi  
 causa, ergo, causae suae commendasset  
 patrocinium: ipse cliens causa cadebat, po-  
 tentioris vero, qui exire iussus, non parebat,  
 decem annis libras exsoluebat, vnam iudici, al-  
 teram adversario, et a iudicii limine cum  
 contumelia repellebatur. LEG. WISIG. *Lib. II.*  
*cap. VII. §. VIII.* Itaque non in vniuersum pro-  
 hibebantur alii pro aliis postulare, sed tan-  
 tum id facere non licebat invito iudice, nec  
 potentioribus, qui terrori esse possent ad-  
 versariis.

Reuocasse Wisigothi videntur mores maiorum  
 suorum, in borealibus terris viventium, quippe  
 quos et multo post nullum aduocatis et causidici-  
 bus locum in foro dedisse, satis constat. *LOCEN.*  
*antiqu. Sueo-Goth. Lib. II. Cap. IV. p. 44.* Pri-  
 scii vel nunquam, vel raro aduocatis et procura-  
 toribus vsi sunt, sed ipsi litigantes, prout potuerunt,  
 causam suam egerunt, ut constat ex art. XV. pro-  
 cess. iudicial. Idem confirmat STIERNHOEK. de  
 iure Sueon. vetust. *Lib. I. Cap. VI. extr.* obser-  
 uans

uans tamen, viduis, pupillis, rudibus, et  
que imperitis, vel plane excordibus, adesse in iu-  
dicio potuisse aliquem cognatorum, vel si eius  
non esset copia, idem paene obtinuisse, quod  
apud Romanos simili casu se facturum ostendit  
Prætor: *SI NON HABEBVNT ADVOCATVM, EGO  
DABO l. 1. §. 4. ff. de postul.*

### §. LXXX.

An O-  
strogo-  
thico?

His non minus seueri etiam OSTROGOTHICI  
videntur fuisse, apud quos sanctorum THEO-  
DERICVS, *Rex, edict. §. XLIV, vi. §. 1. (e  
POTENS, Romanus aut barbarus, tamquam de-  
fensor aut suffragator negotio miseret.* Ita-  
men non in vniuersum eos ab advocatis deter-  
ruisse, sed eorum maximi fecisse operam, vel  
ex CASSIODORO patet, qui saepe laudem me-  
rita eorum, quibus Theodoricus, rex, maxi-  
mas dignitates palatinas contulit, vel primo  
loco refert facundiam forensis, operam-  
que, clientibus cum laude præstam. Vid.  
*Var. Lib. V. Cap. IV. et XL. Lib. XI. Cap. IV.*  
Itaque nihil illa THEODERICI dispositio habet,  
quod a moribus Romanorum alienum sit:  
immo ex ipsiſe eorum legibus videtur deor-  
ta, puta ex *l. 1. et l. 2. C. 2. ne liceat potens, atroc.  
litig. præst.*

### §. LXXXI.

Nec non  
Burgun-  
dico;

Quare etiam similis LEX BVRGUNDIONVM,  
quae *tit. XXII.* occurrit, facile intelligitur.  
Quum enim Burgundiones, tamquam victo-  
res, facile terrori esse potuissent Romanis,  
vel prouincialibus: non iniqua profecto erat  
LEX GVNDOBALDI, regis: *Quicumque Romanus  
causam*

suam; quam cum alio Romano habet, ad conditionem agenda tradiderit, causam perdit. Et is, qui suscepit, inferat multae non infidos XII. Quam legem repeti animamus tit. LV. §. I. et II.

## §. LXXXII.

Sed progredimur ad FRANCOS, quibus in Et Fran-  
lingantibus eo magis opus erat iurispe-  
auxilio, quo pluribus formularum  
formularum tricis implicata erat eorum  
indigentia, et quo facilius in his verbis  
possunt homines plebei, et aliis distracti  
SCHILT. Exerc. X, §. 7. Quamvis  
advocatorum istorum nec in LEGE SA-  
in altera RIPVARIORVM, occurrere ve-  
obseruarem, saepe tamen eorum men-  
in Carolingorum constitutionibus,  
cauetur, vt sint viri honesti atque in-  
famae, non incestis nuptiis polluti,  
Lib. VI. §. CCCVI. nec calumniae in  
iudiciis conuicti, IBID. Lib. VII. §. CXIV.  
publice electi a missis dominicis, LEHM.  
Spir. Lib. II. Cap. XXVI. et expertae  
probitatis. Nam seuerè animaduertebatur in  
qui quid calumniae causa fecerant,  
usque non modo aduocatione interdiceba-  
CAPIT. Lib. VII. §. CXIV. verum etiam  
poena imminēbat, si quando dictae  
sententiae nec stare vellent, nec  
improbare, vel, vti Franci loqui sole-  
bant, blasphemare auderent. CAROLVS M. Ca-  
pit. leg. Salic. tit. VIII. \*).

Hoc loco aduocati vocantur CLAMANTES, et IUDICI-  
 SIDICI, Et prius quidem vocabulum et aliter pos-  
 sim occurrit in monumentis Francicis. CAPITVL. II. ann. DCCCXV. §. VIII. CAPITVL.  
 ann. DCCCXX. §. I. et CAPIT. II. §. VIII. ann.  
 ann. DCCCXXIII. §. XII. CAPIT. ann. DCCCXXIX.  
 XXIX. HINCM. opusc. V. idque non idcirco iudi-  
 tum aduocatis, quod clamoribus iudices obrun-  
 derent, sed quod postulare Francis esse clamare.  
 Hinc clamare pro causis, idem est, et clamare,  
 CAPITVL. Lib. I. §. X. et proclamare, id est lo-  
 care vel intendere litem. LEG. SALI. CAPITVL.  
 CAPITVL. Lib. VI. §. CCCXCIX. proclamare. PETR. DIAG. Chron. Casin. IV, 48. et  
 cunctur clamantes, CAPITVL. ad Leg. Salic. §. 1.  
 itemque aduocati reclamatores. LEG. SALIC. §. 1.  
 II. tit. LIII. §. XXIII. in iudicio clamare. IUDICI-  
 modici. CAPIT. CAROLI CALVI tit. XXXIII. §. III.  
 Solebant enim accusatores in causis criminalibus,  
 nec non vltim malorem actionem proferre cum clamore,  
 infra suo loco monebimus.

## §. LXXXIII.

Denique Reliquae leges vix meminertunt aduocato-  
 Lango- rum, praeter LANGOBARDICAM. Quibus enim  
 bardico? et haec gens paullo plus tribueret iuris iudi-  
 ciali et formulario: homines plebei, et ma-  
 rum rerum imperiti vix poterant aduocato-  
 rum iurisperitorum opera carere. Hinc apud  
 illos eadem fere omnia, ac apud Francos,  
 obseruamus. Nam et hic publica iustitia  
 te, praesentibusque comitibus, eligebantur  
 viri non modo periti, sed et honesti iustaque  
 ac aequi amantes. LEG. LANGOB. Lib. II. tit.  
 XLVIII. §. I. II. V. quamuis merito dubites,  
 ecclesiarumne aduocatos hic intelligant legis-  
 lators,

an eos, qui priuatorum causas agunt. certius est, non potuisse apud Langobardos, quemquam pro alio postulare, nisi cui potestatem vel rex, vel iudex, fecisset. *Lib. II. tit. LII. §. I.*

### §. LXXXIV.

Hec de advocatis. Horum vero discrimen a procuratoribus non ignorasse veteres Germanos, satis constat. Procuratores ad hoc vocat LEX WISIGOTHICA, *Lib. II. tit. II. et III.* quum alias iure Romano iudicari, qui in causa liberali pro alio postulant, eo nomine venirent, moribus Germanorum autem in hisce causis procurator non admitteretur. CAPITVL. *Lib. VII. §. LXXXIV.* Eum exhibere oportebat mandatum, siue a domino, siue a testibus subscriptum ac signatum. LEX WISIG. *ibid. §. III.* Quae scripta mandata passim supersunt apud *MAITTELF. Form. Lib. I. Cap. XXI. Lib. II. Cap. XXXI. Adpend. Cap. IX. XXV. LIII. FORM. SIRM. Cap. XX. FORM. LINDENBR. Cap. CLXXXIII.* Ceterum quemadmodum neque quidem Romano omnes promiscue poterant fieri procuratores; ita et Germanorum moribus ab ea opera abstinendum erat feminis, LEG. WISIG. *Lib. II. tit. III. §. VI.* seruis, et dominorum dominarumue suarum, ecclesiarum, pauperum, vel fisci negotia suscipere, *IBID. §. III.* denique quibuscumque infamia notatis. Nam in *ADDIT. CAPITVL. Lib. IV. §. VII.* generalis occurrit regula: *Infamis persona nec procurator esse potest, nec co-*

Procuratorum  
quae ex  
his legi-  
bus con-  
ditio  
fuerit?

gnitor, desumpta ex PAVLLO recepti sent. Lib. I. tit. II. §. I. \*)

\*) Immo et alia pleraque, quae de procuratoribus in Germanorum legibus praecipiantur, etiam Romano expressa esse, animadvertimus, ut quod femina mandatum suscipere non posset, posset vero suam causam in foro agere. PAVL. *ibid.* §. II. quod mandatum ad eam esse prohibendum. LEG. WISIG. *Lib. II. tit. III. §. II.* Immo et ius Romanum sapiunt, quae creduntur THORVM leges de revocando mandato praecipuunt. *Lib. II. tit. III. §. V.* Merces vero Germanica, quae de lucro et incompensata ad terminum, non ad procuratorem, pertinet, ipsaque mercede huic a mandatore solvenda accurrit. *IBID.* §. VII.

### §. LXXXV.

Agere  
qui po-  
tuerint  
iure Sax.  
et Sueu.

Enimvero ut iam ad medium aequi iuris prudentiam Germanicam progrediamur, veteres mores et his temporibus viguisse observamus. Primum enim in causis civilibus actoris vice omnibus fungi licebat, quorum intererat, praeterquam diris devotis et praecipuis, *die in acht vnd bunn waren*, qui quidem rei fieri, at non agere poterant. *IVS PROV. SAX. Lib. III. tit. XVI.* et *SYEV. Cap. CXXIV. et Cap. XXVI.* Neque tamen quemquam ad agendum cogebant inuitum, praeterquam quod accusator, semel edito clamore, litem persequi tenebatur. *IVS PROV. SAX. Lib. I. Art. LXII.* *Man soll niemand zwingen zu einer klag, die er vngericht nicht angefangen, noch begunst hat. Ein ieglicher mann mag wol seinen schaden verschweigen, vnd nicht klagen, dieweil er will. \*) Schreyet er aber das gerufft vmb vngericht, das*  
an

in ihm begunst wäre, das muß er vollsubren mit  
rechter klage.

Itaque maiores nostri ignorasse videntur pronoca-  
tiones ex lege diffamari et ex lege. si contendat,  
quippe ex iure Romano demum in fora Germa-  
norum inuectas. Nec reliqui casus, quibus ali-  
quis ad agendum cogi potest, in iurisprudencia  
patria locum habuisse videntur, veluti l. 13. §.  
pen. ff. de act. emt. l. 75. §. ult. ff. de legat. 1. l.  
2. §. ult. de opt. leg. l. 2. pr. ff. ad L. Rhod. de  
iactu. l. 5. §. 12. ff. commod. l. 1. C. de his quib. vt  
indign. Nam vti non tam subtiles erant in pa-  
ctis adiectis formulisque legatorum concipiendis,  
ac Romani: ita non dubitabant, quin ob iactum  
factum actio directe danda sit iis, quorum mer-  
ces iactae fuerant, aduersus reliquos, qui sua ser-  
uauerant, ad damnum contributione sarcien-  
dum. Quin ne opus quidem vlla actione fuit,  
ideo, quod contributio statim fieret in portu, nec  
antea seruatae merces traderentur. Vnde voca-  
tur *bauevey*. SCHILT. Exerc. XXVII. §. CXXIX.  
Vid. IVS WISBYENSE art. XX.

### §. LXXXVI.

Neque tamen promiscue omnes habebant Quinam  
personam standi in iudicio. Nam filium pa- perso-  
ter defendebat, nisi esset correus: IVS. PROV. nam  
SAX. Lib. II. art. XVII. vxorem maritus, femi- standi in  
nam et pupillam tutor legitimus. IVS. PROV. iudicio  
SAX. Lib. I. art. XLVI. IVS. PROV. SVEV. art. habue-  
CCCVII. et CCCXXIII. Ipsam tamen virgi- rint?  
nem vel viduam audiebat iudex de tutore suo  
conquerentem, eique hoc casu, et quoties-  
cumque legitimi tutoris non esset copia, tu-  
torem vel curatorem in litem dabat. IVS  
PROV. SAX. Lib. I. Cap. XLIV. XLVI. XLVII.  
IVS PROV. SVEV. Cap. CCCXXII. CCCVII.

Quae

Quae omnia etiam in persona rei locum habuisse, facile intelligitur.

§. LXXXVII.

Astor fe-  
queba-  
tur fo-  
rum rei,  
praeter-  
quam in  
recon-  
uentio-  
ne.

Deinde non fecus ac olim sub Franco-  
rum imperio actor sequebatur forum rei.  
Qui tamen semel in agendo seruauit iudi-  
cis cuiusdam arbitrium, eum et contra se ha-  
bere iudicem non dedignari debebat, ut lo-  
quitur ius nostrum *l. 12. C. de sentent. et in-  
terloqu.* Hinc cuius fas erat instituta recon-  
uentione agere aduersus extraneum, in quo  
in foro suo fuerat conuentus; eoque perti-  
net regula iuris: *wo der mann recht fordert, da  
soll er wiederumb rechtens pflegen.* IVS PROV.  
SAX. Lib. I. art. LXI. Lib. III. art. LXXIX.  
IVS SVEV. Cap. LXXXVII. Attamen IVS SVE-  
VICVM l. c. excipit clericos. \*) IVS SAXONICVM  
verò *Lib. III. art. LXXIX.* actiones crimina-  
les; eo enim pertinent verba: *wo der mann  
klagt, da muß er wieder antworten, ob man  
wieder auf ihn klag, obn zu kampfman.* Ce-  
terum vtrumque in eo conuenit, quod in con-  
uentioni non prius sit locus, quam in  
conuentione, praestitoque eo, quod iudi-  
catum fuerit. IVS PROV. SAX. Lib. I. art. LXI.  
et IVS PROV. SVEV. Cap. LXXXVII.

\*) Attamen clericos non omnino excipit SPECULATOR, sed eos saltim conditione certi ante tribunal iudicis ordinarii reconueniri posse statuit. IVS PROV. SAX. Lib. I. art. LXI. Verba: *Wir sprechen, wo der mann recht fordert, da soll er auch recht nehmen, obn geistlich leut die klagen wol vor weltlichen gericht, vnd man muß sie beklagen vor geistlichem gericht, obn ein sach. Vnd ist, daß ein geistlich mann nicht bey weltlichen beklaget vor weltlichem gericht umb gült, der*



der richter soll ihm richten, und nicht ihm sein pfennig zur hand geben, oder gute pfand, das soll er nemmen, und der ley beklage den geistlichen mann wohl vor weltlichem gericht, und der richter soll ihm richten mit recht; über den geistlichen mann, NB. aber nicht dann umb gült. At glossator IVR. SAX. Lib. II. art. XII. ne clericis quidem gratiam facit reconventionis, qua in iudicio ordinario pulsatur. Ait enim: Hiebey aber wisse dieses; dass in der wiederklage muss auch ein bischoff vor einem schaltbeissen zu recht stehen, und der bauren vrtel leiden; vor den er zuvor geklages hat. Et sane in reconventione cessare foret privilegium, etiam clericis competens, modo causa, ob quam reconveniuntur, sit talis, vt eam iudex ordinarius cognoscere possit, ipsi iuris canonici doctores plerique bona fide agnoscunt. FELIC. DE OLIVA de foro eccl. Part. III. quæst XXXII.

## §. LXXXVIII.

Quantis vero et hoc tempore forum commune ordinarium esset illud, quod DOMICILII vocant, quumque istud turbarent iudicia Westphalica, imperii ordines sibi saepe proficerent impetratis privilegiis de non euocando: de quibus IMM. SVTORIVS libro singulari, edito Ienae MDCLXI: attamen actiones in rem et hoc temporis tractu non alibi, quam in foro rei sitae instituendas esse, putant. Testimonium ex IVRE SVEVICO iam supra adduximus. Iam addi possunt, quæ ex Iurisdictione iudicii Ruperti Imp. anno MCCCCV. inter Siboldum Scelmen et Sifridum Wamboldum excerpit SCHILTER. Exerc. XHI, §. XXXI. not. a. Ad forum delicti pertinet IUS PROV. SAX. Lib. I. art. LIX. ex eoque patet, vbi

Forum domicilii, rei sitae, delicti.

vbi delictum admissum, reusue deprehensus fuerit, ibi eum forum agnouisse. Fori originis, contractus, reliquorumque, immo et meritis, reum secundum ius originis suae iudicandi \*) in his iuribus vix volam vel vestigium existare videas.

\*) Quamuis enim existet locus IVRIS SVEV. Cap. C. D. in quo colligere possis, translato domicilio, eorum priuatos ius, quo antea vixerant, non esse, siquidem ibi SPECVLATOR dicitur scribere: *die ieglicher mann, auff den man klaget, der selb anworten nach seiner geburt: Senit, dass er sich eum iudicandum esse, ex iure quod in loco domicili viget, non ex eo, quo actor vtitur.* Ita enim speculator verba interpretatur, *dum er sagt, das ist, nach seinen rechten, und nicht nach des klagers recht, quamuis postrema verba interpretatur in editione BERGERIANA p. 320. Add. in NOT. SAX. Lib. III. art. XXXIII. Vteriusque prouocationem ad singulare certamen, *man man ihn umb kampff anspricht. Das er mag er wohl wegern zu antworten, ob er von dem land da er innen geboren ist. Vel SPECVLATOR SVEVVS loquitur: Spricht ein mann, den man ansprechen an, so mag er des kampffs da wol über werden, ob er von dem land nicht geboren ist, da er ihn anspricht.**

### §. LXXXIX.

Varia  
fora pri-  
uilegia-  
ta, quo-  
rum ori-  
go in  
haec  
tempora  
incidit.

At eodem tempore passim magis magisque inualuisse animaduertimus fora, quae priuilegio nituntur. Quod vt exemplis illustrandum est, ciues academicos iam saeculo XIII foro ordinario exemisse Fridricum I. imp. *nicht habita C. ne fil. pro patre.* idque deinde et principis obseruasse, quum academias conderent. Vid. statuta acad. Vienn. apud LAMBEC. *biblioth.*

Vin-

*Vindeb. Lib. II. Cap. V. p. 95.* et diploma Ruper-  
 ti Palat. ann. MCCCLXXXVI. apud TOELN.  
*cod. dipl. Palat. p. 126.* Sed et iudicia metala  
 passim floruisse saec. XIII. ex ALBINI *Meisn.*  
*berg-chronic. tit. VII. p. 61. sequ.* aliisque eius  
 aevi monumentis probat illustris ENGELBR. *de*  
*iudic. metall. Cap. I. §. V.* Sic et curiarum do-  
 minicalium possessores hoc aeuo cognouisse  
 causas emphyteutarum suorum seu mansua-  
 riorum, patet tum ex IVRE FEVD. SAX. *Cap.*  
*LXIX.* tum ex ALAM. *Cap. CXXV. §. I.* et  
 maxime ex vetustis monumentis, quae IO.  
 SCHILTER. singulari *de curiis dominicalibus*  
 dissertatione edidit. Vt iam non dicamus de  
 iudiciis siluestribus, quorum ac metallicorum  
 veterem faciem ostendunt Goslariensium leges  
 metallicae apud LEIBN. *script. rer. Brunsv. Tom.*  
*III. p. 325.* de feudalibus, de quibus omnia in  
 vulgus nota sunt, aliisque, de quibus HERT.  
*de consult. leg. et iudic. in spec. imp. Rom. Germ.*  
*rebusp. §. XXIV. sequ.*

## §. XC.

Id vero praetermittere non possumus, in Iudices  
 iudiciis feudalibus aequae ac aliis, quorum electos  
 possessores eligebantur, neminem temere ad- reo di-  
 mittum, nisi qui eiusdem cum reo status ac gnitate  
 conditionis esset. I. IVS PROCV. SAX. *Lib. II.* pares es-  
*cap. III. Schaeppenbau - freye leute mügen vr- tebat.*  
*teilen finden über einen ieglichen mann, es mag*  
*über sie kein mann vrtheil finden, das ih-*  
*nen, an ihren leib, oder an ihre ehre gehet,*  
*oder an ihr erbe, noch ihr vrtheil schelten, er*  
 sey

sey ihnen dann ebenbürtig. Quare plene Germanica fuit, quae in hac sententia dicitur HENRICVS I. Rex Angliae, leg. Cap. XXII. quisque per pares suos iudicandus a quocumque eadem prouincias peregrina uero iudicandus omnibus subtraquemus.

\*) Id in reliquis omnibus actibus qui ad iudicium pertinent, obseruabatur. Sic etiam ad iudicium erat alterum ad singulare certamen, nisi eiusdem esset conditionis ac dignitatis. PROV. SAX. Lib. III. art. XXX. et LXXV. eleganter exprimit SPECVLATOR SVEV. Cap. CXX. Ein ieglicher mann wird wohl dier kämpffe mit seinen ungenossen. Ein man muß kämpffen mit seinen genossen, nicht mit seinen übergenossen. Et hanc conditionem uariis ab Henrico IV. Imp. rubricis, in nomine, accusatore, manus conseruatis, in conditionem principes, inquitum, in hominem illum cum nobilissimo eorum SCHAPFN. MON. HERVELD. et BEEM. ann. MLXX. CHRONOGR. SAXO. Sed et testes contra uasallum nisi illi natalibus pares, ceu actor IVRIS FEVD. SAX. Cap. XXV. Lat. Nam in exemplaribus Gem. Cap. XLVI. haec non exprimentur. CONF. SVEV. Cap. LXXVIII. IVS FEVD. SVEV. Cap. CXLII. §. V. Quin obferuamus FRESNE glossar. Lat. Tow. III. p. 122. quidem indici alicui potuisse referri ab homine eiusdem conditionis. Et patet, cur conuassalli, ad iudicium dicti sint pares curiae, puta, eius conditionis, ceu contra CIVIL. TVRNEBVM, PITHOEVVM, CHOPPINVM, eius uocabuli originem a patriciis Francorum petentes, solide probauit laudarus in glossar. Lat. ibid. p. 124.

## §. XCI.

Quod ad ADVOCATOS attinet, ij in IVRE SA- Qui ad-  
 veico aequae, ac SVEVICO, plerumque vo- uocati  
 catur *fürsprechere*, et aliquando *vormunden*, esse po-  
 tuerint?  
 tuerint? pro aliis postulantes. Excusabant vero  
 Germani non modo pueritiam, sed et ado-  
 lescentiam. Nam quum SPECVLATOR SVEVVS  
 LXXIV. monuisset, iudicis officio fungi  
 posse annis XXI. minorem, vel maiorem  
 annis: statim subiicit: *Alles was wir  
 gesprochen, daß an den richtern soll seyn,  
 daß auch an den fürsprechern seyn.* Nec  
 postulare pro aliis prohibebant femi-  
 numque in finem et IVS PROV. SAX. Lib. II.  
 LXXIII. et IVS PROV. SVEV. p. 287. edit.  
 ad C. Afraniae exemplum nos re-  
 mittit, quod uterque SPECVLATOR, et maxi-  
 me prioris interpret Latinus, satis ridicule re-  
 ferunt. Denique IVS SVEV. quod Cap. LXXIV.  
 idem in advocato exigit, quod in iudice, po-  
 testate prohibet periuros, proscriptos, diris  
 otiosos, infideles, haereticos, spurios, ru-  
 ticops, claudos, caecos, mutos et fatuos, \*)  
 honorificum fuisse hoc of-  
 ficiu, quod et Germani nec a vulturibus toga-  
 nec a faece hominum pollui voluerint.

IVS PROV. SAX. Lib. I. art. LXI. hica Suevico non  
 discrepare observamus, nisi quod prius et cleri-  
 ca pro aliis postulare vetat. Ait enim: *Ieglicher  
 Stand mag vorseprech seyn in dem lande zu Sach-  
 sen, zu land-recht, (ohne paffen,) den man an  
 seinen rechten nicht beschelten mag.* At IVS  
 PROV. SVEV. Cap. LXXXVIII. hanc parenthesin o-  
 mittit. Vtrumque porro eodem articulo et bla-  
 sum (einen stammelnden mann,) postulare posse,  
 IV. I. G. Tom. II.) Ff ait,

ait, quamvis id fraudi non sit clienti, si advo-  
 carus linguae vitio bonam causam male dixerit.  
 Recte autem SPECVLATOR SAXO addit *zu leben recht*,  
 quod itidem SVEVVS omisit. Iure enim si quis  
 vasallus, quantumvis integre facte, sine  
 munere fungi non poterat, nisi saltem *ein  
 manio* vel libra argenti (*mit einem pfennig  
 der landpfennig*) inuestitus esset. IVS PROV. SVEV.  
 Cap. XXV. Quin Cap. CXLII. §. V. *über  
 über fursten vnd über ander herren, die leben  
 haben, mag niemand fürsprech gefere, noch  
 urtheil finden in lebenrecht, wann der  
 fürst ist, oder fabn-leben hat.*

## §. XCII.

Si postu-  
 landi at-  
 que im-  
 petrandi  
 erant a  
 iudice.

Sed et in eo moris veteris patrum  
 mansit custodia, quod non suo sibi  
 arbitrio aduocatum sumeret, sed is petendus  
 impetrandusque esset a iudice. IVS PROV.  
 SVEV. Cap. XC. §. III. IVS PROV. SAX.  
 Lib. I. art. LX. Aliquando is aduocatus ex of-  
 ficio dabat illis, qui indefensi videbantur, IVS  
 PROV. SVEV. Cap. LXXIV. §. II. *in par  
 paupe-  
 ribus, quibus hic gratis patrocinium  
 tenebatur, IBID. §. IV. quum aliquando ho-  
 rarium iure sibi stipularetur. IBID. §. I. Nec  
 quisquam a iudice datus detrectare poterat  
 hoc officium, nisi ex iustis causis, quas ita  
 exprimit SPECVLATOR SAXO Lib. I. art. LX.  
 Vorspreche mag sich niemand widern zu seyn  
 im gericht, da er inn wonhafftig ist, oder da  
 er sein gut innen hat, oder da er recht fordert,  
 ohn auf sein gebornen freund, oder auf seinen  
 herren, oder auf seinen marn, ob ihm die klag  
 an sein leib, oder an sein gesund, oder an sein  
 ehr gehet.*

## §. XCIII.

## §. XCIII.

Neque tamen quisque cogebatur aduoca- Quid ius-  
 tuera uti, si suo periculo pro se postulare tum  
 et. IVS PROV. SAX. Lib. I. art. LX. Ohne circa ad-  
 sprachen mag ein mann wol klagen vnd ant- uocatos  
 werten, ob er sich des schadens erwegen will, tum re-  
 ihm dauon kommen mag, als ob er sich ver- cipien-  
 suche, daß er sich des nicht erhohlen darff, dos, tum  
 mit dem versprechen wohl thun mag, die- iam re-  
 er nicht an sein wort gehet. Conf. IVS ceptos  
 SVEV. Cap. LXXXVI. §. II. Neque ad-  
 uocato uti poterat, qui ipse iam litem erat  
 mandatus. IVS PROV. SAX. Lib. III. art. XXX.  
 ita ea qui semel aduocato caussam man-  
 ei non licebat caussam pro se agere.  
 si quis habuisset ea, quae aduocatus in  
 dixerat, huius oratio et proderat et obe-  
 clienti, \*) IVS PROV. SAX. Lib. I. art.  
 LXII. ubi hic in integrum restituebatur. IDEM  
 art. XIV. Ob ein mann an seines vor-  
 sprechen wort nicht gehet, dieweil bleibt er an  
 seines vorsprechen worten ohne schaden. Conf.  
 IVS PROV. SVEV. Cap. LXXXVI. §. II. III.

Hinc aduocatus actoris vel rei veniam petere po-  
 terat a iudice, clam colloquendi cum cliente  
 suo, ei mandatur, quae dicta vellent. Rem  
 ita describit SPECVLATOR SVEVVS Cap. LXXXVI.  
 §. III. Das ist nach der leut gewonheit, als der  
 mann fursprechen genimmet, so soll er ihm nicht  
 offenbar sagen, er soll ihm zuräumen, was er will.  
 Der fursprech soll ihm gessprechs begeren, das soll  
 ihm der richter erlauben. Vnd will er zu lang  
 sprechen, der büttel soll ihm gebieten, daß sie  
 wieder für den richter kommen. Quum ergo ita  
 arcanorum particeps fieret aduocatus, prudenter

fanxerant Germani, ne aduocatus praesentibus vel ab actore ad reum transire, vel in causa causa contra eum, cui antea praesentibus commodauerat, postulare possit, IVS PROV. SAX. Cap. LXXIV. quin vt. damnum omne teneatur, quod negligentia sua contingit, dolum vero praeterea linguae amissionem nisi eam a iudice decem libris redimeret. IBID. §. II.

## §. XCIV.

Procuratores Saxones et Sueui non admittunt, nisi ad absentiam excusant.

Ceterum ex his, quae hactenus de iuris Saxonici interpretes *ferendarios* tantum esse praesentibus in iudicio adfuites procuratorem proferunt, adeoque vsus PROCURATORUM in iudiciis absentibus fere nullus fuit SCHIT. 7277.

§. XL. Saxones enim absentibus per *boten*, vt absentiam excusarent per *boten*, (*durch einen boten: \**) sed is *boten* poterat causam domini agere, *boten* tantum aliquam impetrabat. Absentibus fideiussoribus de sistendo vadimonia tenebat absens. Tunc si non obitum esset vadimonium, non domino per procuratorem causas fonticas allegare licebat, sed ipse fideiussoribus. IVS PROV. SAX. Lib. II, art. VII. *Wer eine dieser vier sachen den mann nicht zu geding nicht kommt, wird sie bewisen, recht ist, von einem seiner BOTEN, wer der er bleibt es ohne schaden, und gewinnt es bis an das nechste geding, nachdem er der ehehafften noth ledig wird. Wer aber nicht gen setzet fürzukommen, benimmt es ihm*

etc.



hätte noth, daß er nicht vorkommen kan,  
 ehebaffte noth sollen seine bürgen beweisen,  
 bezeichnen, oder darumb schweren auf den  
 Boten, und anders keiner seiner BOTEN. Si-  
 de vasalli procuratoribus habet. IVS FEVD.  
 Cap. GXVI. Mag der mann nicht gewär-  
 vorkommen, so soll er sein BOTEN darfen-  
 der soll sein ehebaffte noth da bereden.  
 Bot mag seyn ein ieglich mann, der an  
 rechten unbescholden ist, so soll ihm der  
 tag geben.

Procuratores itaque, excusantes reorum absen-  
 tiam, dicebantur BOTHEN, missi, nuncii. GLOSSAR.  
 MONSEENSE apud PEZIVM p. 377. POTO interuentor.  
 Ex quo iam patet, cur post Francorum in Ger-  
 mania imperium, ii, qui regium fiscum in  
 Sueuia curabant, dicti sint camerae nuncii. ECKE-  
 CAROVVS de casib. monast. S. Galli Cap. I. Non-  
 dum adhuc illo tempore Sueuia in ducatum erat re-  
 ducta, sed fisco regio peculiariter parebat, sicut  
 in Italia et Francia. Procurabant ambas CAMERAE,  
 ut nuncii sic vocabant, NUNCH. Camerae enim nun-  
 cios recte. GOLDASTVS in not. p. 108. exponit pro-  
 curatores fisci.

### §. XCV.

Ex his vero, quae de iure vetere haecenus Axio-  
 ptoemismus, satis perspicuum est, I) Germa- mata.  
 non admisisse ad agendum, nisi qui iu-  
 Germanico haberent personam standi in  
 iudicio. II) Actorem sequutum esse forum  
 eiusque III) ius dictum esse secundum le-  
 gis eius provinciae, in qua actionem insti-  
 tuerat. IV) Aduocatos a iudice fuisse impe-  
 diendos; at V) ab iis tamen vix discrepasse  
 procuratores, qui VI) penetrante demum in

fora Germanorum iure canonico, aliorum mandato causas agere coeperunt.

§. XCVI.

Conclu-  
siones  
de per-  
sona  
standi in  
iudicio.

Ex primo itaque axiomate patet, 1) non esse ex iure Romano, sed ex ipso iure Germanico, quod infantes, furiosi, mente capti, non habent personam standi in iudicio, sed eorum nomine tutores et agant, et conveniantur. 2) Eiusdem originis esse, quod pater agat nomine filii, in potestate sua constituti, tamquam tutor eius legitimus: (Lib. I. §. CXXXVIII, 5) nec non 3) quod plerisque locis, ubi Themis Romana iurisprudentiam patriam non plane egit in exilium, vxoris nomine vel maritus agat, vel 4) curator in litem ei constitutus, STAT. HAMB. *Part. I. tit. IX. art. V.* immo 5) nec reliquae feminae in nuptae et viduae sine curatoribus sese in iudicio sistere possint. Ita enim 6) iure Saxónico, Magdeburgico, Holfatico, Lubecensi, Hamburgico, se rem habere, inter omnes constat.

§. XCVII.

De foro  
rei se-  
quendo.

Ex secundo reddideris rationem, 7) cur et hodie earum tantum specierum fori, quarum supra vestigia in iure Germanicoprehendimus, habeatur ratio, adeoque 8) apud nos nullum sit forum originis: et 9) forum contractus rarissimum, nisi citario reum in eo deprehendat: quamvis ne iure quidem Romano rem aliter se habere, contra eos, qui alia omnia ex *l. 19. §. 1. ff. de iudic.* colligunt, pro-

Roberti STRYKIVS *vs. digest. Lib. V. tit. I. §. XXI.*  
 Cur contra fora domicilii, rei sitae, deli-  
 privilegiata, prorogatae iurisdictionis, et  
 maxime 11) quod per reconventionem  
 cur, et hodie vbiq̄ue obtineant in Ger-  
 m̄nia, quippe nec maioribus nostris ignota,  
 iuris Romani ignarissimis.

## §. XCVIII.

Quemadmodum porro olim ius dictum est De iure,  
 standum leges eius provinciae, in qua actor ad cuius  
 iurisdictionem instituerat: ita 12) idem et hodie normam  
 observatur: praeterquam 13) si iudicium ali- in iudi-  
 quod supremum plures provinciae, diuerso ciis pro-  
 iuris agnoscant, qualia sunt suprema im- nuncian-  
 p̄ia iudicia. dum.

Id enim eius provinciae iura  
 observare in iudicando tenetur, ex qua caus-  
 illa ad iudicium supremum deuoluta est.  
 ORD. IVD. CAM. ann. MDVII. §. I. *nach inbalt*  
*gemeiner rechten, oder löblicher gewohnheit, vnd*  
*gebrauch in dem orts.* Conf. ORD. an. MCCCCXCV.  
 MDXXI. ORD. CAM. ann. MDCXIX. P. I. tit. XIX.

pr. Quin 14) et id obseruandum est, stan-  
 dum esse pactis, contractibus, testamentis,  
 secundum loci cuiusque, vbi facta sunt, leges  
 et consuetudinem factis, at 15) si in illis quid-  
 quam dispositum sit de rebus immobilibus,  
 contra leges et iura provinciae, vbi sitae  
 sunt, magis huius provinciae, quam eius,  
 factus explicatus est, leges ac consuetudi-  
 nes seruari oportere. HUBER. *de consuetu leg.*  
*diuers. in diuers. imp. §. III. sequ. §. XII. sequ.*  
 §. XIV. sequ.

## §. XCIX.

De ad-  
uocato-  
rum  
constitu-  
tione.

Quumque iam olim aduocati essent, et  
facile impetrandi: (§. XCV, 4.) facile inter-  
16) cur et hodie non cuius licet cauere  
re in foro, sed 17) plerumque  
constituatur certus aduocatorum numerus,  
nec 18) ei temere quisquam adscribatur, qui  
qui doctrinam moresque illis, instituto ex-  
amine, fatis probarit. Quin 19) cur, si vel maxi-  
me aliquibus extra ordinem ius postulandi  
concedatur, tamen et hi non nisi auctoritate  
publica, et indulgente principe, vel eius con-  
silio, iure illo gaudeant, \*) et hinc foris  
rumque vocentur *fürstliche hof-advocaten*, *königliche  
regierungs aduocati*, etc.

\*) Quod adeo verum est, vt ne deest dignitas  
amplius vbiq; sufficere videatur, sed in foro  
ribus quoque, si facultatem causas in foro agendi  
non rite impetrarint, obstat exceptio *non mäs-  
se sie sich ad praxin in hoc foro, legitime  
miret*. In dubio ergo in his causis produ-  
cendum est diploma, quo quis aduocatus digni-  
tatem facultatemque causas agendi esse consequen-  
tus, vel si illud exhibere nequit, a litis iudicii  
repellitur.

## §. C.

Eorum-  
que offi-  
cio et  
coerci-  
tione.

Ex eodem est 21) quod magistratus ex offi-  
cio aduocatum dat pauperibus, modo 22) vel  
testimonio magistratus, vel iureiurando pre-  
stito, probent, *dass sie in ihrem vermögen foriel  
nicht haben, dass sie einen aduocatum besolden,  
vnd die gerichtskosten abstaten könnten.* \*) RI-  
VIN. *ad ordin. process. Sax. tit. I. enun. XIII.*  
BEYER. *posit. pandect. Lib. III. tit. I. §. XXVIII.*  
*sequ.*

Quod 23) in multis iudiciis constituti sunt  
 advocati pauperum, quorum ad officium per-  
 tinet, eorum causas agere: alibi 24) causae  
 pauperum inter aduocatos distribuuntur, vt  
 iuxta ordinem, tangente eos ordine, pro iis postulare  
 possunt, gratis quidem, si succubuerint, at  
 impetrari honorarium, si victoriam reporta-  
 verint. ZIEGL. *ad ord. proc. Sax. tit. I. verb. da-  
 rums wegen*. Denique 25) quod me-  
 ritum aduocatione interdicitur vel multa irro-  
 gantur, qui fraudibus, falsisque allegatio-  
 nibus, quam argumentorum robore, victo-  
 riam impetrare maluerunt, qui falsum admi-  
 tterunt, vel praeuaricatione, tergiversatione,  
 et similia, similibusque delictis, eo ordine se in-  
 dignissimos reddiderunt. BERG. *ad ord. proc. Sax.  
 tit. III. obs. sequ.*

At quis iure nostro pauper est? Sunt qui eum  
 pro paupere habendum existimant, qui ne 50.  
 quidem florenorum substantiam possideat. RIVIN.  
*ad process. Sax. tit. I. enunc. XII.* ZIEGL. *ad ord.  
 proc. ibid. verb. den armen*. At BEYERVS *posit.  
 Pand. Lib. III. tit. I. §. XXX. not. f.* obseruat,  
 sibi iuris debere pauperem, *daß er so arm,  
 an fehlenden vnd liegenden gütern auch ausstehen-  
 den schulden, dazu er ohne process gelangt könte,  
 daß er nicht 200 gülden im vermögen habe, auch  
 nicht vermöge, in seiner rechts-sache die canzley-  
 vnd andere gebühren zu erlegen, oder einen aduo-  
 catum zu besolden, auch solches nirgends zu erlan-  
 gen wisse, vnd umb leistung dieses eydes, sein gut  
 vnd habe nicht veräußert, noch andern übergeben  
 habe, auch keinen bürgen auffbringen könne*. Sed  
 dubito, an ad certam quantitatem exigi possit  
 paupertas ac non potius ad personae conditionem  
 ac dignitatem familiaeque, quam alere tenetur,  
 magnitudinem, similesque circumstantias atten-

dendum sit. Quae alii diuinitas sunt, alteri res paupertate essent futura, si nihil videri possideret. Ceterum hoc omnino iudicium non habet, quod iureiurando huic inferri solet, *dass, so er im-rechten obliegen, oder sonst zu kommen würde, er alsdann seinen Fall nach seiner gebühr aufrichtige abhandlung thun wolle*: itemque, quod poena carceris haec non pauperes, quos litem temere ad persequendum mouisse, adparet. *xiij. ibid. c. iij. §. iij.*

## §. CI.

De procuratoribus ordinariis.

Ex quinto axiomate (§. XCV. §. 10) discimus, cur 26) aduocati plerumque simul et procuratorum munere in foro fungantur, et hinc 27) non solum consilio adfint clientibus, sed et mandato instructi in foro absentium causam agant. Cur quamuis 28) negari non possit, in iudiciis superioribus distincta esse solent horum et aduocatorum officia: tamen 29) non cui libet procuratoriam operam praestare solet, sed vbique a magistratu constituti sunt procuratores ordinarii, quorum vni quilibet causam mandare possit, quin 30) non modo possit, sed debeat, quum, ne lis, alterutra parte absente, nimis protrahatur, pleneque legibus cautum sit, *dass die partheyen bey gewisser straffe procuratores ad acta zu combathen schuldig seyn sollen*, idque 31) multo magis necessarium sit, si ciuitates, aliaeque vniuersitates in foro vel agant vel conueniantur. \*)

\*) Mirum est de syndicis vel procuratoribus ciuitatum vniuersitatumque nihil paene occurrere in legibus Saxonis et Sueuicis, quum tamen dubitari nequeat, quin illae et his temporibus frequenter

ter litigarint, et ipsum IVS SAX. *Lib. III. art. LXXXVI.* disquirat, quomodo ob damnum aliis datum mulctanda sit vniuersitas? Sed ex hoc ipso articulo non abs re colligere mihi videor, praefectum pagu, (qui vocatur *den hauermeister*.) pro vniuersitate causam egisse. Ait enim SPECTATOR: *Wegern sie aber des rechten, vnd werben sie aber vor dem oberrichter verklaget: ihr hauermeister muss vor sie alle wetten ein gemein gewette, vnd den gebauren mit 30. schillingen büssen, vnd ihnen allen schaden gelten.* Vix autem adparet, quo iure multa exigi potuerit a praefecto, nisi pro vniuersitate interuenisset. Ceterum et syndicos impetrandos fuisse a superiore, luculenter probari potest ex *Cap. 7. X. de procur. vbi vniuersitas Parisiensis ab Innocentio Papa III. petit, vt sibi syndicum vel procuratorem constituere liceret.* COBF. HIER. BIGNON. *ad Marculf. Lib. I. Cap. XXI.* et SCHILTER. *Exerc. X. §. XL.*

## §. CII.

Ex eodem axiomate patet, 32) cur ex plurimorum gentium ac ciuitatum moribus non admissus sit procurator, nisi indulgente vel principe, MARCVLF. *formul. Lib. I. Cap. XXI.* IO. FABER. *ad §. 6. inst. de rer. diuis. vel 33) iudice.* LAMB. IGORIS. *ad consuet. Velau. cap. XVI. ad rubr. n. 2. et 3.* Cur 34) quamuis id postea, (et quidem in Gelria anno demum MDCXXIX) ab vsu recesserit: nihilominus tamen ibi et Machliniae non admittatur procurator, nisi apud acta constitutus. LAMB. GON. *ibidem art. I.* idemque 35) obseruetur et alibi, veluti Noribergae, REFORM. NORIB. *tit. V. §. I. II.* nec non in Hassia et prouinciis Nassouicis, ceu obseruauit SCHILTER. *Exerc. X. §. XL.*

## §. CIII.

## §. CIII.

De hodierna procuratorum conditione.

Denique quum pleraque alia, quae hodie iusta existimantur circa procuratores, non ex iure Germanico, sed vel ex Romano vel canonico nata sint: (§. XCVIII, 6.) 36) atum omnino nobis agere videremur, si, quae in omnibus iurisprudentiae vtriusque conditionibus ea de re traduntur, cum lectoris hic repeteremus, maxime quum ne illa quae omnia eodem vbique modo sese habent. Praeterea otium hic nobis fecit vir omnibus nostris amicissimus, nunc chef. offic. tiffimus; CHRIST. GOTTFR. HOFFMANNVS, *de origine et conditione procuratorum a iure Romano et canon. nec non eorum progressu in Germania Germanicum Hal. MDCCXVI.*





## TIT. III.

DE

DE IUS VOCATIONE, FERIIS ET  
DIALATIONIBVS.

## §. CIV.

Quum nefas sit, quemquam indicta causa damnare, adeoque constare debeat, reo non ademptam fuisse occasionem defendendi: apud omnes peraeque generis receptum erat, vt is solemniter in ius vocatus, vel citaretur ad iudicem, et nullum haberetur, quidquid in eum absentem iudex decreuisset, nisi probari posset, eum legitimo modo in ius vocatum citatumue esse. Idem ergo et Germanos, rituum sollempnitatumque studiosissimos, obseruasse, iam paucis erit demonstrandum, ostendendumque, quos ritus ea in re adhiberi voluerint, quidque requisierint, si legitima videri deberet in ius vocatio.

Transitio ad in  
ius vo-  
catio-  
nem.

## §. CV.

Equidem quid antiquissimis temporibus iustum eam re visum sit maioribus nostris, hodie nos scimus iuxta cum ignarissimis, quum hic nos destituat CAESARIS aequae ac TACITI diligentia. At IVRE WISIGOTHICO, ceu patet ex *lib. II. Tit. I. §. XVIII.* reus, petente actore, citabatur ab ipso iudice per epistolam, ab adparitore insinuandam *coram ingenuis personis*, id est, adhibitis testibus, ne reus id postea posset inficiari. En verba:  
*Iudex,*

Citatio  
qualis  
apud  
Wisigo-  
thos?

*Iudex, quum ab aliquo fuerit interpellatus, aduersarium querulantis admonitione vnius epistolae vel sigilli \*) ad iudicium venire compellat, sub ea videlicet ratione, vt coram ingenuis personis is, qui a iudice missus exstiterit, ei, qui ad causam dicendam compellitur, offerat epistolam vel sigillum.*

\*) Hic SIGILLVM non est annuli impressio vel signaculum, sed ipsa epistola, quam medio aeuo frequenter eo nomine venisse, ipsisque Graecis vocatam esse *στυλλιον*, multis eius aetatis scriptorum testimoniis probant LINDENBR. *in glossar. p. 1479.* et CAR. DV PRESNE *gloss. Lat. et Graec. his vocib.* obseruantes, eandem notionem illos subiecisse vocabulo *annulus* vel *δακτύλιον*, quod itidem vtriusque linguae scriptores acceperunt pro epistola. Enimuero eo minus dubitari potest, quin iudicii signaculo munitae fuerint citationes, quum alias nulla fuisset ratio, illas *sigilla* vel *annulos* adpellandi.

### §. CVI.

Quam  
dilatationem illi  
reis concesserint?

Eodem iure cautum fuerat, vt dilatio talis indulgeretur reo, quae ei sufficeret, sese ad iudicium praeparanti. Hinc pro itineris breuitate vel magnitudine minoris vel maioris temporis induciae dandae erant reis, e. g. ei, qui vltra centum passuum millia aberat, praeter ordinariam dilationem dabantur dies decem, qui vltra ducenta, viginti, et sic porro. IVS WISIG. *ibid.* Qua in re Romanos imitati videntur WISIGOTHI, qui dilationis tutori sese excusaturo dandae eodem modo inibant rationem, nisi quod hi in singula XX \*) illi in singula X. miliaria singulos dies

§. 26. *Inst. l. 13. §. 1. sequ. ff. de ex-*  
*ceptis.* Quod et in aliis citationibus abser-

tuissent Romanos patet ex *l. 3. pr. ff. de iur. iur.*  
 quidem modicum videbatur iter hoc diurnum,  
 ininde *talis itineris dinumeratio neutri litiga-*  
*torum onerosa esse dicitur. d. l. 3. pr. ff. de verb.*  
 Sane hanc viam iustus exercitus horis ae-

§. CVII.

humaniores vero erant WISIGOTHI  
 in procedendis reo inducijs: eo seuerius anim-

Poena  
 contu-  
 maciae.

abant in eos, qui in ius vocati non  
 ibant. Si enim, qui laticabant, aut fugam  
 cepissent, V. solidis auri, et qui sine fu-  
 ga, (quam *dilatationem* vocat legislator,) con-  
 temperant iudicem, totidem solidis, pro parte  
 actori, pro parte iudici exsoluendis, multa-  
 bantur: quin si soluendo non essent, fugam  
 et contemptum iudicis L; solum contemptum  
 X. flagelli ictibus sine infamia luebant, nisi  
 iurando a suspicione contemptus pur-  
 gant. Qua in re tam acerbae sunt wisigo-  
 rum leges, vt et episcopum vadimonium  
 centem L. solidis; presbyterum, dia-  
 conum, subdiaconum, vti alios laicos, mul-  
 tant, hosque, si vel soluendo non sint, vel  
 episcopus pro iis satisfacere nolit, triginta  
 dierum ieiunium ferre cogant, sub solis de-  
 mum

num occasum pane et aqua reficiendos. Et tamen, quem fuga abstulerat, intra quinque dies; absenti ultra centum millia passuum intra decendum, moram purgare debet, eatenus, vt nec mulctam inferret, nec locus caederetur, nec adfligeretur longe ubi ieiunio, si intra has inducias vadimonium daret. LEX WISIG. *ibid.*

## §. CVIII.

Ea cessabat ob impedimenta legitima et ferias.

Multo magis ergo impune foret defer-  
tum a se vadimonium, qui iustum impedimen-  
que impedimentum adlegere, idem profecto  
iureiurando vel testibus idoneis probare pote-  
rat. Talia impedimenta legitima erant morbus  
fonticus, inundatio fluminum,nix, cumulata  
et alta, quae montes superari non poterat,  
LEX WISIG. *ibid.* d. §. XVIII. immo et feriae,  
quales ex eadem lege erant dies dominicus,  
pascha, quod XV. dierum erat; nati-  
uitatis Christi, circumcissionis, epiphaniae,  
pentecostes, feriae messium ac vindemia-  
quarum tamen illas, secus ac Romani a XV.  
Kal. Aug. ad XV. Kal. Sept. has a XV. Kal.  
Octobr. ad XV. Kal. Nouembres, Germani  
vero, vbi perpetua erat ac anniuersaria locustarum  
pernicies, messis ferias a XV. Kal. Iul. ad XV.  
Kal. Aug. porrigebant. *IBID.* §. XI. quae et  
ferias humanas nec facinorosis hominibus, nec  
illis, qui iam litem contestati fuerant, praestare  
*vellent.* *IBID.*

\*) Duplex nimirum erat Christianis veteribus pascha  
*σαυασιμων* alterum, quod in memoriam pas-  
nis Christi celebrabant: alterum *αυασιμων*  
quod

Christi in vitam reditum ea, qua par est, recalebant. Ad το σαυρωσιμον referebatur totam hebdomada sacram, quam ideo παραχαλιαν εβδομαδα, vel τας παραχαλις τας vocabant: ad ινασασιμον hebdomada, paschatos die ad diem dominicam in aliam quam pascha neophytorum vocat AVGVSTINVS Epist. CXIX. ad Ianuar. De hac hebdomada CONCIL. IN TRVLLO Can. LXVI. cauet, vt non neophyti tantum, sed fideles omnes, per hebdomadam paschae in templis commorentur, psalmos hyeronymique canant, lectioni S. Scripturae attendant, mysterijs fruantur, neque per hos dies spectacula aut ludi equestres fiant: quod saeculo IX. et CONCILII MELDENSIS can. LXXVII. anathematis fulmen interminati, obseruari iusserunt. Ex quo patet, quinam sint quindecim illi paschatos, quos nefastos esse voluerunt WISIGOTHI.

§. CIX.

Abd FRANCOS citatio vocabatur *mollatio* vel *amollatio*, quia ad *mallum*, id est ad locum, ubi sui copiam faciebat comes, eiusue *vicarius*, reus euocabatur, itemque *manitio*, a vernaculo *mahnen* monere. ECCARD. ad leg. Sal. p. II. porro *adrhamitio*, non a ramo, cuius usum aliquem in citationibus fuisse adhibere probatque idem laudatus ECCARD. ibid. p. 73. sed a vernaculo *anberaumen*, quod in inferiore Saxonia adhuc efferunt *anberaumen* denique *solsadia* a *sole*, i. e. die, et Germanico *setzen*: vnde *solem collocare* est citare ad diem dicere. LEX SAL. tit. XL. §. I. tit. XLIII. tit. LIII. Vid. ECCARD. ibid. p. 74. Qui citatus citabatur, ei dies dicebatur, quo die eum adesse in iudicio oporteret.

Gg

§. CX.

## §. CX.

Quo ri-  
tu facta?

Id vero omnino extra omnem dubitationis  
aleam positum est, Francos, iurisprudentiae  
formulariae studiosissimos, certis ritibus vfos  
esse in citandis reis, qui quidem in eo viden-  
tur constitisse, quod actor praesentibus testi-  
bus reum in ius vocaret, et bacillum vel fe-  
stucam in eius sinum proiiceret, ab eoque  
aliam, tamquam pignus vadimonii certo ob-  
eundi, reciperet. Testium sane mentio fit  
in LEG. SAL. tit. LIX. §. I. In sinum vero pro-  
iectam esse festucam, vel inde patet, quod  
citatus ideo dicitur sit *adiactiuus* vel *iectiuus*.  
LEG. SAL. tit. LII. FORM. LINDENB. GLVII.  
CLIX. CLXV. CLXVII. CLXIX. Denique et  
recepisse actorem festucam, argumento est  
LOCUS LEGIS RIPVAR. tit. XXX. §. I. vbi festuca  
producta fidem facere dicitur actor.

## §. CXI.

Quam  
dilatio-  
nem  
reus ci-  
tatus ha-  
buerit?

Habere et Franci legitimam dilationem  
reus concedendam, quam aequae ac vetustis-  
simi Galli et Germani, de quibus CAES. *de bell.*  
*Gall. Lib. VI. Cap. XVIII.* et TACIT. *de mor.*  
*Germ. Cap. XI.* non numero dierum, sed no-  
ctium finiebant, ac proinde illud spatium *le-*  
*gitimarum noctium* nomine venit, in charta  
Pipini regis, quam ex FELIBIENI *probat. hist.*  
*abbat. S. Dionysii Cap. XII.* extulit ECCARD. *ad*  
*leg. Sal. p. 74.* Ita vero dies, inter citationem  
et diem iudicii intermedii, quorum modo  
tres, modo septem, modo XXI modo XLII.  
indulgebantur, vocari solebant. LEG. SAL.  
tit.

tit. XL. §. I. tit. XLIII. CAPITVL. Lib. III. Cap. XLV. Ipsum enim terminum, quem vocamus, dictum esse *solem*, ac inde esse phrasas *solem collocare*, *solsadire*, iam paullo ante notauimus.

## §. CXII.

Quemadmodum vero, qui iusto die sistebant vadimonium, *placitum custodiuisset* vel *attendisset*, vel *adimpletisse* dicebantur, modo vel a mane usque ad vesperam vel per tri-  
Poena contumaciae apud Francos?  
 duum in iudicio permansissent: MARCVLF. Lib. I. form. XXXVII. FORM. sec. legem Rom. Cap. XXXIII. ita impune id non ferebant, qui legitime *adiactiui*, vel *admallati* secundum legem *Salicam*, constituto die aberant, et nec excusabant absentiam, nec legitimum impedimentum, quod illis erat *sumis*, id est, *säumniß*, adlegabant. Multam enim XV. solidorum inferre cogebantur, tantumdemque debebat actor, qui alium citans ipse aberat. LEG. SAL. tit. I. §. I. et II. Neque tamen statim pro confesso et conuicto habitus videtur contumax, sed iterum tertiumque illi dies erat dicendus, quo casu vel multa, vel debitum crescebat. LEG. SAL. tit. LIII. §. II. Si ne tunc quidem se sisteret, res eius in bannum mittebantur. CAPIT. Lib. IV. §. XXV.

Hinc litigator, qui vadimonium obierat, a iudice petere solebat testimonium, quod die constituto adfuerit, et quamdiu exspectauerit aduersarium. Extant formulae huiusmodi, quamuis satis barbarae, in FORMVLIS ANDEGAY. Cap. XII. et sequ. apud MABILLON. analect. Tomo IV. p. 243. ex quarum vna partem adscribemus: *Qui ipse*

iam superius nomenati placetum eorum legatum a mane usque ad vesperum visi fuerunt iudicasse. Nam ipsa femina nec ad placetum adducta, nec misso ad persona addirexit, qui eorum reddidit. Propterea necesse fuerit praedictis hominibus, et hanc notitiam bonorum hominum manibus notariis prosequere deberent, qualiter et iam factum fuisse.

### §. CXIII.

Legiti-  
ma im-  
pedi-  
menta.

Talia legitima impedimenta, quae illis sumis, et, voce magis magisque in alium sonum detorta, *sumis, sumia, somus, sonus, sonius, essoma, exonia, essonius, sonium, essonius* vocabantur, aliquot in ipse lege recensentur, veluti *dominica amara, infirmitas, mors propinqui, cuius cadaver in sepulchro domi sit.* LEG. SAL. tit. I. §. III. et tit. XIX. §. VI. Nec Francorum inligens religio nos dubitare patitur, quin et feriis diuinis interquiescere voluerint forensium strepitum. Saltem diebus dominicis filere iusserunt vocem praeconis. CAPITVL. I. *ann. DCCCXXIII. §. XV.* et CAPITVL. *ann. DCCCXXIII.* Nec dubium est, quin dies etiam festos natalis habuerint. Si autem recensentur a CAROLO M. *capitular. Lib. I. §. CLXIV. Lib. II. §. XXXV. et in addit. I. Ludouici Pii §. XLVI.*

\*) Sunt illi dies festi natalis domini, cum tribus subsequentibus, S. Stephani, Ioannis, euangelistae et innocentium, octaua domini, dies epiphaniae, eiusque octaua, purificatio S. Mariae, Paschatis dies octo, letania maior, dies ascensionis domini, pentecostes, S. Ioannis baptistae, SS. Petri et Paulli, S. Martini, et S. Andreae. Huic indiculo *Lib. I. §. CLXIV.* additur: *De assumptione S. Mariae interrogandum relinquimus. Sed eam*



eam quoque inter dies anniuersarios retulit Ludouicus Pius *Lib. II. §. XXXV.* addiditque diem *dedicationis S. Michaelis, et natalem S. Remigii et Aditi. I. §. XLVI. diem S. Laurentii.* Meretur hic sane legi, quae de Caroli M. fluctuatione circa diem festum assumptionis B. Mariae, virginis, ad illum Capitularium locum notauit STEPH. BALVZ. *Tom. II. p. 1171.*

## §. CXIV.

Ceteras gentes, quae sub Francorum imperio legibus patriis uiuebant, parum, quod ab horum moribus discreparet, videntur habuisse. Apud ALAMANNOS tamen videtur ciuitatio facta in ipso iudicio, vel conuentu iudico, cui omnes, ei iurisdictioni subiectos, interesse debuisse, iam supra monuimus. Ita enim intelligenda videntur verba LEGIS ALAM. *III. XXXVI. §. III. Si quis aliquem mallare vult de quacumque causa, in IPSO MALLO PUBLICO debet mallare ante iudicem suum, ut ille iudex eum distringat secundum legem, et cum iustitia respondeat vicino suo, aut qualiscumque persona eum mallare voluerit.* Reo concedebantur induciae VII. noctium, si pax parua esset in pronuncia; rebustranquillis quatuordecim. \*) *IBID. §. II.* Vadimonii vero deserti poena erat multa XII. solidorum. *IBID. §. III.*

Qualis in  
ius vo-  
cario  
apud A-  
laman-  
nos?

\*) Sed apud Alamannos breues admodum fuisse lites oportet. Nata vt *IBID. §. III.* legimus, in uno placito actor mallabat causam suam: in altero, si vellet iurare, iurabat secundum constitutam legem, ideo in primo mallo spondere debebat sacramentales, et fideiussores praebebat, sicut lex habet, et wadium suum dabat misso comitis; vel illi sentenario, qui praeerat, ut constituto die

aut legitime iuraret, aut, si culpabilis esse, componeret, ut per neglectum non caderet, aut si euaderet LX. solidis de franco semper obligabilis. In primo ergo statim terminus constituebatur, si actor habebat confidentem, et in altero, si reo inficianti deferretur iuramentum. Et hinc IBID. §. V. ait legislator: *Quod si non placito finire non poterit, in alio placito*

## §. CXV.

Qualis  
apud Bo-  
ioarios?

Apud BOIOARIOS priuatim quoscumque in ius vocabat aduerfarium, praesentibus testibus. Si ire nollet, iudex, auditis testibus, qui cum in ius vocari audiuerant, ipse euocabat hominem, et non modo cognita causa dabat sententiam, verum etiam reum actori XII. et Duci XL. solidos pendere cogebat. In eum intelligendus est locus LEG. BAIUWICENSIS, XII. Cap. II. §. I. et II. *Si quis liber ad iudicem uenerit, qui eum mallat, in qualicumque re dignabitur iustitiam facere, ille qui querit causam suam, habeat ibi testes duos vel tres, qui audiant, et videant, qualiter ille respondeat, ut possint ante iudicem testes esse. Tunc iudex iubeat eum in praesenti venire, et iubeat ei et componat XII. sol. quia non dignabitur iustitiam facere ei, cui debuit. Sic omnis, qui non dignabitur iustitiam facere ei, cui debuit, de qua re adpellatus fuerit, pro fatigatione, quam facit ei, qui eum adpellat, componat XII. sol. et postea respondeat secundum legem, et faciat iustitiam, sicut legem habet, duci vero XI. solidos.*

## §. CXVI

## §. CXVI.

In legibus BVRGVNDIONVM, SAXONVM, FRI- Apud  
 ANGV, nihil, quod ad citationem, dilatio- Lango-  
 nis, contumaciam, feriasque pertineat, occur- bardos  
 rit. \*) At tanto accuratius ea de re agunt le- alia erat  
 ges LANGOBARDORVM, quibus distinguebatur, manni-  
 essetne de ingenuitate vel de hereditate, an de tio, alia  
 alia causa disceptatio. Prioribus enim casi- districtio  
 bus priuatim et sollemniter in ius vocari oportet seu ban-  
 tebat reum, id quod vocabant *mannitio-* nus co-  
 nis, posteriore comes ipse citari reum, mitis.  
 etique ante certum diem adesse iubebat,  
 quod ipsis erat *districtio* vel *bannus*. LEX LAN-  
 GOR. *lib. II. tit. XLIII, §. II. De MANNITIONE*  
*vero, nisi de ingenuitate, aut de hereditate*  
*non sit opus obseruare: de ceteris vero causis*  
*per DISTRICTIONEM comitum veniant. Et §. IV.*  
*Si quis de statu suo, id est, de libertate, vel*  
*de hereditate compellatus est, iuxta legis consti-*  
*tutionem MANNIATVR: de ceteris vero causis,*  
*unde quis rationem est redditurus, non MANNIA-*  
*TVR, sed per comitem BANNIATVR.*

\*) Attamen apud Saxones non aliter in ius vocari  
 consueuisse reos, quam apud Francos: vel inde  
 patet, quod et illi vsi sint verbo *adramire* vel  
*adframire*, itemque vocabulo *iactius*. Ita  
 enim legendum esse patet pro *inactius* in CA-  
 PITVLAT. *de part. Saxon. §. XXXI. Si cuilibet*  
*homini sacramentum debet, ADFRAMEAT illum ad*  
*ecclesiam sacramento ad diem statutam, et si iura-*  
*re contemserit, fidem faciat, (productis nimi-*  
*rum testibus,) et solidos XV. componat, qui*  
*INACTIVS (iactius vel iectius) adparuit, et*  
*deinde causam pleniter emendare faciat. Ex quo*  
 loco patet, apud Saxones quoque in ius vocatio-

nem factam esse prius, praesentibus... et iacta in eius sinum festuca... vocabula indicant. Ex eodem... deserti vadimonii poenam suble... solidorum, quin et causa... iusiurandum sibi delatum... ser.

§. CXVII

Quomo-  
do man-  
nitio fa-  
cta?

MANNITIO fiebat praesentibus... Id enim tam erat necessarium, ac... sententiam huius in ius vocationis... vetus glossa apud LINDENBROGIVM... nitum interpretetur *vocatum*... praesentibus. Repetenda autem... catio erat quater, diuersis temporum... lis, de quibus *Lib. II. tit. XLIII. §. 1. Prima mannitio fit super VII. noctes; secunda super noctes XIII, tertia super noctes... super noctes XLII.* Vbi et Langobardorum non dierum sed noctium numerum... rum iniisse, animaduertimus. Et... priores citationes non erant... quamvis, qui deseruerat vadimonium... lis vicibus XV. solidis mulctaretur... ta vero adeo stringebat reum, ut... omnes, ipsaque beneficia *in bannum*... tur, donec se sisteret. Si intra annum... niret, rex de facultatibus eius... statuebat. LEX LANGOB. *Lib. II. tit. XLIII.*

§. I. III.

\*) Attamen apud Langobardos quoque legibus... impedimenta excusabant. Id enim sibi voluit... verba d. §. I. *Si quis ad mallum legibus man- nitus non fuerit, et non venerit, si eum somnus non detinuerit, sol. XV. culpabilis iudicetur.* Vbi sane

sane nihil mutandum est, quum vocabulum *fo-*  
*msis* Germanicum *stammis* egregie exprimat.  
 Haec eadem procul dubio fuerunt, ac apud  
 Francos. Immo ipsi quoque praeter diem do-  
 minicam ferias obseruabant, quarum recensum  
 dedit Otto M. Imp. *Lib. II. tit. XLIX. §. II. na-*  
*talem Domini, epiphaniam, statutos ieiuniorum*  
*das, pascha, adscensionem Domini, pentecosten,*  
*et festa praecipua,* in quibus forentem contice-  
 scere strepitum voluit Imperator, ita tamen, vt  
 in facinorosos etiam tempore messis et vindemiarum animaduertere liceret iudici. *Nec enim,*  
*inquit, tempore messis vel vindemiarum legis e-*  
*dictum effugere debent, qui in nullo tempore pec-*  
*care deserunt.*

### §. CXVIII.

At *districtio* quam vocabant, vel *bannus* Quomo-  
 ipsius comitis, vt diximus, auspiciis fiebat, do di-  
 per adparitorem procul dubio, vel per litte- strictio?  
 ras. Neque quater repetenda erat haec ci-  
 tatio, sed contumax erat, qui semel iterum-  
 que vocatus non aderat. Denique nec XV.  
 solidorum multam exigere poterat actor, quia  
 ipse non in ius vocauerat: sed vti olim iure  
 Romano in bona eorum, qui neque sui pot-  
 estatem faciebant, neque defendebantur,  
 stabatur: *l. 2. ff. ex quib. caus. in possess. eat.* ita  
 apud Langobardos sanxerat Ludouicus, Pius,  
 Imperator *Lib. II. tit. XLIII. §. IV. Et si post*  
*unam aut alteram admonitionem comitis aliquis*  
*ad mallum venire noluerit: rebus omnibus in*  
*bannum missis, venire ad iustitiam facere com-*  
*pellatur.*

## §. CXIX.

Medio  
aëuo  
reus in  
ius vo-  
cabatur  
ab adpa-  
ritore.

Talis erat veterum in ius vocatio, quam et infrequentibus temporibus mansisse, vel ideo suspicamur, quod et in IVRE SAXONICO et SVEVICO, aliisque eius aëui legibus, vbiq̄ue expressissima existant moris illius vetusti vestigia. Nos et illa ex instituti nostri ratione inuestigabimus. Et primo quidem reum non ab actore, sed iussu iudicis, ab adparitore in ius vocatum esse comperio. IVS PROV. SVEV. *Cap. XCIII. Der einen mann beklaget in einem gericht, vnd der richter nicht dabey ist, der fronbote soll ihn fürgebieten, als recht ist: vnd als der richter kommet; so soll er ihn richten zu hand, vnd man soll ihm nicht mehr fürgebieten. Denn die fürgebott sind der fronbothen, vnd nicht der richter. Kein richter mag niemand fürgebieten, es ist nicht seines amts. Ein richter soll ein richter seyn, vnd nicht ein fronboth. \*)*

- \*) Neque tamen existimandum est, suo arbitrio id facere potuisse adparitorem. Primo enim SPECULATOR monet, in ius vocationem ab adparitore iniussu factam valere, *wann der richter nicht dabeymen sey.* Ergo vbi illius copia erat, nihil agebat adparitor, nisi eius iussu. Deinde sub finem huius capituli legimus: *Wann der richter ein tag fürgieht, oder ein büttel fürgebeut, vnd kommt der richter nicht dar, da verleuret niemand sein recht mit.* Itaque iudicis erat diem constituere, ante quem diem reus adesse deberet: adparitoris, reum citare, eique denunciare, vt illo die adsit.

## §. CXX.

Etiam his temporibus citatis dabantur Dilatio  
 induciae quatuordecim noctium. Adeste quanta  
 enim iuebantur über vierzeben nächte. IVS iure Sa-  
 PROV. SAX. Lib. I. Art. II. Heget man aber ge- xonico.  
 ding aus vmb vngericht, nach dem rechten ge-  
 richts ding über 14. nacht, das sollen suchen die  
 pflegbafften. Et Lib. I. art. LXVII. Wann  
 man klagt vmb vngericht über den, der nicht ge-  
 genwärtig ist, dem soll man tagedingen drey  
 mal, ia über vierzeben nächte. Quod et in aliis  
 causis criminalibus obtinebat, nisi quod inge-  
 nuos capitis reo, (einem schoeppenbar - freyen  
 mann, dem es an seinen Leib gieng,) ter dies  
 diceretur, et singulis quidem vicibus sex heb-  
 domadam. IVS SAX. ibidem: Den soll man ta-  
 gedingen dreymal, immer über sechs wochen  
 vnter konigshann zu der rechten ding-stadt. Ter  
 ergo repetenda erat citatio, nec prius pro  
 contumace habebatur reus, nisi is tertium  
 quoque citatus deseruisset vadimonium. \*)

\*) Ex quo patet, vnde natus sit terminus dilationis  
 Saxonicae, eine Sächsische frist, id est, induciae  
 sex hebdomadam, trium dierum. Quum enim  
 citatio fieret ter, et semper quidem post XIV.  
 noctes: ter quatuordecim noctes conficiebant  
 sex hebdomadas. Additis tribus diebus, quibus  
 in iudicio se sistere debuisset reus, totum istud  
 spacium sex hebdomadam et trium dierum emer-  
 git. Obseruauit hoc GUNDLINGIVS Gundlingian.  
 Part. XXVI. diff. I. vbi tamen permulta aliena,  
 coniecturas etiam quasdam parum solidas, immi-  
 scet. Audire praestabit GLOSSAM ad d. art.  
 LXVII. Das vernimm also: Klagstu heut, so be-  
 taget man dich über vierzeben tag: klagstu dann  
 aber, so betaget man dich wieder über 14 tag. Als-  
 dann

dann vollführestu erst deine klage mit der dritten klage, und verfestest auch erst den beklagten mit der dritten klage. Also machen nach dem alten dreyermal über vierzehnen tag sechs wochen. *didideris tres dies, quibus comparandum est reo: habebis dilationem Saxoniam.*

## §. CXXI.

Poena contumaciae in causis criminalibus.

Quum itaque duae priores citationes non essent peremptoriae: quae poena fuit eorum, qui citati se non stitissent? Distinguebat Saxones inter iudicia criminalia, quibus vel caput, vel corpus, periclitabatur, et reliqua civilia. In illis poena post tertiam citationem non sistentis vadimonium erat praecipuum; in his illa locum non habebat. *IVS PROV. SAX. ibid. Wer nicht vorkommt zu dem dritten Male in peinlicher klage, den echtiget man. Und anders keine klag soll man den mann echtigen, ohne umb die, die an den leib, oder in die band gehet. Qualia, quamvis mutatis verbis, occurrunt etiam in IVRE PROV. SVEV. Cap. XCI. §. I. et II.*

## §. CXXII.

In causis civilibus.

Quid vero si non causa criminalis, sed civilis deducta esset in iudicium, contumax citatus vadimonium tamen non stitisset? Tunc vero condemnatus esse videtur contumax, perinde ac si vel confessus, vel convictus fuisset. \*) *IVS PROV. SAX. Lib. III. art. V. Dreyermal aber, immer über vierzehnen nacht, soll man jenen, des das gut ist, vorladen, sein gut zu vertretten, ob er wolle. Thut ers dann nicht, man geweldigt es jenem, der darauff klaget,*



*betaget. Et Lib. I. art. XLI. Klagt ein jung-  
frau oder wittwe zu landrecht über ihren vor-  
mundten, daß er sie entweldige ihres eigens oder  
lebens, oder ihrer leibzucht, vnd wird er dar-  
umb geladen zu dreyen dingen, vnd kommt nicht  
vor zu dem dritten ding, rechts zu pflegen, man  
soll ihn balmunden, das ist, man soll ihm ver-  
theilen alle vormundschafft. Quod sane idem  
est, ac si tanquam confessus vel conuictus  
condemnatus esset tutor.*

\*) Praeterea ad multam iudici pendendam teneba-  
tur reus, tum prima, tum secunda, et tertia vi-  
ce contumax. At tertia vice simul pro confessio-  
ne et conuicto habebatur. Huc pertinet locus IVR.  
PROVINC. SAX. Lib. III. art. XXXIX. *Wen man  
für gericht beschuldiget, vnd der richter ihm zu  
rechtter antwort gebeuth, vnd will er nicht ant-  
worten, noch mit recht sich entreden, daß er nicht  
antworten darff, so theilet man ihm wetbassig.  
Also thut man auch zum andern vnd dritten mal,  
vnd antwortet er dennoch nicht, so ist er VBER-  
WUNDEN, (pro confessio et conuicto habetur,) in  
der schuld. Ceterum wetten esse multam  
praestare iudici non reo, iam supra ostendimus.  
Geminus est locus SPEC. SAX. Lib. II. art. VI.  
Wer zu ding nicht kommt, den theilt man wet-  
bassig, ob er dahin dingpflichtig ist zu kommen.  
Er möge es dann mit recht wiederreden. An et in  
expensas condemnatus sit reus contumax, non  
facile dixerim. Saltim me nihil quod eo per-  
tineat, in utroque illo iure obseruasse, fa-  
teor.*

### §. CXXIII.

Attamen et Saxones, et Sueui, eos im-  
munes esse patiebantur a poena contumaciae,  
quibus in promptu erat adlegatio impedimen-  
torum legitimorum, quae et hodie vetere vo-  
cabulo  
Legiti-  
ma im-  
pedi-  
menta,  
contu-  
macia  
excusa-  
bant.

cabulo vocantur *ehebafften*. Ea, vt iam supra obseruauimus, siue per procuratores, (*durch ihren boten*,) siue per fideiuffores, quibus de iudicio fisti cauerant, adlegare adhibere tenebantur. (§. XCIV.) Talia vero legitima impedimenta praecipue erant quatuor, de quibus IVS PROV. SAX. *Lib. II. art. VII.* *Der sachen seynd, die ehebaffte noch beiffen, gefängnis, kranckheit, wallfarthen außser landes, vnd des reichs dienst. Welcher eine dieser vier sachen beweist, als recht ist, von einem fider bothen, wer der sey, er bleibt es ohne schaden, vnd gewinnet des tages, his an das nachste geding, nachdem er von der ehebafften noch ledig wird.* Addit SPECVL. SVEV. *Cap. CCLXVIII. seines herren dienst*, adeoque quinque huiusmodi impedimenta recenset, quibus adlegatis moram purgare liceat.

## §. CXXIV.

Itemque  
feriae.

In primis eo pertinebant etiam feriae, tum diuinae, quas vocabant *heilige vel feyer-tage*, tum humanae, quae illis erant *gebundene tage*. Quin non minus ad humanas referebant, quatuor dies hebdomadis, quibus pax certis hominibus sancita fuerat (*Lib. II. part. II. §. LXXIII.*) puta dies louis, Veneris, Saturni et solis. Omnibus ergo his diebus conquiescebat iudiciorum strepitus, paucis quibusdam exceptis casibus, de quibus omnibus iam ipsa SPECVLATORIS verba audire iuuabit. Pertinet ergo huc LOCUS IVR. PROV. SAX. *Lib. II. art. LXVI. HEILIGE vnd GEBVNDENE tage sind allen leuten zu friedt-tagen-gesetzt, vnd darzu in*  
iegli-

glicher woche vier tage, der donnerstag, der freytag, der sonnabend vnd der sonntag. - \*) Darumb sind diese vier tage gemeine friedtage den leuten, ohne den, die in handhafftiger that gefangen werden, oder die in des reichs überbt sind, oder geechtet sind in dem gericht.

\*) Omifimus hic illa, quibus rationes reddere conatur SPECVLATOR, cur quatuor hifce diebus pax feu treuga, ceu tum vocabant, omnibus sancita fit: nimirum *diem Iouis* praestare ait securitatem, quia eo die consecratur chrisma, quo Christiani signentur: quia Christus tum sacram eucharistiam instituerit, adeoque primordia coeperit nouum foedus: (*da fieng auch an vnser neue ehe*) quia eodem die Christus in caelum adscenderit, viamque eam munierit humano generi: *diem Veneris*, quia et homo conditus fit eo die, et Seruator pro homine mortem obierit: *diem Saturni*, quia eo die et Deus condito orbe, et Christus, defunctus passione, in sepulcro quieuerit, eodemque die et sacerdotes, Christianorum magistri et antistites, consecrantur: denique *diem solis*, quia illo homo in gratiam cum Deo redierit, idemque dies et primus mundi fuerit, et futurus fit postremus. Sed sunt hic quaedam, quae temporum illorum ignorantiam ac credulitatem produunt, pleraque autem ita comparata, vt nullum omnino inde duci possit argumentum. Quid enim magis esse potest *ἀσυλλόγητον*, quam die Saturni inducias homini deberi, quia eo die vngi soleant clerici?

### §. CXXV.

Nec minus huc pertinet alter locus *IVR. Quae feriarum. SAX. Lib. II. art. IX.* vbi distinctius docemur, quid diebus his feriatis fieri a iudice vel queat, vel nequeat. *Den geächten mann mag man wohl bestätigen* (custodiae mandare) riis humanis explicari potuerint?

in den gebundenen tagen, man mag aber über ihn nicht richten, es sey dann die handhaffte that gegenwärtig. \*) Et paucis interdictis gebundenen tagen mag man nicht schuldig anders, dann um friede, und auch auff den sonder in handhafftiger that gefangen wird, den frieden bricht in den gebundenen tagen, zu beschirmen die gebundene tage nicht. Darnach was man anders klages in gebundenen tagen, ne ungericht, das mag der richter wol thun über dem mann, der gegenwärtig, und alle antworten schuldig ist, und soll ihm gebieten, er der schuld bekenne und bessere zu rechter zeit, oder daß er deren leugen, und dardurch schwer. Nicht mag er aber dingen in gebundenen tagen. Wo man aber eyde gelobet, das soll man leisten zu hand, oder zu den nächsten ungebundenen tagen. Similia et in vlt. PROV. SVEVICO Cap. CV. quod ex instituto agitur in gebundenen tagen, reperimus.

\*) Handhaffte that vel vti a Suenis vocabatur handgethat est quodcumque faciens, cuius iudicium in ipso delicto vel ἐν αὐτοῦ ὄψει dependente. SPECVL. SAX. Lib. II. art. XXXV. Die handhaffte that ist das, so man einen mann begriffen in der that, oder in der flucht der that: oder daß er in der berey oder rauberey in seinen gewehren wird, oder er selbst den schlüssel zurüge an seiner feind. Et deprehensi statim ducebantur ad iudicium, et accusabantur, modo conuinci possent de homicidiis, de reliquis delictis capitalibus legibus, de facinore manus amputatione coercendo hinc testibus, vel accusator certamen singulare offerret. IVS PROV. SVEV. Cap. CLXI. Et hinc huiusmodi iudicium et diebus feriatis institui poterit. IDEM Cap. CV. §. II. Einen mann begriffen, und

*der handgethat, den schirmen, die gebunden zage nicht.*

§. CXXVI.

Ex his omnibus, quae ex genuinis anti-  
 quum Germanicarum fontibus hausimus, Axio-  
mata.  
 I) vtrumque in ius vocationis genus in  
 Germania fuisse receptum, eamque priuata au-  
 ctoritate, et iussu iudicis factam. II) Citatio-  
 nem certum spatium comprehendere debuisse,  
 ut cito imparato obeundum esset vadimo-  
 nium. III) Eam rite factam fuisse, actorem  
 probare debuisse, si accusare vellet contuma-  
 cem. IV) Contumacem et mulctatum, et  
 peremptoria fuisset citatio, pro confessio-  
 ne reuincto habitum. VI) Purgare reum po-  
 tuisse moram, si legitima impedimenta adle-  
 geret, eaque rite probaret; et hinc VII) ex-  
 cessum etiam esse, qui diebus feriatis non  
 stitisset vadimonium.

§. CXXVII.

Quemadmodum vero iam olim in Germa-  
 nia et priuata auctoritate, et iussu iudicis, in ius In ius  
vocatio  
qualis sit  
hodie?  
 vocabantur rei: (§. CXXVI, 1.) ita non mi-  
 nim est, 1) et hodie alibi priorem, alibi po-  
 steriorem in ius vocandi modum, magis re-  
 ceptum esse. Quamuis enim 2) plerisque lo-  
 cis mos inualuerit, vel citationem scriptam in-  
 firmuandi per adparitorem seu viatorem iudi-  
 cis, vel, quod in inferioribus iudiciis saepe  
 fieri animaduertimus, reum per hunc sine scri-  
 pto euocandi: passim tamen 3) adhuc priuata  
 auctoritate actorem in ius vocare reum anim-  
 (E. I. G. Tom. II.) Hh ad-

aduertimus, non modo in Francia, REBVEFF. *ad const. reg. Part. III. de citat. art. II. gloss. IV.* verum etiam in Germania, ceu de tractu ad Rhenum et Hennebergico obseruat SCHILT. *Exerc. VII. obs. VII.* Quin 4) alicubi actorem in salutato iudice iniungere posse ad paritorem, vt aduersarium in ius vocet, testantur GVDELIN. *de iure nouiss. Lib. IV. Cap. V.* et BACHOV. *ad Treutler. Vol. I. disp. IV. thes. II. lit. D.* Quem morem 5) eo iniquius reprehendit STRYK. *vs. hodiern. Dig. Lib. II. tit. IV. §. I.* quo magis ciuitatibus Germanicis licuit veteres mores iuri Romano praefere, et 6) quo minus illum in ius vocandi modum ipsos etiam principes et imperii ordines hodiernum ad spernari, animaduertimus. \*)

\*) Talis enim est requisitio ad austregas, quippe quae non auctoritate eorum, qui causam cognituri sunt, sed iussu ipsius actoris, ad austregas prouocantis, fieri solet, et quidem per notarium vel tabellionem. Quamuis enim SCHILTER. *Exerc. VII. §. IV.* et hanc requisitionem legitimae citationi vel ideo aequiparandam esse existimet, quod et tabelliones sint iudices, chartularii nempe: *gloss. in l. fin. C. ubi et apud quem.* et BERTACHIN. *in repert. voce notarius:* ipse tamen huic rationi non multum tribuisse videtur, quia statim addit: *Sed tamen quum notarius destituatur iubendi potestate, etiam requisitio, per eum facta, vim et effectum citationis iudicialis vix habebis per omnia, bene tamen in ius vocacionis.*

### §. CXXVIII.

Quantaere concedendae induciae? Quumque aequum esset certum temporis spatium indulgeri, ne illi imparato obeundum esset vadimonium: (§. CXXVI, 2.) non obscurum

non est, 7) cur non modo in Saxonia, aliis-  
 que provinciis, ubi iuris Saxonici aliquis usus  
 est, verum etiam 8) alibi, vbi huic iuri nihil  
 statutum est, adhuc hodie reo dentur ius-  
 tae *inter Sächsischen frist.* 9) Cur in Saxo-  
 nia et alibi non modo dies mensis, quo com-  
 parandum sit, exprimatur, verum etiam ille  
 demonstrari soleat a proximo die festo, vel  
 festo, quippe qui rusticis, aliisque ex in-  
 ter plebe hominibus, notior esse solet, quam  
 dies mensis. Hinc formula: *Den 6. Nouembr.*  
*den sechsenden Iahres, wird sein der dienstag*  
*aller heiligen, vor uns zu erscheinen.* 10)  
 Cur addi soleat: *zu rechter frührer tages zeit:*  
 quae verba olim fortassis de primo mane seu  
 sole exortu intellecta, hodie non nisi de ho-  
 ris, quibus iudex sui copiam facit, intelligen-  
 da videntur. \*) ANT. MATTH. *de probat. Cap.*  
*III. p. 448.* 11) Cur quae ius Rom. de dila-  
 tionibus praecipit, fere nusquam recepta sint  
 in Germania, ac proinde 12) dilatio citatoria,  
 quam vocant, absorbeat deliberatoriam, ipso  
 iure *struato in usu hod. Digest. Lib. II. tit.*  
*III. §. XVII. sequ.*

Veteres Germani non nisi antemeridianas horas  
 iudiciis impendebant, quod ferri non posset sen-  
 tentia nisi a ieiuniis. CAR. M. *capitul de causis*  
*ad hon. §. XV. Vt nullus ebrius suam causam per-*  
*sequi conquirere in mallo, nec testimonium dicere. Ne-*  
*que comes placitum habeat, nisi ieiunus.* Quod  
 multo magis in causis criminalibus obseruabatur,  
 IUS PROV. SAX. *Lib. III. art. LXIX.* IUS PROV.  
 SVEV. *Cap. LXXX.* IUS CLIVIAE MSC. ex quo  
 locum debemus v. c. 10. GVIL. HOFFM. *in diss. de*  
*modo iudic. priv. exercenda apud Germ. §. V.*  
 Hh 2 Dat

Das gericht soll nüchtern geendet werden, quum ita fuit, consequens est, vt iudicarentur bene mane et statim post prandium et finis illis imponeretur circa, *PROV. SVBY. Cap. CXX. edit. Sebils. Man warten, von der zeit das die sunne mittag mitten tag.* Et IVS PROV. SAX. Lib. III. Gerichts sollen warten alle die ding zu dem gericht, von der zeit an, das aufgehet, bis zu mittag, ob der richter da ist. *Addit laudatus HOFFMANNVS IVR. CLIV. MSC. Von guter alter monheit wird herkommen so soll der bey sunnen schein, vor dem richter. Das gericht solt geschehen, wenn der richter setzt hat recht gegen sünden. Vor se zeit darff niemand ersöhnen oder sich verantworten, oder anders es sey denn, dass es sachen wärd von den oder von reiffertigen leuten, oder von rathen oder sterblichen gütern, oder von anders verbunden herte, oder geschehen nach seison behöre.*

## §. CXXIX.

Quid  
obser-  
uandum  
actori rei  
contu-  
maciam  
accusa-  
turo?

Ex tercio quoque axiomate (§. CXXVIII) in foris Germ. supersunt vestigia patrii reliquiae, veluti 13) quod accusatorum accusationi non est locus, nisi probatio tationem rite esse insinuatam, adque eorumque probetur, vel accepto a reo testimonio, (durch ein recepisse) vel confessione adparitoris, siue exemplo citato subscripta, siue ad acta adscripta, quam vocant *relationem nuncii*: \*) quamvis 16) non negandum, ex eo tempore, quo ius canonicum aequae, ac civile Romanum, paulatim fora Germanorum penetrauit, in tribunalibus

supre



remis, inualuisse morem citationes reis of-  
fendi, vel pertabellionem, vel per nuncium  
licet iuratum, et ab his exigendi sollemne  
instrumentum, ex quo derite facta citatio  
constet. ORD. CAM. *part. I. tit. XLVIII. §. XI.*  
*et tit. LII. princ. BLVM. process. camer. tit.*  
*V. §. XXXIV. sequ.*

Adparitoris testimonium sufficere visum est, non  
quod iureiurando fidem adstrinxerit: nam alioquin  
ne quidem iurati testis vnus testimonium plene  
probare nouimus: sed ex principio veteris iuris  
Germanici, puta quo adparitoris testimonium  
pro duorum testimonio habebatur (§. XLIX.) IUR.  
PROV. SAX. *Lib. I. art. VIII. et SVEV. Cap.*  
*CCLIX.*

### §. CXXX.

Ex quarto et quinto axiomatibus (§. CXXVI, Contu-  
maciae 17) vnde fit con-  
demnatio in *expensas termini*, quae fieri so-  
let, si quis rite citatus non stiterit vadimoni-  
um. Eam enim in locum mulctae, in quam  
olim condemnabantur contumaces, esse surro-  
gatam, vix dubitamus. 18) Cur raro prima vel  
secunda citatio habeatur peremptoria, sed ple-  
rumque tertia demum ita fiat, vt accedat  
condemnatio, reum pro confesso et conuicto,  
vel instrumenta pro agnitis habitum iri: \*)  
quoniam 19) in Saxonia electorali per ORD.  
PROCESS. VET. *tit. X. §. IV.* altera statim cita-  
tio fuerit peremptoria, eamque ad rem cautum  
fit: *im fall aber der beklagte ungehorsamlich*  
*lassen bliebe, soll er auff des klägers vorherge-*  
*hende beschuldigung, vermöge landüblichen*  
*Saechsischen processes, erstlich in ehehafft vnd be-*

helfliche wiederrede vertheilt, und da er auff fernere lahdung, welche der kläger hiezu ausbringen soll, folgenden termin solche ehehafften und legitimum impedimentum ausführen, und darthun, oder eydlich erhalten würde, ferner zugelassen werden. In gegentheil, da er solche ehehafft nicht beybringen könnte, oder auff die andere citation gar nicht erschiene: soll er alsdann auf fernere beschuldigung des klägers in die hülffe vertheilet, und dieselbe nach inhalt der klage an ihm vollstreckt werden, at 20) noua et emendata *ibid.*, §. II has ambages tollat, et primam statim citationem vult esse peremptoriam, praeterquam in lite consistoriali super malitiosa desertione, nec non in processu banni. *im achts-process.*)

\*) Frustra ergo sunt, qui hanc poenam contumaciae ex iure Romano esse contendunt, quum ii numquam reum, deserentem vadimonium, pro confesso vel conuicto habuerint, sed vel in bona actorem miserint, ceu patet ex l. 2. l. 7. ff. *quib. ex caus. in poss. eat.* l. 10. ff. *de in ius voc.* l. 2. C. *ubi in rem act.* CIC. *pro P. Quinct. Cap. VI* vel actionem aduersus fideiussores vel vades dederint ad certam quantitatem, si ea promissa esset, suminus, ad id, quod intereset. l. 2. §. *ult.* ff. *qui satisd. cog.* l. *ult.* si quis in ius voc. non eat. l. 81. ff. *de verb. obl.* l. 12. §. 1. si quis caut. iud. *fi. caus. fact. non obtemp.* Praeterea absens euocandus erat legitimis edictis vel tribus denunciationibus, per interualla non minus decem dierum propositis. l. 68. *sequ.* ff. *de iudic.* Si tunc reus aderat cognitionis die, audiebatur quidem, sed vt prius omnia damna, quae frustratione sua dederat aduersario, sarciret. l. 15. C. *de iudic.* Si ne sic quidem veniret, a praecone publice et nominatim in clamabatur, et tunc, eo absente etiam

etiam sententia ferebatur, non tamen, vt semper pro confessio et conuicto damnaretur, sed prout id causa exigere videbatur. Hinc VLPIANVS l. 73. ff. de iudic. Et post edictum peremptorium impetratum, quum dies eius superuenerit, tunc absens citari debet, et, siue responderit, siue non responderit, agetur causa, et pronuntiabitur: non utique SECUNDVM PRAESENTEM, sed interdum vel ABSENS, si bonam causam habuit, VINCEAT. Conf. l. 1. C. quom. et quand. iud. et quae hanc in rem egregie monuit HUGO DONELL. Comment. iur. lib. XXVIII. Cap. III. p. 432.

## §. CXXXI.

Quum a contumacia iure Germanico excusantur legitima impedimenta: (§. CXXXVI, 5.) non mirum est, 21) id et hodie obtinere, ac prout, 22) quum in eo ius Romanum cum Germanico fere conspiret, hoc tanto facilius in fora nostra penetrasse. Ex quo porro consequitur, 23) vt non quatuor vel quinque tantum ista impedimenta legitima, quae Sueui et Saxones vocabant *ehehafften*, \*) vel *ehehaffte noth*, a suspitione doli et contumaciae excusent, sed et alia, in iure Rom. recensita, veluti vis maior, testimonii dictio, funus domesticum, languor ex partu, κ. τ. λ. modo 24) rite probentur, quamuis petita prima vice dilatione saltim adlegari, secunda aliqualiter demonstrari, tertia legitimo modo probari soleant

Impedimenta legitima quae excusent?

\*) Non confundenda haec impedimenta legitima cum certis eiusdem nominis causis, ob quas et exempti imperii ordines in Sueuia vicinisque tribus ad iudicium Rotwilense vocari possunt, de quibus plura scriptores iuris publici, et, qui ex instituto de hoc iudicio plenissime agit, ERIC. MAVRIT. de iudic. Rothwil. Cap. III. §. V. p. 523.

## §. CXXXII.

Quid de  
feriis  
obser-  
vandum?

Denique quum et de feriis idem fere iure Romano, quod olim Germanico, constitutum sit: (§. CXXVI, 7) non mirum sane est, 25) et hic fere per omnia receptum esse ius Romanum. Id tantum 26) ex iure patrio superesse videtur, quod plerumque superinae curiae citationibus inserant clausulam: *den 6. Nou. wird seyn, der diensttag nach dem heiligen, ODER, wann dieses kein gerichtstag wäre, den darauff folgenden, vor uns zu erscheinen.* Quum enim frequenter contingeret, ut extra ordinem ferias diurnas incidere-  
rent praesules et episcopi: monitos volebant litigatores, incidentibus huiusmodi feriis, eos sine noua citatione proximo die iudicij in iure adesse debere. Sed de his omnibus plura praecipit acuta pragmaticorum ratio, quae quidem hic multis repeti, vix necessarium esse ducimus.



TIT. IV.

DE

ACTIONIBVS EARVMQVE  
EDITIONE IN IVDICIIS  
GERM.

§. CXXXIII.

**R**EUS vbi se sistebat in iudicio, actoris Transsi-  
erat, actionem edere, vt et iudici et reo tio ad  
ipsi constaret, quid ille petat, inten- actiones  
datue, et cui fundamento superstruat earum-  
suum, ob quod vel rem suam esse, vel al- que edi-  
torem dare facere sibi oportere, contendat. tionem.  
Iamque facturi nobis videbimur operae pre-  
tium, si et de ACTIONIBVS Germanorum  
quaedam differamus, et modum actionem  
reō praesenti EDENDI, ea, qua fieri poterit,  
perpicuitate explicemus.

§. CXXXIV.

Quamuis vero hactenus iis, quae anti- Actio-  
quissimis gentium Germanicarum legibus num iu-  
cauentur, praemissis, demum ad Insequen- ris Germ.  
tium temporum iura progredi consueueri- certas  
mus: tamen, quum nullum legislatorem actio- classes  
nes forenses in certas classes, certaue gene- primus  
ra descripsisse, reperiamus, id vero multo post consti-  
cum laude praestiterit auctor libri, qui inscri- tuit au-  
bitur *richtsteig über das Sächsische landrecht*, ctor li-  
qui quidem postremis saeculis vixit, at mo- belli des  
dum litigandi Germanorum, ex iuribus per- richt-

actionum forensium describere, easque ex  
omnis aevi monumentis antiquitatis Germa-  
nicae illustrare.

\*) Auctor libelli non magis certus est, quam aetas  
qua vixit. IAC. FR. EVDŌVICI, qui illum, tan-  
quam adpendicem, subiecit. introductionis ad  
proc. feudalem, in praef. §. IX. scribit: *Der  
auctor nennet sich am ende des letzten riebsteig  
allwo auch die zeit zu finden, da beyde riebsteige  
heraus gegeben worden, wiewol ich sonst keine  
person solches auctoris bislber keine soucialia  
können.* Sed sub finem nihil legas, quam  
sequuntur: *Volbracht is also sâlichliken des  
Sassen - spegel mit synen additien. In der  
serliken stat Außburch, des landes, Sachsen  
durch Siluanum Othmer bukprentber. Durch ver-  
ordninge vnde kosten des vorsichtigen herren  
Rennman van Oringen namhafftig her  
Vnde vulentet an vnser leuen Vrowen  
den man nennet lichtmyssen, in dem jar  
tellet na godes geborte M. D. vnde XL. Vnde  
vir doctissimus vel non intellexisse vocabulum buk-  
prentber, vel illud pro nomine auctoris  
vt adeo ex eius mente hunc libellum conscripse-  
rit vel Siluanus Othmer, vel Sila. Othomarus  
Buckprentber. At bukprenter idem est, xij. sigilla-  
phus, qui speculum Sax. cum eoque hunc libel-  
lum typis expressit, isque, non vero auctor, dictus  
est Siluanus Othmer. Praefatio hunc libellum,  
qui vocatur riebsteig, confectum esse refert iussu  
Friderici Imp. na godes bort dufent jar, und an-  
derhalff hundert jar, in deme acht vnde zwun-  
tigsten yare, in dem drütten yare synes rykes in  
deme pingester dage, to Meylan in deme pala-  
ze. Sed hic quoque nihil fani repe-  
rias, nec quod cum temporum illorum ratione  
possit conciliari. In glossa WEICHE. art. X. legi-  
mus: *Vnd auch setzet Burcard von Mangolfeld den  
riebsteig, Gerke aber von Kertaw der voll-  
wortete den riebsteig.* Quod quum maxime  
proba-*

probabile sit: consequens est, ut auctor vixerit saeculo Christi XIV. Illis enim temporibus plerosque floruisse glossatores, satis constat. Vid. STRUV. *Hist. iur. Cap. VI. §. XXII. p. 402. sequ.*

### §. CXXXV.

Hic ergo auctor, omnes actiones *Cap. V.* <sup>Prima</sup> *Prima* esse generum obseruat. Alias enim earum *CIVILES* \*) esse ait, vel *BORGERLIK*, *und de be-* <sup>diuisio</sup> *darumme so, dat de klegen, en de antwer-* <sup>in ciui-</sup> *vor de saken borgen bliuen, unde dat erer* <sup>les, cri-</sup> *stet dep andern vluchtig werden en darff,* <sup>minales</sup> *dat is als vumme schuld, unde vumme gut, un-* <sup>et mix-</sup> *de vumme anesfangk:* alias *CRIMINALES*, *PYN-* <sup>tas.</sup> *LICK*, *unde heten darumme so, dat de kleger* *nichts begert, wenn dat me den andern pynighe* *vumme synen broke:* alias denique *MIXTAS*, *VERMENGEDe klagen*, quae quum primum sint *ciuiles*, postea in *criminales* degenerare, vel *ex criminalibus ciuiles* fieri possint.

\*) Ipse quidem auctor has actiones semper vocat *borgelicke klagen*, quasi a fideiussoribus vel fideiussione nomen tulerint. Sed quum his opponat *criminales* et *mixtas* actiones, *peinliche und vermengte klagen*: probabilius est, eas non tam *borgelicke* quam *borgerlike klagen* dici debuisse, ac proinde eas Latine *CIVILES* vocare non dubitauimus. At tamen et VOCABULARIUS, Lossianae speculi Sax. editioni subiunctus, has actiones vocat *Bürgerliche klagen, da man allein schuld und güldte fodert, und alle bürgerliche sachen*. Siue ergo a fideiussione, *vom bürgen*, siue a rebus creditis, *vom borgen*, siue a modo procedendi ciuili nomen inuenerit: non male iis quadrabit nomen actionum *CIVILIVM*.

### §. CXXXVI.

## §. CXXXVI.

Ciui-  
um sub-  
diuisio,  
in actio-  
nes umb  
schuld,  
umbgut  
und umb  
anefang.

Actiones ciuiles ab auctore nostro eodem  
Cap. V. diuiduntur in eas, quibus res creditae  
condicuntur *klagen umb schuld*: quibus  
RES vindicantur, *klagen umb gut*, et quibus  
REBUS FURTIVIS vel VI EXTORTIS manus im-  
ponitur, *klagen umb anefangk*. De quibus  
articulis distincte erit agendum. Solidam enim  
et vere Germanicam esse hanc actionum  
ciuiliu diuisionem, vel ex eo patet, quod  
ET LEGES GOSL. apud LEIBNIT. *script. rer. Brun-  
Tom. III. p. 484.* primum agunt *van vone  
de; p. 516. vonne schuld*; et *p. 530. van vone  
ghe*:

## §. CXXXVII.

Actio-  
nes umb  
schuld  
quotu-  
plices?

Actiones, quibus RES CREDITAE condici-  
mus, ex variis caussarum figuris omni-  
bus obseruat, veluti primum *ex mutuo vel em-  
modato, als effi me eme sulven vone  
dur*: deinde *ex promisso vel pacto, van lou-  
de*, tum porro *ex facto defuncti, van eruen  
wegen, als wenn me de eruen beschuldigt  
vone des doden schuld*: denique *ex auctoris ad-  
firmatione, van vnderwindinghe, als effi sick  
we des vnderwint, dat ein ander segget, be-  
sy it eme plichtig wedder to nemene.*

## §. CXXXVIII.

Itemque  
actiones  
in rem,  
vel mo-  
bilem.

Porro auctor Cap. XI. actiones, quibus  
RES vindicantur, in varias species dispescit.  
Quidquid enim vindicamus, id trium ge-  
nerum esse ait, aut enim nos vindicare *res  
mobiles, varende haue*, aut *feudum, leben*,  
aut *allodium, eygen oder erue*. RES MOBILES

EX



ex sex causis apud nos esse, observat, siue a nobis *inuentas*, siue *emptas*, siue ab alio nobis *datas*, siue furibus vel raptoribus *eraptas*, siue iure hereditario in nos *deuolutas*, siue denique propria industria *partas*, de quibus omnibus deinde figillatim agit *Cap. XII. et sequentibus.*

§. CXXXIX.

Similiter ob FEVDVM ex iure provinciali tripliciter agi posse, *Cap. XVIII.* observat, *primam* si feudum emptum, pretio soluto, non datum traditum sit: qui casus in IVRE PROV. Sax. *Ltb. I. art. IX.* occurrit: deinde, si frater cum fratre feudum dividere nolit, de quo *ibid. art. XIV.* denique si duo feudi possessores pignus ceperint, vel alter alterum possessione deicere velit, de quo casu ipse AVCTOR fusius agit *Cap. XXII.* Denique actiones ob ALLODIA *Cap. XXIII.* inde oriri ait, quod vnus alterum coheredem praescriptione submovere, vel tamquam natalibus impari repellere, vel alodium sine heredum consensu alii tradere, vel duo eandem hereditatem petere, vel denique vnus sibi rem tamquam alodium, alter tamquam feudum vindicare velint, de quibus casibus deinde prolixius agit a *Cap. XXIII. vsque ad Cap. XXVII.*

§. CXL.

Qui rebus FVRTIVIS vel RAPTIS iniuciebant manus, ii eas dicebantur *capere, anefangen.* De eo AVCTOR noster *Cap. XVII. Des sehe tho dem ersten; wo du einen anefangk don schafang?* Quid veteribus anefang?



vocat, quae vel ex ciuilibus criminales; vel ex criminalibus ciuiles fieri possunt: ita *Cap. XXXVI.* prius fieri obseruat, si ciuilitate conuentus ob crimina quaedam minora, fugam cepisset: posterus, si ius ignorantiae vel rusticitati ignoscat, *wann dat recht dor gnade der dorbeit.* Prioris casus exempla tria *Cap. XXXVII. sequ.* recenset, puta accusationem ob verbera, *braun vnd blaw:* ob manus reuolui furtiuas iniectas, *anesenk;* et ob promissam non praestitam, *louede. \*)* Posterioris *Capite XLII. sequ.* totidem, accusationem nimirum ob damnum, vehendo periculum consilium datum; ob homicidium ab insano vel furioso admissum, ac denique ob quodcumque homicidium casuale, vel ab ignorante perpetratum.

\*) Quamuis enim ob verbera initio ciuilitate ageretur, reus tamen fugiens ob contumaciam proferri poterat. *IVS PROV. SAX. Lib. I. LXVIII.* Ita et is, apud quem res furtivae deprehendebantur, quamuis initio ciuilitate conuentus, tamen, si adpareret, eum hominem infamem esse, *der sein recht mis dieberey oder raub verlobren habe,* non admittebatur ad iusiurandum, sed ei opus dabatur, vt aut brachium immitteret in ahenum, aqua feruente plenum, aut manus cum accusatore consereret. *IVS PROV. SAX. Lib. I. Art. XXXI.* Denique ob guarandam promissam, alio rem eandem petente, et a promissore non repulso, aliquis debebat *eine webrbasse,* *IVS PROV. SAX. Lib. II. art. XV.* vbi addit speculator: *Webrbasse, das ist, eines mannes hand, da er die gewehr mit gelobet, oder ein halb wehr-geld.* Ex quibus facile intelliges, cur AVCTOR noster has actiones in criminales degenerare, obseruavit.

## §. CXLIII.

Obfer-  
uatio  
auctoris  
de actio-  
nibus  
falso  
mixtis.

Subiungit AUCTOR postea *Cap. III. §. 1.* quasdam actiones mixtas spiritus, de quibus ipse ait: *Des hebben böse lier appelaen, dat wrechte, dat sie von borgelicken klagen, wlicke maken.* Sed quum tota eius observatio eo redeat, quod ob solum res alicuius vel aliam ex contractu obligationem, de qua conueniendus sit criminaliter, nec alia res, res actiones mixtae fingendae sint, quas leges admittunt: non est, quod in immoremur. Atque haec sunt illae actiones, quas neminem ante hanc legem nostram tanta cura distinxisse, meminimus.

## §. CXLIV.

Veteres  
leges  
non  
igno-  
rant  
actio-  
nes ciui-  
les, cri-  
minales,  
mixtas.

Sed haec eadem omnia etiam in legibus vetustioribus, non quidem eodem modo, at eadem tamen,prehendimus. Et eadem de actionibus CIVILIBUS ET CRIMINALIBUS nemo dubitauerit, quas accurate distinguit LVITFRANDVS, rex Langobard. *Leg. Langob. Lib. II. tit. XXI. §. XXIII.* dum foris *in loco admonendi sumus, quod* *ACTIO CIVILIS LITIGIVM, nisi lis contestata fuerit, ad heredem non transeat: si vero CONTRACTUS LITIGAVERIT, siue lis contestata, siue non, ad heredem et in heredem competit.* Nec dubitandum est quin et MIXTAS actiones habuerint veteres. Saepe enim eos, qui iudicium subterfugerant, vel ius dicenti non obtemperant, poenam aliquam criminalem subiisse, patet ex *LEGE WISIG. Lib. II. tit. I. §. XVIII. et alibi pas-*

*sim*

Saepe etiam eum, qui criminis accusatus fuerit, ob idoneam exceptionem non nisi ciuiter esse condemnatum comperio. Vid. LEX Saxon. tit. V. §. 1. et II.

§. CXLV.

Ciuiles porro actiones vel ad RES CREDITAS, Idem. vel ad RERVM VINDICATIONEM, vel ad rerum que sub raptarum vel raptarum PERSEQVVTIONEM diuisionem ciuilem in realem et personalem, facile vel ex ipsis Francorum legibus potest probari. Sane enim duo priorum actionum genera in mente habuit Ludouicus Pius, dum CAPITVL. Lib. VII. §. CCXI. recitat: *Quoties de reuocanda re vel causa in integrum restitutionis beneficium petitur, aut in personam, aut in PERSONAM agendum est.* Qui locum, tametsi ad restitutiones in integrum praecipue pertineat, et quodammodo exprimat iuris Romani doctrinam, quae actiones, ad in integrum restitutionem comparatas, alias personales, alias reales esse, docet, satis perfecte tamen ostendit, discrimen actionum PERSONALIVM, *umb schuld*, et REALIVM, *umb sache*, ne veteribus quidem Francis fuisse ignotum. De PERSEQVVTIONE vero rerum furtivarum, quam *auctor des Richtsteigs* vocat *die aneslangk*, in LEGE SALICA singularis existit titulus, puta L. *qui agit de furtoris*, \*) *hinc est, qualiter homo furatas res inuertiare debet*: cui gemina sunt, quae occurrunt in LEGE RIP. tit. XXXIII. et LXXIII. et CAPITVL Lib. VI. §. CCIX.

\*) Quid vero *filtrum*? Quam meliora non fuerant: adscribam, quae de hac voce  
 CARD. *ad leg. Sal. p. 93. Proteritio*,  
*damnum, iniuria, et iniugilia, quae*  
*etiam ablatio rerum alienarum pertinet,*  
*acui scriptis frequenter tortus et tor-*  
*catur, et recto opponitur. Sicut olim*  
*cantauerat: curuo dignoscere rectum*  
*huc dicunt tort et droit. GLOSSA LEXI-*  
*CAS: Tortus, ta, tum, tortinulenti,*  
*torsion, iniure. Charta Ludovici II. in*  
*monasterio Casauriensi: Pro nulla denique*  
*quispiam a monachis praefati monasterii*  
*advocato eorum in tortum querebat,*  
*quia -- eidem monasterio concessum*  
*PISTENSE Caroli Calvi Cap. XX. Sic*  
*istam exsoluant, sicut illi, qui in*  
*tortum faciunt. Et Cap. XXXII.*  
*qui tortum in suo comitatu vel in*  
*rit. VETVS NOTIT. ex tabulario Vindobonensi*  
*gio citata: In peruerso et apertis*  
*postea abstulit. TABVLAR. S. IOANNIS*  
*al-*  
*duus fecit eis multa torta. Prior*  
*est fil vel, ut Gaelpherbytani*  
*Hanc ego puto esse a nostro feillir, unde*  
*unde Itali etiam sumserunt suum feillir,*  
*Galli feillir, Angli fail, Belgae idem,*  
*feyllen. Quae si intucem comparas,*  
*falsa iniuria, vel etiam erronea vel falsa*  
*aut cui falso crimen latrociniis vel furti*  
*est. Haec ECCARDVS, quamvis*  
*Teut. p. 398. eandem vocem comparat*  
*fil commendare, cuius radix superius*  
*et tertio tertius, vt sit res tertio*  
*interiata. Ita enim GLOSSA PRIMUM*  
*res intertiatae.*

## §. CXLVI.

Sed et speciales actiones personales ex credito, promisso, obligatione defuncti, et quam vocant *van unterwinding*, non videntur veteribus ignotae fuisse. Ad primum genus pertinent, quae de re praestita habes in LEGE WISIG. *Lib. V. tit. IV. LEG. SAL. tit. LIV. LEG. ROM. addit. tit. XI. §. I.* Ad secundum loca ex LEGE WISIG. *Lib. II. tit. V. §. I. sequ.* LEG. SAL. *tit. LIII.* Ad tertium, quae occurrunt in LEGE RIPVAR. *tit. LXVII. §. I. BVRG. tit. LXV. tit. II. wisig. Lib. VII. tit. V. §. VIII.* Ad quartam illa, quae de auctoribus, a quibus se causam habere ait is, apud quem res furtivae detrahuntur, cauentur in LEGE SAL. *tit. L.* Nam actio *van unterwindingh* in eo consistebat, quod quis alterum adigere vellet ad auctorem, a quo causam haberet, nominandum.

Nec actiones ex credito, promisso, obligatione defuncti, et *van unterwindingh*.

Ita enim eam ipse describit AUCTOR *des richtssteigs Cap. VI. Thd deme vierden kummet yt tho van unterwindinghe, als est sick we des underwint, dat einander segget, be sy yt eme plichtich wedder to noemene.* Ad est: Quarto talis actio oritur ex eo, si quis aliquid dicat, quod se ex alio audivisse ait, uterque dicat, eum obligatum esse, ut sibi auctor veli homines. Eoque etiam pertinent exempla, quae ibi citantur ex IVRE PROV. SAX *Lib. II. art. XXXVI. et Lib. III. art. XLI. fin.*

## §. CXLVII.

Notam et veteribus Germanis fuisse distinctionem rerum in MOBILES et IMMOBILES, iam supra vidimus. (*Lib. II. part. I. §. XI.*) Vtrasque

Nec eas quae obres mobiles,

feuda-  
les, et  
allodia-  
les da-  
bantur.

que vel FEVDALES, vel ALLODIALES fuisse  
dem (§. XII. et sequ.) obferuimus. Ne  
ne dubitare quidem licet, quoniam etiam  
nes, quas AVCTOR *des richt-steigs* de  
dari ait, et veteribus notae fuerunt.  
rerum mobilium inuentarum nomine  
esse actionem, patet ex LEGE BAIUV.  
*Cap. XIII. §. II.* LANGOB. *Lib. II. tit. X.*  
Instituta ob res emtas actionis exem-  
bes in LEG. BAIUVAR. *tit. XV. Cap. IV.*  
admodum actiones ob res mobiles  
vti loquebantur, *commendatas* habes  
TVL. *Lib. VI. §. XXII. XXX. Lib. V. §. CLV.*  
*edit. Lindenbr.* ob res furi *trouat*  
WISIG. *Lib. VII. tit. II. §. XX.* De  
iuris fuerit circa res hereditarias et  
ostendimus supra *Lib. II. part. I.*

### §. CXLVIII.

Nec reli-  
quas  
ab au-  
ctore  
*des richt-  
steigs* re-  
centitas.  
Facile etiam ostendi posset, eas quae de rebus  
nes, quae de rebus IMMOBILIBVS, tum  
LIBVS, tum ALLODIALIBVS, ex iudicio  
RIS *des richt-steigs* competebant, ad  
CRIMINALES, quas ille vocat *perliche*  
teribus non ignoras fuisse. Sed quia de  
feudis iam non agamus, de iudiciis verum  
minalibus infra futurus sit dicendi locus  
iam quidem his non immoramur.

### §. CXLIX.

An diui-  
siones  
ab hoc  
Quod ad medii aevi iura, quae *Specula*  
SAXONICVM et SVEVICVM sistunt, attinet, ut  
priori aliquid addere superuacuum esse fu-  
turum



curam, quia totus ille libellus, *der richtsteig*, auctore  
 in hac provinciali Saxonico depraemtus est, traditae  
 auctorque illius, vel quicumque alius, in mar- iuri Sa-  
 gine vbique notavit, vnde sua hauserit. In xonico  
 LVDOVICIANA sane editione, quae iam sola ad congrua-  
 nant? adaptus est, hae remissiones, quas vocant, sin-  
 gulis capitibus actionumque generibus ad-  
 scriptae sunt. Itaque nihil superest, quam  
 in paucis dispiciamus, an eadem genera actio-  
 num etiam in IVRE SVEVICO, aliisque mediis ae-  
 culis legibus, ac statutis praesidium reperiant?

## §. CL.

IN IVRE quidem GOSLARIENSE in omnibus ius  
 geminum esse IVRI SAXONICO, iam supra Sueui-  
 demonstravimus. Ad SVEVICVM quod attinet, cum  
 nemo dubitauerit, quin illud distinguat actio- prodidit  
 nes CIVILES ET CRIMINALES. Sed et MIXTAS eo actiones  
 nunc proditas fuisse, tum quae ex civilibus in *umb*  
 criminales, tum quae ex criminalibus in ci- *schuld,*  
 viles degenerabant, satis perspicuum est ex *umb gut,*  
*et umb*  
*anefang.*  
 Cap. XCIX. §. I. CLX. §. V. CXVII. §. II.  
 sequ. CLVIII. Civiles porro vel personales  
 erant ex contractu, *umb schuld*, ceu patet ex  
 Cap. XCVI. vel reales ex iuribus in re, *umb gut*,  
 veluti Cap. CXXI. vel ex persecutione rerum  
 furivarum, *van anefangbe*, de quibus Cap.  
 CLVIII. vbi et vocabulum illud *anefangen* oc-  
 currit in SCHILTERIANA Cap. CCGXII (*der sol*  
*in gut wol anuohen*) et in rubrica ipsa: *Der*  
*schuphan oder raup kauffet, und darz angeuan-*  
*ten wirt*: nec non in BERGERINA p. 343. (*und*  
*der mag sein gut ANVENGEN mit des richters*

*urlaub*.) quum in MEICHSNERIANA dicitur: *mag er sein gut wofür er ist der richters urlaub.*

## §. CLI.

In eo-  
dem iu-  
re fun-  
damen-  
tum ha-  
bent  
actiones  
*umb bor-*  
*ge, umb*  
*louede,*  
*van er,*  
*ues we-*  
*gen, et*  
*van un-*  
*terwin-*  
*ding.*

Quumque AVCTOR *des rüchters* *de rebus creditis*, seu personales ex contractibus, diuidat in eas, quae ex commodato similibusue contractibus nascuntur, *umb borge*, quae ex promissis *umb louede*, nec non quae ex *van er, ues wegen*, et quae ad comminandum auctorem dantur, *van un-terwin-ding*: (§. CXXXVII) has quatuor omnes in iure Sueuico reperimus. De secundo exstat *capus*, *Der dem andern icht gelobt*, p. 326. quod in MEICHSNERIANA De tertio *Cap. CCLIV sequ.* de *Cap. CLVIII sequ.*

- \*) Auctor in MEICHSNERIANA *Cap. CCLIV* *gewohre*, vti apud Saxones *der geschob* BERGERIANA p. 321. *der geschob* p. 344. vocabulum *der gewers*, de quo vero est *a schollen* vel *sollen*, idque vel reo in IVRE AVGVSTANO fere semper, obseruat SCHILTER. *in glossar. Teut.* p. 321. *comminatio auctoris in criminibus furti et* vocabatur *der schub*: *woil man diese verbrechen auf einen andern schob*. Sic enim saepe is, apud quos res furtivae deprehendebantur, auctorem suum nominabat, a quo causam haberet. Is de nomine actione pulsatus, iterum alium, hoc anno alium nominabat, idque vocabatur *der schub*.

IVS PROV. SVEV. *Cap. CLXIII. §. III. et Cap. CLX. CLXII. CLXIX. CLXXII. §. III.* Non ergo *sub* proprie est indicium rei furtivae, seu vocabulum hoc interpretatus est THOMAS *de occas. concept. ac intent. const. crim. Car. §. XXIII. p. 34. sequ.* nec ipsa rei furtivae deprehensio, seu visum est DATTIO *de pace publ. Lib. I. Cap. I. n. 71.* sed nominatio auctoris. Unde in causis civilibus ita vocatam esse litis damnationem, observavit SCHILTER *gloss. Teus. p. 710.*

## §. CLII.

Nec minus actiones omnes, quas AUCTOR *Nec des richtsteiges* de REBUS MOBILIBUS, REVDIS et non ALLODIIS dari ostendit, apud Suevos receptas actiones fuisse, facile potest demonstrari. Quod enim ad *de variis rebus mobili-* *mobiles* attinet, de *rebus inuentis* agit IVS *bus.* SVEV. *Cap. CCCLXXXIX. de emtis Cap. CXLVII. §. I.* de *datis vel commendatis* *Cap. CCXLIII. §. II. de furi ereptis Cap. CLVIII. de hereditatis* *Cap. CCCCVIII. De adquisitis* quantumvis nihil speciatim cautum reperiam: in Suevia tamen hodiernum frequentissimum est vocabulum iuridicum *die errungenschafft* vel *errungene güter*, quod sane argumento est, terram quoque adquisitam, maxime quod ad communionem inter coniuges attinet, singulari ibi ius fuisse.

Quum aliquando homines dicis causa res suas, siue allodiales, siue feudales, ob imminens periculum, vel concursum praevium venderent, et quidem veluti sub pacto fiduciae, seu ea lege, ut defunctis periculo bona vendita redderentur: ea quoque fraus occasionem dabat variis actionibus. Vocabatur ea venditio iure Germ. FLVOITSAAL, idque vocabulum ita describitur ab aucto-

re IVRIS SUEV. Cap. CXXIII. *Nach dem  
mann gehen soll; und setzen sein gut in  
den andern mannes hand; dann in den hand  
ten soll; das heißet stuchtsant. Consuetudo  
ALAM. Cap. CIX. et CXXIV. IVR. SUEV.  
LVIII. et GLOSS. ad in prim. SUEV. Cap.  
XLIV. Ex quibus locis patet, quod  
huiusmodi alienationem in fideicommissum  
vel creditorum, factam, et venditam  
alienatum amissum esse, nisi alienatio  
hebdomadas reuocata fuisset, vel si  
cessisset. Plura de hac alienatione vel  
tione dixit SCHILTER. *Consuetudo  
Cap. VII. p. 387.**

## §. CLIII.

Itemque  
varie  
actiones  
de feu-  
dis.

Quum porro actiones de feudis  
CTORE *des rchisfeigs* recentrae, vel  
*emta*, nondum tradita, vel ad  
fratres, vel ad communia, ex quibus  
alterum expellere constituit, per  
primo casu IVR. FEVD. SUEV. agitur  
de altero Cap. LXV. de tertio  
Nec omittendae actiones, quae de alio  
dabantur. Et primum quidem genus  
nis, quo quis hereditatem petens  
ne submouebatur, non videtur locum  
isse apud Sueuos ob regulam, quam  
PROV. SUEV. Cap. CCLXX. et SAX. *Lib. I. c.  
XXIX.* inculcari animaduertimus. *Unde  
und die Schwaben mögen sich nicht  
an ihrem erb, dieweil sie es erzeugen  
Alterius vero exemplum est in IVR. SVAV. Cap.  
CCXCIII. Tertii IBID. in edit. Berg. p. 11. Nec  
quartum ignorasse arbitror Alamannos, quam-  
uis iam locum frustra me quaerere, fatear.*

## §. CLIV.

## §. CLIV.

DE CRIMINALIBVS actionibus, vel, vti Romanam vocare malebant, accusationibus, infra suo loco dicere licebit. Iam, quomodo actor aduersario suo edere actionem consueverit, haec dicemus. Primo omnium obseruo, tanta Germanos veneratione prosequutos esse iudices, vt non prius actionem proponerent, quam venia loquendi ab iis impetrata. Pertinet hac formula LEGIS SAL. tit. LIII. §. II. *Rogote, tunzino, vt Nestigante \*) gassachio tuum illum, qui mihi fidem fecit, (legitimum mihi debet debitum,) secundum legem Salicam mihi adstringas.* Ad quae tunzinus vel testis: *Ego Nestigantio Gassachio illo tuo in hoc iudicio, quod lex Salica habet.* Apud Ripuarios, teste eorum LEGE tit. LV, formula erat: *Ego bar (rachinburgios,) tangano, vt mihi legem dicatis.* Cuius formulae tanta erat vis, tantumque pondus, vt qui ita rogati ius dicere nollent, XV. solidis multarentur. Conf. LEG. SAL. tit. LX. §. I.

\*) Monumentum hoc vocabuli ECCARDVS ad leg. Sal. p. 95. idem Francis fuisse existimat, quod ICtis Romanis Lucius Titius, Sempronius, vel in §. 2. Inst. quib. mod. toll. obl. A. Agerius et Numerius Nigidius. Et sane tale quid significare illud *nestigante*, ex altera LEGIS SALICAE editione, a Carolo M. emendata, patet, vbi haec formula verbis magis perspicuis ita exprimitur: *Rogo te, iudex, vt hominem illum DENOMINATVM, gessachiquem meum, qui mihi fidem fecit, de debito tali denominato, secundum legem Salicam mihi eum inde adstringas.* Vbi, qui in antiqua editione est *nestigante* in hac recentiore est *homo ille denominatus.* TAN-

GANO, quo verbo vfos esse diximus Ripuarios, idem est ac rogo, vel adiuro. GLOSSA apud LINDENBR. p. 1485. TANGANO adiuro, interpello, procul dubio a Germanico *dingen* vel *thiggen*, quo pro orare vitur OTFREDVS *Lib. I. Cap. IV.* et alibi passim. Coniectura enim ECCARDI p. 109. verbum hoc esse a Germanico *xange*, quod Saxonibus sit, *tange*, tam a re aliena est, vt, forcipibus et fidiculis omnibus adhibitis, ad Francicum illud tangano trahi vix possit.

## §. CLV.

Quod et  
medio  
aeuo  
obserua-  
tum.

Idem et medio aeuo obseruatum video: idque luculenter probari potest ex AVCTORE *das richtsteigs*, qui omnibus fere actionibus huiusmodi veniam petendi formulam praemittit, veluti *Cap. VII. VIII. Here her Richter wil gy N. wort hören?* cui iudex respondere iubetur: *ya. Cap. X. Here her Richter, N. biddet eines ordels. Cap. XI. Here her richter, ick klage gode vnd yw, dat N. syn. N. hebbe, vnd bidde, das gy ene darunne to ter antwerde beyden.* Et in caussis criminalibus, de quibus *Cap. XXXI. Eya here her richter, ick bidde dorch Got eines mannes, de myn wort sprecke. Here her richter N. de biddet, dat he mute bringen vor yu in dat gericht eimen, de he bereden will, dat he syn deef sy, vnd den he in der hanthafftigen daet begrepen best. Heere her richter, wil gy dorch Got vnd dorch des rechten willen N. wort vort horen.* Sic nemo omnino in iudicio vel pro se, vel pro alio postulabat, adeoque nec actionem edebat, nec exceptionem proferebat, nisi rogata prius venia. \*)

\*) Quin

Quin nec discedere e foro cuiquam licebat, nisi impetrata venia. Ac proinde statim initio iudicii iudex de consilii sententia edicebat, ne quid in iudicio fieret sine venia. *Er gebet ding- ges laub*, ut est in IVRE PROV. SAX. *Lib. I. art. LIX.* ad quae verba GLOSSA notat: *Dinges laub das ist, dass niemands ohne vr laub hinweggeben, und das ge- ding oder gericht lassen müge, ehe es aufgegeben wird. Welches aber allein von den schoeffen, den klägern, und antwortern gesaget ist.* Quemadmodum vero apud Francos nihil sine venia a iudice impetrata in iudicio dicendum faciendumue erat, et ta- men non licebat iudici rogato cuiquam sui co- piam negare: ita idem et medio aetate observa- tum esse, nouimus, IVS PROV. SAX. *Lib. III. art. XVI.* *Der richter soll niemandes zu klagen ver- bitten, oder zu seiner klage bindernug thun.*

§. CLVI.

Impetrata venia, actor breuiter propone- bat actionem, simili fere formula, qua olim Romani uti solebant. Quemadmodum enim in non prolixis libellis actiones intentabant, sed formulis utebantur, quas vel iureconsul- ti, vel praetores prodiderant, e. g. AIO HVNC PVNDVM, QUI IN CAMPANIA EST, MEVM ESSE EX IVRE QVIRITIVM: AIO TITIVM MIHI CENTVM MVTVO DARE OPORTERE, & c. A. CAR. BRET. *parant. iudic. civil. Cap. XXIV. et XXVI.* Simili breuitate magnopere delectatos esse aduertimus maiores nostros. Tales sane sunt formulae agendi in LEGE ALAM. *tit. LVI. II. MARITVS MIHI DEDIT MORGENGEBÄ tit. XXIV. HIC EST NOSTER TERMINVS etc. Et in LEGE BAIVVAR. tit. XV. Cap. XI. §. I. ISTVD MANCIPIVM EGO COMPREHENDI EXTRA TERMI-*

Actio-  
nes sin-  
gulas  
veteres  
breui  
formula  
comple-  
teban-  
tur.

NVM

NVM, VEL DVX EXERCITVM DVXIT. Et cetera. TER MEVS RELIQUIT MIHI HEREDITATEM. *Cod. III. de Leg. III. l. XVII. Cap. II.* Vbi plures formulae, quae actoribus, ne eas pro actionibus habeant, nunquam legitimae et doli nomine scribuntur. )

) Et eas quidem formulas non scribitur, sed viva voce praecinebant, quibus protocollo referrentur a scriba. Ergo opus erat, ut libellus praeparatus, et iudice cum reo, a iudice conueniens, eodem die et actio edebatur, et praecedebatur exceptio, et iudex iuramentum nunciabat, et praesentes testes adhibere, et reum iurare iubebat, vel certum quid determini singulari vel alii huiusmodi perhibere iuramentum praefinebat, et licet formulae non terminabat. Recte ergo viri docti, quod illas licet ambages, quas hodie in Germania foris miramur, non pro iudicio et ciuili debere, eoque demum iudicium factam esse rerum conuersas, et iudicium optent cordatiores, ut fora iudicia sanentur.

### §. CLVII.

Item-  
que fie-  
bat me-  
dio  
a quo.

Morem hunc maiorum iudicium tenuerunt posteri, idque denuo licentius probatur ex auctore *des richsteigs*, verobaronum Flauio, quippe qui omnium fore actionum formulas, paucissimis fortasse praeter iudicis, notase vulgavit. Sic *Cap. VII.* occurrit actio, mutui: *so klaget N. quer N. das be eme schuldig sy teym marck, unde biddet er es ordels, est g y ene icht tho der auwerde byden schollen. Cap. L.* actio aduersus heredem ex no-  
mine



mine a defuncto contracto: *N. biddet eines ordels, nademe dat he schulde vordert vppe N. na doder handt, est he syemeicht bewysen solle.* Cap. XIII. actio, qua quis rem mobilem a se emtam persequitur: *N. sprecket, dese have sy syne, vnde he hebbe sy gegen N. suluen gekofft.* Cap. XXIII. hereditatis petitio: *Here her richter, N. de biddet, dat gy bekennen, oder eme gunnen, dat he dat bewysen mutte, dat he N. rechte erue sy. Here her richter,\*) so klage ik yu, dat N. sy gekommen, und hebbe sick mynes deels onderwunden, vnd bidde, dat gy en tho der antwerde beyden.* Et tales sunt formulae actionum omnium, quae in libello isto vtramque faciunt paginam.

\*) Quum tam saepe haftenus haec adloquutio occurrerit: *Here her richter*: operae pretium fuerit, disquirere, quid illa sibi velit. Posterius *ber esse dominum*, nemo dubitauerit. Eum enim honorem maiores nostri habebant iudicibus, vt eos veluti κατ' ἐξουχίην dominos, *die herren*, vocarent. Hinc frequentissime formulae: *Die herren sind beysammen*, ita pronunciarunt domini, ceterae. At quid prius *Here*? Mihi hic videretur clamor forensis, omnibus gentibus originis Germanicae sollempnis, et adhuc receptus apud Normannos, qui vocem hanc eloquuntur *baro*, a veteri vocabulo Celtico et Gothico *hior* gladius. Nam notum est, alibi pro *baro* etiamnum in caussis criminalibus clamari: *wapen, wapen*. Ceterum non modo in caussis criminalibus auditam esse hanc quiritationem, sed et in ciuilibus eamdem hodie quoque audiri apud Normannos, obseruauerunt MONACHI BENEDICTINI congregationis *S. Mauri* in additionibus ad CAR. DVFRESNE glossar. Lat. voce *Haro*, Tomo III. p. 1064. vbi selectissimae de hac voce obseruationes occurrunt. Eius ve-

sti

stigia superesse puto in formula *carificis*: *Herr richter her, hab ich recht gerichtet?* Ita enim hanc vocem veterem, sibi non amplius intellegam, depravarunt posterius: quasi carnifex accedere ad se iubeat iudicem, testem rei bene gestae sibi futurum. Nugae.

### §. CLVIII.

Quando  
proli-  
xiores  
inualue-  
rint li-  
belli,  
iique  
scripti.

Tales erant veteres actionum formulae. Sed ex quo in foris nostris causas agere coeperunt homines iuris Romani et pontificii principis innutriti, vel potius *DVRANDI*, aliorumque eius ordinis hominum praeceptis imbuti: alia plane esse coepit rerum facies. Iam enim actiones non amplius ad iuris Germanici, sed ad Romani, normam exigebantur: nec breui formula amplius intentionem suam complectebantur actores, sed eam vel in articulos redigebant, quem vocabant libellum *ARTICVLATVM* e foro proscriptum per *REC. IMP. vltimum §. XXVII. et LIX.* vel praemissa facti narratione, positoque agendi fundamento subnectebant petitionem, ut iudex pro se litem daret, qui pragmaticis est libellus *SVMMARIVS*. Omnia etiam haec non viua voce proferebant, sed scripta offerebant iudici, ex eoque nata est ingens actorum forensium moles, quum saepe integris voluminibus causam suam tueantur litigantes, quam olim paucissimis verbis non minus dextre perorabant.

### §. CLIX.

Veteris  
iuris  
reli-  
quiae.

Fatendum tamen est, paucas passim superesse veteris moris patrii reliquias, veluti 1) quod  
in

In inferioribus iudiciis passim et actio viua voce ad protocollum dicitur, et reliquae adlegationes a scriba iudicii eodem modo excipiuntur: 2) quod in Saxonia, quamuis libellus offeratur scriptus, isque ante terminum cum reo communicetur, tamen postea is in termino repetendus sit viua voce, *die klage muss vor mund aus in die feder wiederholet werden.* Quod adeo religiose obseruant, vt nec ex scheda quidem eum legere liceat, et qui in curiis supremis, eam consuetudinem neglexerit, in expensas termini multamque V. imperialium condemnatur. SCHWENDENDOERF. *ad Fibig. p. 272. MARTINI ad process. Sax. tit. V. §. I. n. 114.* Praeterea 3) quamuis alibi id non tam amare exigatur: prouocationi tamen, quam vocant, inferant formulam: *kläger wolle seine vbergebene klage nach allem ihrem inhalt vnd clauseln von wort zu wort anhero wiederholet haben, vnd der antwort gewärtig seyn.* SCHWENDEND. *ibid. p. 271. MARTINI ibid. p. 216.* Denique 4) quod quamuis libellus scriptus offeratur, plerumque tamen actores vtantur formula: *Kläger saget zu anbringung seiner klage.* Sed paucae hae sunt reliquiae iuris patrii, nantesque in gurgite vasto.



## TIT. V.

EXCEPTIONIBVS ET LITIS  
CONTESTATIONE

## §. CLX.

Rei  
partes  
admo-  
dum fa-  
uorabi-  
les.

**M**ale actum fuisset cum reo, si actum actoris intentione, statim eo in iudicio re decreuisset iudex. Immo si reo fauorabiles erant rei partes, ut non ea quae ad iustius defensionem pertinere videntur, ei negandum existimarent. Hinc etiam illud iuris Germanici veteris axioma: *Alles was ein mann vor gericht nicht thut, das ist wesentliches es sonst wäre, desselben macht er nicht seiner vntschuld entgehen, vnd man wird es des nicht vberzeugen.* \*) IVS PROV. art. XVIII. Itaque, quo pacto reus in iudicio manus et litem contestatus sit, et exceptionibus aduersus actorum intentionem contestatus sit, hoc titulo paullo accuratius per rationem ostendere iuuabit.

\*) Sensus est, negante reo actum, qui extra iudicium gestus sit, non admissum esse actorem ad actionem, sed fauorabiliores fuisse partes reo, si hic iureiurando se purgare vellet. Id enim significat phrasia: *einer klage mit seiner vntschuld entgehen.* At similis est art. VII. *Wer etwas lobet, oder gelobet, der sol es gelten, vnd man er thut, das soll er stert halten. Will er es aber langnen darnach, er erwehret sich des mit seinem eyde, wo er es vor gericht nicht gethan hat. Was er aber vor gericht thut, da soll der mann nicht vntschwebren. Denn das vberzeuget ihn der sachwalder.*

*dige wohl mit zweyen anderen mannen, vnd der  
richtor soll der dritte seyn. Et hoc quidem ius in-  
ter tria illa esse ait SPECVLATOR d. art. XVIII.  
quae inuito Carolo M. sibi reseruarint Saxones.  
At glossator et hanc eorum iurium originem negat,  
et ipsam regulam falsam esse existimat. Ait enim:  
Dieses ist auch vnrecht. Denn man überzeuget  
einen Sachsen, vnd alle, so dem Sächsischen,  
recht vnterworffen sind, auch nach dieses buchtes  
rechts, gleich so woll, als andere leute, vt supra  
art. VII. VIII. XIII. et XXV. infra art. LXIV.  
Auch findestu es im andern buch im VI. XXII.  
XXXIV. vnd LXIX. articul. Vnd in dem dritten  
art. XXI. XXIV. XXVII. XXVIII. vnd XXX.  
Darumb siehestu, dass es ja falsch ist. Qua de re  
plura suo loco.*

§. CLXI

Per litis contestationem Germani intelli- Litis  
con-  
testatio  
quid, et  
quotu-  
plex?  
gunt responsionem rei ad actionem ab ad-  
uersario institutam. Vnde reus a Francis di-  
cebatur *gasachio*, quasi contradictor, \*) LEG.   
SAC. tit. LIII. §. II. a Germanis reliquis *der*  
*antworter*. Quum vero, qui respondere di-  
cuntur, vel aiant, rem ita se habere, vel ne-  
gent: litis contestationem GERMANIS vel AD-  
FIRMATIVAM vel NEGATIVAM fuisse oportet.  
Quamvis vero ab hac responsione plane di-  
uisa fuerit litis contestatio Romanorum: CAR.  
BRET. *de ord. per antiquo iud* Cap. XXX. *Antiqu.*  
*nassr. Rom. Lib. IV. tit. VI. §. XLII.* tamen et  
Germanicarum gentium leges hac voce uti,  
animaduertimus, puta LEG. LANGOB. *Lib. II.*  
*tit. XXI. §. XXIII.*

\*) GASACHIO a Germanico *sache* desunt, plerique, veluti LINDENBROG. in *glossar.* p. 1406. cui *gasachio* est quasi *gegenschacher*, ECCARD. ad *leg. Scl.* p. 37. SCHILTER. in *gloss. Teut.* p. 347. Sed quia causam non minus actor, quam reus, habere dicitur, nullaque ratio sit, cur reus potius, quam actor, dicatur *gasachio*, si a causa nomen hoc desurget: et praeterea maiores nostri, orthographiae peritiam curiosi, litteris ch, g. k. fere promiscue utuntur, dicentes *chind* pro *kind*, et *chibot* pro *cibot*, hanc talem *gasachionem* dictum a *sagen*. *Gesagen* quoque veteribus erat, quasi *gegenschagen* responsum. Conseruauit hoc auctor GLOSSAE MONSIEUR. p. 100. edidit PEZIVS p. 338. vbi GISAGET, *conditio*.

## §. CLXII.

Litis  
conte-  
statio-  
nis ne-  
gatiuae  
effectus  
apud  
Wisigo-  
thos:

Reo *negante* actionis fundamentum, non idem vbique obtinebat. Modo enim iuramentum deferrebat, modo *in vice* erat singulare certamen, modo actori probatio; modo reo onus sese purgandi imponebatur, modo tum demum reus iurabat, modo, probatio ab utroque litigante sumenda, nondum tamen liqueret. Postremum obseruabant WISIGOTHI, quorum LEGE *lib. II. tit. II. §. V.* cautum erat: *Quoties cuiusda auditur, probatio quidem ab UTROQUE PARTE, hoc est, tam a petente, quam ab eo, qui petitur, debet inquiri, et quae magis recipi debeat, iudicibus discernere competenter oportet. Tamen, si per probationem rei veritas inuestigari nequaerit: tunc ille qui pulsatur, SACRAMENTIS se excipit. Quumque tunc, qui iureiurando sese purgauerat, innocens haberetur: eadem lege cautum esse videmus, vt, postquam iurauerit ille, qui*

*si pulsatus esset, quinque solidos, qui pulsauerit, cogatur exsoluere.*

§. CLXIII.

Apud BVRGVNDIONES, qui litem contestabatur negativè, aut ipse se ad iurandum paratum ostendebat, aut iusiurandum ab aduersario oblatum suscipiebat. Iurante alterutra parte, lis erat finita. Sin quis oblatum ab altera parte respue- ret iusiurandum, neque causam eius ac con- sacramentalium religioni committere auderet: integrum illi erat, ad singulare certamen pro- uocare aduersarium, \*) ex quo si victor abi- ret actor, omnem summam libello compre- hensam novies ex victi bonis consequabatur: victo contra actore, omnes eius consacramen- tales CCC. solidos mulctae nomine, absque vlla induciarum praestatione, exsoluere cogebantur. LEX BVRG. tit. XLV. Addatur tit. LXXX. §. II. ex cuius §. III. constat, etiam eum, qui calu- mniatori auctor ab subeundum singulare il- lud certamen fuerit, eandem mulctam debuif- se.

\*) Hoc ipsum est, quod in illa Burgundionum lege tam acriter reprehendunt AGOBARD. *adu. legem Gundobad. Cap. VI. p. 113. Tom. I. Op. alique veteres.* Nam primum testes non admittebant, ab actore productos, sed reum iurare patiebantur, quantumvis testibus idoneis conuinci posset. *Quae utilitas est,* inquit feruidissimi ingenii praesul, *ut propter legem, quam dicunt Gundobadam, cuius auctor existit homo haereticus, et fidei catholicae vehementer inimicus, (cuius legis homines sunt perpauci,) non possit super illum testificari alter, etiam bonus Christianus? Ex qua re oritur res valde ab-*  
 kk 2 *surda*

*sarda, ut, si aliquis eorum in coetu populi, quo etiam in mercato publico commiserit aliquam praesumptionem, non coarguatur TESTIBVS, sed sine TESTIBVS KARE, tamquam non fuerint, per quas certum esset agnosci. Deinde ne pueros quidem in verba sua adigere dubitabant Burgundiones, quae pertinet locus CARITVLAR. Lib. I. §. LXIII. ut paruuli, qui sine rationabili ueritate sunt, coguntur iurare, sicut Gundeholdingo factum. Denique in singularia illa certamina, quae non inuuehitur AGOBARDVS ibid. Cap. VII. §. 117. Haec enim caussa, inquit, accidit, ut frequenter non solum valentes viribus, sed etiam infirmi et foedi cessantur ad CERTAMEN ET PVGNAM, etiam in utilissimis rebus, quibus feralibus certaminibus contingunt homicidia iniusta, et crudelia, et perniciosa euentus iudiciorum, non sine amissione pietatis, ac pietatis, ac pietatis, ac pietatis, ac pietatis, qui poterit fratrem suum superare, et in profundum miseriarum deiicere. Et Cap. XII. §. 119. Quum haec omnia ita sint: quis est tam barbarus, ut credat, si duo pro asino molino, aut pro quocumque etiam fit vilius, contendant, non possint sine iudice, cuius illud esse debere putatur, quod est in malitia, aut maiora existant peccata, etiam atrocius, pro quibus puniendus fit? Vnde non est lex, sed nex. Denique XIV. §. 121. Denique interrogo, utrum caussa mala fuerit, pro qua bellator uterque occumbit?*

#### §. CLXIV.

Apud Francos. Francos, saltim AGOBARDI aetate, ad iuramenta et certamina singularia non defendisse, si testes in promptu essent, quibus reus negans conuinceretur, vel ex eo patet, quod Burgundiones ideo ad Francorum leges amplectendas cogi cupit AGOBARDVS, ne amplius testimonia reiciantur idonea, nec vnicuique fas sit, perfidiam



nam suam vel iureiurando, vel gladio tueri. Et hinc tam multa salutaria de testibus praecipuntur in CAPITVLARIBVS, vt vel loca hic colligere velle taediosum esset futurum. Contra in iisdem *Lib. V. §. CXCVII.* prudenter monentur iudices, ne litigantes facile ad iustificandam admittant: *Volumus, vt sacramenta cito non fiant, sed vnusquisque iudex prius causam veraciter cognoscat, vt eum veritas laedere non possit, nec facile ad sacramenta ve-*

60) Saepe quidem iureiurando se purgabant rei, cuius moris exemplum est apud GREG. TVRON. *hisor. Lib. VII. Cap. XXIII.* et in ANNAL. BERTIN. *ad ann. DCCCXXXI.* saepe confacramentales adhibebant, vti apud eundem *Lib. VIII. Cap. IX.* et *Lib. IX. Cap. XXXII.* saepe in causa dubia ad singulare certamen vel ad iudicium ignis, vel aquae siue frigidae siue feruentis, vel ad examen crucis confugiebant, ceu praeclare demonstrant CAR. DV FRESNE *in glossar. Lat. voc. aqua, ignis, ordalia.* SIRMOND. *ad Goffrid. Vindoc. Lib. III. epist. XXXVIII.* BALVZ, *ad Capitul. Tom. II. p. 1155.* Sed praeterquam quod haec omnia magis ad causas criminales, quam ad ciuiles, pertinuisse videntur, (quamuis et in ciuilibus negotiis ad singularia certamina aliquando itum esse, obseruet HADR. VALES. *rer. Francic. Lib. XV. ad ann. DXC.*) sub regibus Carolingis haec iudicia Dei, quae vocabant, pro illicitis haberi coepisse, suo loco demonstrabimus. Interim legi potest AGOBARDI libellus *contra iudic. Dei, T. I. p. 301.*

### §. CLXV.

Similes fere fuerunt mores reliquarum Quomodo  
gentium, quos tamen ideo hic fufius re- do litem  
Kk 3 cense- negati-

ue con-  
testati  
sint Sa-  
xones?

consensere nolumus, quod infra, vbi de proba-  
tionibus dicendum fuerit, eos accuratius per-  
tractandi futura sit occasio. Iam tantum, quae  
post Carolidarum aetatem fuerit litem nega-  
tiae contestandi ratio, paucis ostendemus.  
Vbi denuo nobis insigni adiumento est AV-  
CTOR *des richtsteigs*, qui libello isto non mo-  
do formulas agendi, sed et excipiendi, litem-  
que contestandi cum cura praescripsit. Exem-  
plum huiusmodi litis contestationis est *Cap.*  
*VIII.* vbi rei aduocatus, impetrata loquendi  
venia, ita respondere iubetur: *Vnschuldich segt*  
*he sick, dat he N. icht schuldich sy, vnd bid-*  
*det eines ordels, offt he is eme icht neger tho*  
*untgande sy, wen em yenne sy over tho gande.*  
Et *Cap. XIII.* *Here her richter, ick bin des vn-*  
*schuldich, dat ick sy eme verkost, vnd bidde*  
*enes ordels.* Denique *Cap. XVI.* *Here her*  
*richter, ick en hebbe syner haue nicht*, id est,  
nego, me quidquam rerum eius habere: vbi  
simul monet AVCTOR, interrogasse actorem,  
an si probare possit, reum res suas possidere,  
hic iurare teneatur? Ex quo intelligitur ali-  
quando, probante actore, non condemna-  
tum esse reum, si se hic iureiurando purgare  
posset.

### §. CLXVI.

Sed sufficiant haec de litis contestatione  
negatiua. Si reus inficiari non poterat, quod  
ab actore adfirmabatur: res ipsa exigebat, ut  
se EXCEPTIONE PEREMTORIA tueretur, id est, adle-  
gatio-

Adfir-  
mativae  
litis con-  
testatio-  
ni sub-  
iunge-

ratione vel iuris, vel facti, quo actio elideretur. <sup>hatur</sup>  
 Neque enim existimandum est, tam argu- <sup>exce-</sup>  
 tos fuisse maiores nostros, vt multum inter- <sup>ptio.</sup>  
 esse existimarent, vtrum ipso iure non com- <sup>Haec</sup>  
 peteret actio, an ope exceptionis tollere- <sup>quid</sup>  
 tur. \*) Quidquid enim in iudicio profere- <sup>Germa-</sup>  
 bat reus, eo consilio, ut actio effectu care- <sup>nis fu-</sup>  
 ret, illud Germani exceptionem vocabant, <sup>erit?</sup>  
 siue illud ad ius, siue ad factum, pertine-

\*) Notum est, non omnes reorum adlegationes, qui-  
 bus intentio actoris eliditur, Romanis dictas esse  
 exceptiones, sed eas duntaxat, quibus actio, stricto  
 iure competens, ob aequitatem excluditur. *pr. Inst.*  
*de except. l. 2. pr. ff. eod. l. 12. ff. de dol. et met. ex-*  
*cept. l. 2. pr. ff. eod. l. 12. ff. de dol. et met. except.*  
 At tantum abest, vt Germani vñquam his tricis  
 delectati sint, vt ne recepto quidem Romano  
 illud discrimen admiserint, sed pragmatici et ho-  
 die omnia, quae ad perimendam actoris actio-  
 nem faciunt, exceptiones adpellitent, siue in  
 facto, siue in iure consistant. Hinc quotidie au-  
 dimus exceptiones solutionis, compensationis, rei  
 non sic, sed aliter, gestae, ceteras, quae iure-  
 consultis Romanis exceptiones numquam dictae  
 sunt.

### §. CLXVII.

Talium exceptionum peremptoriarum pas- <sup>Exem-</sup>  
 sim fit mentio in vetustis Germanorum legi- <sup>pla exce-</sup>  
 bus. Suffecerit vnum vel alterum exemplum, <sup>ptionum</sup>  
 In LEGE BAIVV. *tit. XVI. Cap. I. §. II. con-* <sup>perem-</sup>  
 querente actore, reum suum agrum iniuria <sup>toria-</sup>  
 inuasisse: reus opponit exceptionem antiquo- <sup>rum ex-</sup>  
 ris possessionis: EGO TVA OPERA PRIORA NON <sup>legibus</sup>  
<sup>antiquis.</sup>

INVASI CONTRA LEGEM, NEC CVM SENECTU  
 COMPOSERE DEBEO, NEC EXIRE, QUA  
 RA ET LABOR PRIOR HIC EST, QUAM  
 III. XVII. Cap. II. reus actori ob  
 ptionem domini. Primum episcopus  
 tendit: CVR INVADERE CONANIS  
 VM, QVOD EGO IVSTE IVRE HEREDITARIE  
 NAVI? reus excipit: CVR MEVM DOMINUM  
 BVISTI, QVOD ANTECESSORES MEI ANTE  
 NVERVNT, ET MIHI IN ALODEM HELIC  
 ET VESTITA EST ILLIVS MANVS,  
 DIDI, ET TIRMARE VOLO CVM LEGE

\*) Notanda haec loquutio, quae non est  
 id, quod supra docuimus, puta quod  
 diales in alterum transferri conueniunt  
 uestituram, (Lib. II. Pars I. §. CIVI)  
 etiam ostendit originem loquutionis  
 qua inuestitura per manum exprimitur, e. g.  
*die gesamte hand*, pro inuestitura, *handlohn*  
 pro laudemio, cetera.

### § CLXVIII.

Ex au-  
 ctore *des*  
*richt-*  
*steiges.*

Similis et postea fuit excipiens, ut  
 pud SAXONES et SVEVOS, id quod vel  
 exemplo ex AVCTORE *des richtsteiges* pre  
 cebit. Agens ille de actione, aduer  
 iussores instituta, Cap. IX. octo excep  
 tiones reo in mundo esse monet, primo  
 nem ordinis: *nademe dat de sakewelt*  
 (actor principalis) *dar yegenwardich sy, est*  
*den icht bilke beklagen schole?* secundo  
 ptionem diuisionis: *est me eme hoger*  
*vmme synen antal beklagen mutte, edat*  
*le an synen kumpanen broke worde?*  
 estuctur

statetur IVRE PROV. SAX. *Lib. III. art. LXXXV.*  
 tertio exceptionem solutionis: *nademe he vor  
 den he lovede, ene bereidinge bewisen mach, est  
 he tho rechte nicht schote loß syn?* quarto ex-  
 ceptionem nouationis: *nademe dat yt lovede  
 meth dagen, met borgen, edder met ander ver-  
 wandelingh vernyet sy, est he tha rechte denne  
 icht los sey?* quinto pacti non adimpleti, si nem-  
 pe plures promiserint se pro debitore inter-  
 cessuros, idque deinde non fecerint: sexto  
 exceptionem non subsistentis debiti principa-  
 lis: septimo compensationis, puta, si pignus  
 acceperit creditor: postremo exceptionem  
 solutionis a debitore principali factae. \*)

\*) Ceterum ex hoc aliisque eius libelli locis patet,  
 exceptiones semper proponi consueuisse per mo-  
 dum interrogationis. Quemadmodum enim ve-  
 tere iure Rom. exceptio a praetore erat postulan-  
 da ac impetranda, ceu patet ex loco CICERONIS  
*de inuent. Lib. II. Cap. XIX. Agit is, cui manus  
 praecisa est, iniuriarum: POSTVLAT is, quicum agi-  
 tur a Praetore EXCEPTIONEM, extra quam si in  
 reum capitis praeiudicium fiat: ita apud Germa-  
 nos a iudice postulanda dandaque erat exceptio.*  
 Prius fiebat per interrogationem, vel petitionem,  
 decreti, posterior per decretum seu interloquu-  
 tionem. Praetor enim quaerebat ex scabigo, an  
 reo haec exceptio competat? eoque id adfirmante,  
 hic ad illam admittebatur. Exemplum est in *Cap.  
 XXVII. des richtsteiges, vbi auctori, rem, tamquam  
 feudalem vindicanti reus opponit exceptionem,  
 rem esse allodiam, statimque interrogat, an  
 non sibi haec exceptio competat? et an non, ea  
 probata, auctori praefereendus sit? et statim sequi-  
 tur decretum, ipsi hanc exceptionem esse profu-  
 turam* Verba ita se habent: *So VRAGE, wedder  
 du icht neger tho beholdende bist dynes eygenes, an*

*dem gude, edder yt yenne tho lene neger tho bebal-  
dene sy? So VINT ME, du fist des neger. VINDEN ve-  
ro vel finden est dicere sententiam, vel decerne-  
re. Vnde et hodie Hamburgi sententia praeto-  
ris dicitur eine findung vel niedengerichts- findung.*

## §. CLXIX.

Habe-  
bant  
Germani  
etiam  
excep-  
tiones  
dilato-  
rias, tum  
commu-  
nes cum  
Roma-  
nis,

Sed quum inter octo illas exceptiones, quas fideiussori opponi posse ait AVCTOR *des richtsteiges*, quaedam non sint *peremptoriae* vel perpetuae, sed *dilatoriae* seu *temporales*: inde facile patet, Germanis in promptu fuisse etiam huius generis exceptiones, et quidem non modo eas, quibus Romani utebantur, veluti incompetentis iudicis, CAPITVL. *Lib. VII. §. CCLXXXIII.* IVS PROV. SAX. *Lib. III. art. XXV. LXXIX. LXXXVII.* iudicis suspecti, LEG. WISIG. *Lib. II. tit. I. §. XXIII.* CAPIT. *lib. VII. §. CLXX. CXLII. CXLIII.* IVR. PROV. SAX. *Lib. III. art. LII.* restitutionis in integrum, CAPITVL. *Lib. VII. §. CCX. et CCXI.* feriarum, IVR. PROV. SAX. *Lib. II. art. XI.* excussionis, seu ordinis et diuisionis, (§. CLXVIII) praeiudicii, LEG. LANGOB. *Lib. II. tit. L. §. I. II. III.* et similes, verum etiam quasdam Germanis proprias, quales in primis erant exceptiones nondum praestitae guarandae et satisfactionis, de quibus iam quaedam pro instituti ratione dicenda erunt.

## §. CLXX.

Talis, inquam, praecipue est exceptio *guarandae*, qua quis ab alio actione siue ciuili siue criminali, pulsatus, non cogebatur prius litem contestari, vel tamquam con-

Tum si-  
bi pro-  
prias,

consumax condemnabatur, quam actor promississet, alium ex eodem capite non acturum. Si ergo praestita *guaranda*, (id quod stipulata manu fiebat,) alius quis aduersus reum ageret, et actor illum repellere non posset, hic et reo poenam, *die wehrbusse*, debebat, (§. CXLII. \*) et iudicimulctam, vel si res siue hereditarias, siue expeditorias, siue vtenfiles petens guarandam praestitisset, isque inde alium acturum repellere non posset, et reo et iudicimulctam soluere cogebatur, simulque res amittebat. Ita rem exponit auctor IVR. PROV. SAX. *Lib. II. art. XV. Lib. III. art. XIV. \**)

qualis  
exceptio  
guaran-  
dae.

\*) Sueuos ignorasse arbitramur hanc *guarandam*. Praeterquam enim, quod nec eius promissionis, nec mulctae illius, quae vocatur *die wehrbusse*, vquam sit mentio: in BERGERIANA *iuris prouincialis Sueuici* editione p. 306. caput occurrit, a MEICHSNERO omissum, quo id, quod in iure Saxonico tamquam effectus guarandae describitur, constitutioni aduocati attribuitur. En verba vtriusque speculi: *Dieweil die gewehr ongelobet ist*, inquit REPKOVIVS, *so mag der kläger bessern seine klage*. Contra SPECVLATOR SVEVVS: *Dieweyl er nicht vorsprechen bat*, *so mag der chläger pessern seine clag*, *und darnach nicht*, *wann als man ertheilt nach den rechten*.

### §. CLXXI.

Sed et hunc effectum guarandae attribui animaduertimus, quod, ea praestita, non amplius integrum sit actori actionem mutare. Eius effectus. IVR. PROV. SAX. *Lib. I. art. LXIII. Lib. III. art. XIV.* Ex quo recte colligere nobis videmur, Germanos hoc promissum aequè pro con-

contractu habuisse, ac Romanis iuris constructio obligationem quasi ex contractu imputare visa est. *l. 33. ff. de obl. et. acti. sent. eu. l. XIII, 4.* Addimus, ne ad iuris quidem iurisdictionem obstrictum fuisse reum, quatenus da nondum praestita. Hinc quando TOR SAXO *Lib. II. art. III.* scribit: *Von diesen sachen, da man den man umb beschuldigen soll er für antworten zu hand, bekennen oder leugnen, recte NOTAT KLINGIVS: Das ist die die gewebr angelobet.*

### §. CLXXII.

Excep-  
tio fa-  
tisda-  
tionis de  
prose-  
quenda  
lite tum  
apud  
veteres.

Progredimur ad *satisfactionis* notionem. Eam iam veteribus notam esse factis constat. In primis vero cautio sequenda lite in eorum legibus frequenter occurrit. Sic apud WISIGOTHOS *lex Goth. tit. I. §. XI.* exigebat hanc cautionem, si verbae inciderent, et reus non esset per se in fide digna, vt nudae eius repromissioni standum videretur. Eandem per pignora praestare tenebatur reus, si quidem ob exceptionem praevudicialem lis eodem die finiri non posset. Exemplum ex *CAPELLARI Ludouici Pii ann. DCCCXXVI.* a CAR. LABEO edito, protulit *GVNDL. in not. pandect. tit. II. tit. VIII. p. 178.* Denique si quando reus iurandum et sacramentales spondebat, ad illud praestandum dicto, pignora deposita erant apud iudicem, ea lege, vt pro commissis haberentur, nisi die illo vel iuramento vel

acton



actori satisfactum esset. LEG. ALAM. tit.  
LXXVI.

§. CLXXIII

Similis cautio et medio aevo ab utroque-  
 ligante exigi solebat, tum apud Saxones, tum <sup>Tum</sup>  
 apud Alamannos. Nam in IVRE SAX. *Lib. II.* <sup>et apud</sup>  
*art. IX.* legimus: *Der richter soll auch bürgen* <sup>Saxones</sup>  
*haben, von dem kläger, und von dem, auf wel-* <sup>et Sue-</sup>  
*chem die klage gehet, daß sie des rechten voll-* <sup>uos</sup>  
*kommen wollen. Vbi quidem interpres La-*  
*tinus vertit; ut iudici se repraesentent, adeo-*  
*que intellexit cautionem iudicio fisci: sed*  
*palam est, Saxonem potius intelligendum de*  
*cautione de lite prosequenda. Id enim disci-*  
*mus ex IVRE PROV. SVEV. Cap. III. Da zween*  
*Mann für gericht gehen, und klagen umb gült*  
*einander an, oder umb ander ungericht, die*  
*sollen bürgen setzen, der ein, daß er die klag*  
*vollführe, der ander daß er der klage antwor-*  
*te, als recht sey. \*) Sed et cautionis de prae-*  
*stando iurcurando mentio fit in IVRE PROV.*  
*SAX. Lib. III. art. XI.*

\*) Aliquando et de iudicio fisci cauebat reus, tum in  
 causis civilibus, tum in criminalibus. Et tunc  
 fideiuffores, nisi reum exhiberent, eadem poe-  
 nam ferre cogebantur, quae mansura fuisset ipsum  
 reum. IVS PROV. SVEV. *Cap. CLXI. §. II.* *Wer*  
*ambürget einen man von einem richter, daß er ihn*  
*fürbringe umb ungerichte, bringet er ihn nicht für,*  
*er muß das alles leyden, das iener solt leyden.*  
 Hinc quamvis iudex cautionem recipere sine ac-  
 cusatoris consensu non posset in causis homicidii,  
 rapinae, similibusque; 1810. *Cap. CLIII.* tamen  
 si accusator in eo adquisierat, et simul receperat

rat fideiufforem, hic, non exhibito reo, capere non solentur: Ita enim SPECULATOR *ibid.* CCCXXVI. *Es soll niemand da bürg werden, wenn er nicht einen todschlag. Wird aber einer bürg, muß er thun, als jenen.* Ex quo intelligimus, quod res quoque nostros ex parte probasse, contra legem Graecorum, aliarumque gentium, quibus iudicium fumebant a fideiussoribus, vel a iudice, qui pro capitis reo sese obstrinxerant, de iure legendi GROT. *de iure belli et pac. Lib. II. Cap. XXI. §. XI, n. 2.* PVFENDORF. *de iure belli et pac. Lib. V. Cap. X. §. XII.* Ex parte, inquit, Saxones hac in re humaniores fuisse, discimus ex IVRE PROV. SAX. *Lib. III. art. IX.* *Wer da bürg wird vor den mann ihn wieder vorzusstellen, der mag ihn dann nicht haben, wann er ihn nicht stellen soll, er muß es bessern nach dem todschlag ward, also doch, daß er der klagen wegen überwunden sey. Gehet ihm aber die klage an, so muß er sein WERGELD geben. Vnd das ist dem kläger, vnd nicht dem richter. Sondern es ist aber hat der richter daran.* Attamen nonnulla intelligenda de casu, si reus aufugerit. Nam si decessisset, vel alias per vadens liberatus, quo minus reum exhiberet, procurator liberatus erat fideiussor. Nam et si quis iudicem se exhibiturum promiserat, mortua perempto liberabatur, modo exhiberet corium. IVR. PROV. WEV. *Cap. CXXXIX. §. II. et SAX Lib. II. art. XI.*

### §. CLXXIV.

Ex-  
ceptio  
cautio-  
nis de  
recon-  
ventio-  
ne.

Ex quibus omnibus simul discimus, nec exceptionem cautionis de iudicio facti et iudicatum solui ignotam fuisse maioribus nostris. \*) Sed praecipua tamen erat cautio de reconventionem, quam si praestare non possent rei, aliquando in carcere habitare cogebantur. Quum enim reconventiones omni-

probare Germanorum Themis, et ei tamen, nisi finita conuentione, locus non est: aut fideiussores exigebantur, aut reus mandabatur custodiam, nisi bona immobilia possideret. IVS PROV. SAX. Lib. I. art. LXI. *Der mann recht fodert, da soll er wieder umb rechtens pflegen. Kein kläger darff bürgen setzen, ehe denn die klage betaget wird. Wer keinen bürgen haben mag, den soll man behalten in des richters gewalt, ob der da kein bitt, vnd er umb vngericht klaget, oder ob klag auf ihn gehet.*

Sic proscriptus non poterat proscriptione eximi, nisi satisfacere iudicatum solui. IVS PROV. SAX. Lib. III. Cap. XVIII. *Bürgen soll der geachtete setzen, daß er wolle vorkommen sich zu verantworten. Hat er der burgen nicht, der richter soll ihn behalten, bis daß er rechtens pflege.* IVS PROV. ALAM. Cap. CLIII. *Ein verächter mann, will er sich aus der acht ziehen, so soll er für den richter kommen vngesfangen vnd vngesunden, der ihn zu acht hat gethan, vnd soll ihm gewisse bürgen umb der klägers schulde setzen vnd umb sein busse, vnd sind die kläger da zugegen, die sollen die burgschafft selbst empfangen umb ihr ansprach. Vnd nimmet der richter vngewisse bürgen, der richter soll den schaden han, vnd nicht die kläger.* Et Cap. LXXXIX. *Wes der kläger vor gericht schuldig wird, oder der, auf den die klage geht, da sollen sie bürgen umb setzen, ob sie nicht gutes in dem gericht haben. Wer nicht bürgen hat, den soll der fronbot behalten.*

§. CLXXV.

Singularis quoque et propria Germanis erat exceptio dilatoria, qua utebantur rei, qui alia lingua, quam quae illis vernacula erat,

Exceptio linguae actoris sibi ignotae.

con-

conueniebantur. IVS PROV. SAX. Lib. III. Cap. LXXI. Ein ieglich man, den man beschuldiget, der mag wol wiedern zu antworten, und wenn ihn nicht beschuldiget mit der sprach, die ihm angeboren ist, als ob er nicht deudsch sein recht dazu thut, (i. e. si hoc iure confirmet,) schuldiget man ihn dann mit der sprach, so muß er antworten, oder sich von sprach von seinet wegen, also daß es dem richter und der richter vernemen mögen. Hat ein man einmahl deudsch geklaget, oder geantwortet, und vrtail gefunden vor gericht, und man hat ihn gezeugen, er muß wieder antworten, und sich verantworten (obn vor dem reich) dann also hat ein man sein recht nach seiner geburt.

\*) In IVRE PROV. SVEVICO Cap. LXXX. §. 1. In iudicio in Meichsneriana (in Bergeriana) causa non considerantur, caput hoc paullo aliter se habet. Nam primum cauetur, ut si quis, aliter loquens, linguam, qua actor usus est, callere se in causa litem contestari velit, iudex ei hoc non concedat, et ne sic quidem respondere cogatur. Si confessum et conuictum condemnari non oportet, terea multam exigit ob contumaciam. Deinde de si quis linguae, qua conuenitur, non sciret, speculator Alamannus ei advocatum, qui eius iustitiam gnarum dari iubet. Si huius non habet, distinguit, sitne reus in abro, si non, si reus, vel ab aliquo visus, dum factus, si non, an testibus conuinci non possit. Prius iudex, si reus fu condemnari eum iubet, de posteriori praecipit: man solle ihn behalten, bis man ihn gewinnen einen, der sein sprach kan. Denique dicitur, pro confesso habendum esse, qui linguam callere adfirmat, si licet conuictum nem pertinaciter refugiat.

## §. CLXXXVI.

Denique et id addimus, non prohibuisse exceptiones dilatorias, a reo oppositas, quoniam is litem contestaretur, sed eum ad respondendum obstrictum fuisse, saltim sub conditione; si satisfactum esset his exceptionibus. Interea dum iis nondum fuerat satisfactum, perinde erat, ac si litem nondum contestatus. Et huc pertinet locus IVR. SAX. *Lib. III. art. XXX. Dieweil sich der antwortens wehret, mit vrteilen vnd mit nicht, dieweil so hat er nicht geantwortet* Cuius manifestus sensus est, puta non videri respondisse, donec iudex super responsione fuerit interloquutus.

Exce-  
ptioni-  
bus di-  
latoriis  
non  
differe-  
batur  
litis  
consta-  
tio.

## §. CLXXVII.

Talis fuit veterum litis contestatio: tales exceptiones, tum peremptoriae, tum dilatorie. Cuius veteris iuris Germanici paucae reliquiae in foris nostris reliquiae super sunt. Nam inde est, 1) quod adhuc in terris Saxonicis exigitur praestatio guarandae, 2) manu scripta, vel tacto iudicis baculo, praestanda, et 3) in actis consignanda. CONST. SAX. *Art. I. Const. IV.* et ibi MOLLER. ET CARPZ. Quo pertinet formula, qua reus uti solet: *gestalt denn kläger die gewehr hiemit angelobt, vnd solches ad acta zu registriren bittet:* nemque formula registraturae, quam vocant: *acta hat N.N. die geforderte gewehr der klage durch einen hand-schlag (vel an den gerichtsstab)*

Con-  
clusio-  
nes  
quae-  
dam de  
guaran-  
da.

*stab) würcklich angelobet, vnd ist solches zur nachricht hieher registriret worden.* SCHWENDEND. *ad Fibig. p. 475.* 4) Quod ne in criminalibus quidem caussis accusator immunis sit a guaranda praestanda, CARPZ. *process. Sax. tit. IX. art. IV. n. XXXI.* quamuis 5) ea cesset in caussis exsequutiuis, COLER. *proc. exsequ. Part. IV. Cap. III. n. XVII.* nec non 6) in summaris, CARPZ. *ibid. n. XLIII.* quales 7) et matrimoniales habentur. BEVST *de sponsal. et matrim. Part. I. Cap. I.*

### §. CLXXVIII.

Eius-  
que ef-  
fectu.

Quamuis vero 8) dirus ille effectus, puta *die wehrbuße*, hodie omnino in foro cesset: \*) non tamen plane inanis haec est guarandae praestatio, siquidem actor, praestita illa, nec 9) actionis libellum amplius mutare, nec 10) iusiurandum deferre potest. MOLLER. *ad part. I. Const. elect. IV. n. II. sequ.* BERLICH. *Part. I. concl. XIX. n. XIV.* Quare 11) non modo pragmatici suadent, vt reus non prius, quam postulata guarandae praestazione, litem contestetur, FIBIG. *Cap. II. §. XII. n. l. p. 470.* sed et 12) iudex actorem contumacem, si citatus se non sistat, condemnat in impensas, reumque ab instantia absoluit hac interloquendi formula: *Dass beklagter von dieser instanz billig zu absolviren, kläger auch demselben die vnkosten zu erstatten, vnd caution de lite prosequenda zu bestellen schuldig.* SCHWENDEND. *ad Fibig. p. 471.*

\*) Hinc

12) Hinc praestationem guarandae hodie pragmatici vocant actum cum nullo actoris periculo coniunctum, ac proinde guarandam et a procuratore, licet speciali mandato non instructo, promitti posse censent. CARPZ. *Process. tit. V. art. II. n. LIII.* SCHWENDEND. *ad Ffbig. p. 475.* qui simul obseruat, urgente reo speciale mandatum, interloquutionem sequi solere: *Daß kläger die gesonnene gewehr der klage zur nothdurfft angelobet, derowegen beklagter seines vorwendens ungeachtet auf die selbe sich einzulassen schuldig.*

### §. CLXXVIII.

Praeterea inter iuris patrii reliquias referri potest 13) cautio pro reconuentione et expensis, Romanis ignota, at 14) in Germania vbique necessaria, si actor non possideat immobilia, reusque 15) illam ante litis contestationem petat. CARPZ. *Lib. II. resp. LXXVI.* Et sane haec cautio non modo in causis ordinariis, verum etiam 16) in summariis et exsequutiuis recte exigitur, COLER. *proc. exsequut. Part. IV. Cap. III. n. XX.* non tamen 17) in matrimonialibus, BERL. *Part. I. concl. XX. n. XVIII.* nec 18) in criminalibus, quidquid hic obiciat CARPZ. *Part. I. Const. V. def. XXIII.*

Nec non de cautione pro reconuentione et expensis.

### §. CLXXX.

Id quoque ex iure vetere patrio reliquum est 19) quod licet quis plures exceptiones dilatorias actori opponat, nihilominus tamen libram in euentum, vti loquuntur, contestari teneatur, et, 20) si id non fecerit, condemnetur in expensas, et 21) litis contestatio illi in-

De euentuali litis contestatione.

iungatur sub poena confessi et conuincti. Neque enim Germani, pertaesi diuturnarum litium, ferre poterant, ut partes hoc obtentu litem protraherent, ac proinde 22) voluerant, ut super exceptionibus dilatoriis et litis contestatione vna eademque sententia interlocutoria pronunciaretur.

### §. CLXXXI.

De modo litigandi introdu-cto iure can. et civili.

Sed fatendum est, has quoque veluti fractas e naufragio tabulas esse, et pleraque in foro et hic mutasse ius canonicum, et civile, semel receptum, idque eo facilius fieri potuisse, quo lubentius ordines imperii ordinem iudicii cameralis veluti pro lapide Lydio, ad quem iudicia sua componenda essent, haberent, eumque omnium perfectissimum esse putarent atque æquissimum. \*) Hunc vero plane ad normam iuris civilis et canonici esse compositum, statim vnusquisque animaduertit.

- \*) Antea sane persuaderi non potuit imperii ordinibus, ut recepta litigandi ratione taediosiore, qualem ius canonicum inuexerat, antiquo iudiciorum ordini nuncium mitterent. Immo potius sub Fridrico Austriaco serio actum esse animaduertimus de iudiciis patriis conseruandis, et iureconsultis Romanis ex foro proscribendis. Quae de re plura diximus in *Hist. iur. civil. Lib. II. Cap. IV. §. XCIX.*





## TIT. VI.

DE

## PROBATIONIBVS ET PURGATIONIBVS.

## §. CLXXXII.

**P**robatio litis forensis quasi caput est et Lite fundamentum. Quum enim reus raro contemtam sit veritatis amans, vt, quod ei ab actore obiicitur, illico fateatur, aliquando etiam actor per calumniam multa de reo mentiatur, quae illi in mentem numquam venerunt: necesse est, vt vel actor intentionis suae fundamentum, vel reus exceptionem probet, vel hic iustam suspicionem, in quam adductus est, saltim a se amoliat, quorum prius PROBATIONEM, posterius PURGATIONEM VOCAMUS.

stata vel probatio vel purgatio requireretur.

## §. CLXXXIII.

PROBATIO apud Germanos quoque modo *vt* per testes, modo per *instrumenta*, fiebat: nec minus, deficientibus aliis probandi mediis, *iurandum* deferebatur. PURGATIO vero, *ex quo* ius ecclesiasticum mores Germanorum, ferro aliisque modis temerariis tuendi innocentiam, damnauit, in *canonicam* et *vulgarem* diuiditur, quamuis olim *vulgarem iudicium Dei* vel *ordelam*, \*) quasi *Gottes vrtheil* vocare mallent.

\*) *Ordela* vel *ordalium* esse ipsum Germanorum *vrtheil*, postea speciatim ad illas purgationes translatum, recte obseruat HICKESIVS *Vol. II. p. 149.*

Existimabant enim veteres, Deum ipsum quasi ferre sententiam, et dare litem secundum alterutrum, cui bene ista exploratio cesserit. Quamvis enim aliquando et purgatio per sacramentum iudicium Dei vocetur, veluti à GREG. TVR. *de mirac. Lib. III. Cap. XIX.* et in LEGE LANGOB. *Lib. II. tit. LII. §. XV.* id tamen rarius fieri animaduertimus, plerumque autem, tunc Deum iudicare, dictum legimus, si ex singulari certamine aliquem illaesum abire, vel ferro candente non laedi contigerit. Hinc illa CAPITVLAR. *I. ann. DCCCIX. §. XX. Ut omnes iudicio Dei credant absque dubitatione,* LEG. BVRG. *tit. XLV. Deo indicante conflagere,* GREG. TVR. *Lib. VII. Cap. XIV. Ponerere aliquid in iudicio Dei,* LEG. LANGOB. *Lib. I. tit. XV. §. II. Per pugnam ad iudicium Dei discernere.* Quin sicuti Germanice has purgationes simpliciter et sine addito vocabant *ordel*: ita id et Latine aliquando exprimebant per vocabulum, *iudicium*, veluti in CONCIL. MOGVNT. *ann. DCCCLXXXVIII. Can. XXIII. Aut iudicii examine, aut sacramenti profectione se expurget.*

#### §. CLXXXIV.

Iure Wisigotho-  
co pars  
vtraque  
probabat

De probatione ergo quaeritur primum, cui illa iure vetere Germanorum incubuerit? Deinde quomodo ea suscepta et impleta fuerit? denique quodnam eius fuerit effectum? Et iure quidem Romano actoris fuisse probare actionem, rei exceptionem, inter omnes constat. Idem principium sequutos animaduertimus WISIGOTHOS, non ignaros iuris Romani, quippe qui non modo ab actore, verum etiam a reo, probationem exigebant, arbitrio relicto iudici, vtrius partis probationes validiores iudicet. LEX WISIG. *Lib. II. tit. II. §. V.*

#### §. CLXXXV.

## §. CLXXXV.

Idem et de Francis, aliisque originis Germanicae gentibus, videtur dicendum. Saltem illos ytrique parti indulgisse, vt testes producere possent, patet ex CAPIT. *lib. IV. §. XLV.* At prius ipsi iudices ex officio audiebant testes, et in rei veritatem inquirebant. *Et si nec per illos veritas inueniri poterat, tunc licebat litigantibus ex vtraque parte testes adhibere: et, si discordarent, secundum constitutiones promulgatas examinabantur.* Itemque iure Francico.

## §. CLXXXVI.

At SAXONES existimasse, reum Saxonem An et testibus conuinci non posse, sed potioem iure Saxonico? esse ad rem praestito iureiurando retinendam, quam actorem ad reum de actu extra iudicium explicato testibus conuinciendum, iam supra ex *IVR. SAX. Lib. I. art. XVIII. et VII.* probauimus simulque ostendimus, glossatorem et originem huius iuris, et ius ipsum in dubium vocare. (§. CLX.) Cuius argumentis, quid roboris insit, paucis iam dispiciendum fuerit. Ipse enim ad alios iuris Saxonici textus se refert, ex quibus adpareat, reum etiam apud Saxones testibus conuinci omnino potuisse. \*)

\*) Nimirum primo ipsum profert *art. VII. Lib. I.* Sed hic manifesto agit de actu in iudicio, vel apud acta explicato: *Was der mann vor gerichtethut, da soll er nicht umb schwebren. Denn des überzeuget ihm wol mit zweyen andern mannen, und der richter soll der dritte seyn.* Idem etiam dicendum de *art. VIII.* vbi de iudicis testimonio de re coram tribunali suo gesta agitur: *Des*

*muß der richter selbstehende seiner dingmanns oder anderer erbarer leut, die ein Vrtheil finden mögen, gezeug seyn. Des fronbothen gezeugnis stehet vor zween mann, ob man es bedarff, da man mit sieben mann zeugen soll: Nec non de art. XIII. vbi liberi separati iubentur bona conferre non separatis, si cum iis familiam eriscere velint, et quidem praestito iureiurando. Additur exceptio: Ist es aber ander gus, das man es beweisen mag, da mögen sie nicht für schweren. Vbi procul dubio intelliguntur bona liberis separatis apud acta vel in iudicio adsignata. Nam ita paullo post ipse SPECVLATOR: Verloben sie es vor gericht, so mag man sie bass überzeugen, dann sie es vnschuldig mögen werden. Frustra porro glossator huc trahit art. VI. et art. LXXIX. Lib. II. nec non art. XXVIII. Lib. III. vbi non de reo testibus ab actore conuicto, sed de reo, exceptionem testibus probante agitur: Alle vergoltene schuld soll der man beweisen selbst dritt der leute, die es sahen oder horeten, daß er sie vergalt. Sed et art. XXII. Lib. II. et XXI. et XXIV. XXV. Lib. III. de actibus in iudicio explicatis agunt, articulus vero XXXIV. Lib. II. et XXVII. et XXX, Lib. III. huc plane non pertinent, quia ibi de probationibus plane nihil legas. Solida ergo est SPECVLATORIS obseruatio, neque ille sibi ipsi contradicit, ceu glossatori visum est. Enimuero haec omnia intelligenda sunt tantum de causis ciuilibus. Nam criminis manifesti reos ob periculum periurii testibus potius conuincendos fuisse, quam iuriurando suo committendos, facile intelligitur, eoque pertinent art. LXIV. Lib. I. art. XXXIV. Lib. II. in quibus frustra praesidium quaerit glossator.*

### §. CLXXXVII.

Quis eo  
iure  
probare

Itaque Saxones distinguebant, ciuillie sit caussa, an criminalis. In hac enim accu-  
fator

actor reum, in *duro* *Qüsqw* deprehensum, (in potuerit, *handhaffter that,*) testibus conuincere poterat. In illa denuo multum videbatur interesse, de actu in iudicio gesto lis esset, an de tali, quem quis extra iudicium explicasset. Priore enim casu itidem testibus locus erat: posteriore reus potius vel iureiurando se purgabat, si hinc negatiue esset contestatus, vel exceptionem suam, si id mallet, testibus probabat. \*) Quibus obseruatis omnes IVRIS SAXONICI textus, quos sibi manifesto contradicere, glossator existimat, facile conciliabis.

\*) Sunt tamen casus quidam singulares, vbi actor licebat producere testes. Eo pertinet locus IUR. SAX. Lib. I. Art. XV. *Wer dem andern sein gut leihet, versetzt, oder zu behalten stut, vmb bescheid oder ohne bescheid, (cum conditione, vel sine ea,) will es ihm iener darnach verläugnen, oder seine erben nach seinem todt, dieser ist näher zu behalten selb dritte, denn iener, der es im gewehr hat, dafür zu schweren. Mag aber iener, der es im gewehr hat, sein sabrend gut daran gezeugen, oder sein erbgut, oder hat es im gewehr zu recht, er bricht ihm sein gezeug (probatio actoris reprobatione rei eliditur,) ihm werde dann gebrech an seiner gewehr.* Vbi elegans exemplum probationis et reprobationis etiam apud Saxones occurrit. Sic et, qui monachum induit, idque deinde negat, vt in feudo succedat, testibus productis, potest conuinci. *IBID.* Lib. I. Art. XXV. et Lib. II. art. XXII.

### §. CLXXXVIII.

Enimvero hae ambages non videntur placuisse Suetis, qui potius actori videntur dedisse facultatem, reum testibus conuincendo.

Quis iure Suetico?

di. Exempla sane eius rei existant plurima. Actori, qui heredem ex obligatione defuncti convenit, testes producere potuisse, *Cap. CCLIV. Idem* iam licuisse ei, qui ipsum debitorem convenit, argumento est *Cap. CCLV. Attamen et hanc probationem actus producendo rei elidi potuisse, vel inde* quod unicum casum excipit *Specularum* *lib. v. Cap. ECLIX.* et eundem quidem, *quod* exceperat SAXO, puta si actus apud eum vel in iudicio gestus esset. En verba: *Was bey vor gericht geschicht, da soll man sich, mit schweren, niemand bey dem eyd, es sey dann dem mann an den leib, oder an seines leibes ein theil.* Si ergo hoc solo casu reus non admittebatur ad iusiurandum purgatorium: merito eum alias admissum fuisse dixeris, quae exceptio firmat regulam in casibus non exceptis.

### §. CLXXXIX.

Probatio  
per testes  
Hi a quo  
electi?

Sed iam de modo probandi. *Probatur* quis vel per TESTES, vel per INSTRUMENTA, vel per IUSIVRANDVM. De TESTIBVS primum obstatendum, eos non semper produxisse actorem vel reum, sed saepe ipsum iudicem, per quem tantum demum eos producere potuisse, si iudex neminem, qui idoneus vel rei confusus esset, reperire potuisset. Eo enim pertinet locus *CAPITVL. Lib. III. §. LXXVIII. Vt quando dicitur que testes ad rem quamlibet discutendam quaerendi*

rendi atque eligendi sunt, a misso nostro et comite, in cuius ministerio de re qualicumque agendum est, tales eligantur, quales optimi in ipso pago inueniri possunt. Et non liceat litigatoribus per praemia falsos testes adducere, sicut saepe fieri solebat. Quae repeti videmus in LEGE LANGOB. Lib. II. tit. LI. §. V. quocumque agendum etiam §. VII. \*)

Attamen apud eosdem LANGOBARDOS IBID. §. IX. constituerat Luitprandus, ut nullus comes nec eorum iuniores nullatenus praesumant alicui homini sua testimonia tollere aut extrahere, sed permittant ei habere sua testimonia, quae conquirere aut rogare potuerit. Et si aliquis contra hoc facere praesumpserit, nostra, inquit, voluntas est, ut ipse veniat in nostram praesentiam, ibidem inde accipiat talem sententiam, quomodo nostra voluntas fuerit ad iudicandum. Ut adeo hoc et ius postea aliquantulum immutatum videatur.

### §. CXC.

Deinde vel maxime Germani exigebant Quales testes idoneos, omnique exceptione maiores. eos esse Quosdam vero ob aetatem, alios ob statum oportue- vel conditionem, alios ob vitae turpitudinem, rit ratio- alios ob speratam ex dicto testimonio utilita- ne aeta- tem, testimonium dicere prohibebant. Sic status. sine, quod ad aetatem attinet, non admitte- bant minorem XV. annis, CAPITVL. Lib. VII. §. LXXVIII. Quod ad conditionem, exige- bant testes laicos, (neque enim clericos te- stimonium aduersus laicos dicere patiebantur, si alia esset veritatem inuestigandi ratio, \*)

LEG. LANGOB. Lib. II. tit. LI. §. XII. et XVII.

in-

ingenenuos, LEG. WISIG. *Lib. II. tit. IV. §. III.* (nam nec feruorum, nec semper libertinorum, testimonium audiebant, LEG. LANGOB. *Lib. II. tit. L. §. I.* LEG. WISIG. *Lib. V. tit. VII. §. XII. CAPITVL. Lib. VI. §. CLVII.*) homines eiusdem pagi, LEG. LANGOB. *ibid. tit. LI. §. XI.* CAROL. M. *addit. ad leg. Sal. tit. II. §. IV.* opulentos, vel tam locupletes saltim, vt multam, si peierassent, inferre possent, LEG. WISIG. *Lib. II. tit. IV. §. III.* LANGOB. *Lib. II. tit. LI. §. XIII.* BAIVVAR. *tit. XVI. Cap. I. §. II.* vt ad eo hominum egenorum et vilium fides ob metum corruptionis, quam maxime laboraret. LVDOVICI PII *addit. ad Capit. Lib. III. §. LVI.*

\*) Auctor huius legis est Ludouicus Pius, ordini sacro alioquin deditissimus, addens rationem: *Nemo enim clericus, vel diaconus, vel presbyter, pro qualibet causa intret in curiam, nec ante iudicem causam dicere praesumat.* Et haec quidem non adeo male. At quae sequuntur, hieme Gallicana frigidiora sunt: *Quoniam omnis CURIA a CRUORE dicitur, et immolatione sacrorum. Et si quis clericus clericum accusans in curiam introierit, anathema sit.* Siccine non licet curiam intrare clerico, quia curia a cruore nomen habet? Et quis vnumquam somniauit, curiam a cruore dici? Sed non tam a cruore abhorruerunt clerici, quam a curia, quia ibi homines laici, ceu vocant, rerum potiebantur, ad quorum tribunalia venire facinus erat indignum clericorum maiestate. Longa haec iniuria est, quam hic merito praetermittimus.



## §. CXCI.

Multo magis ergo suspectum videbatur Ratione  
 eorum testimonium, quibus insignis *vitae tur-* *vitae.*  
*ritudo*, omnem fidem detrahebat. Testes er-  
 go esse oportebat viros bonos et probos, LEG.  
 WISIG. *Lib. V. tit. VII. §. VII. CAPITVL. Lib. V.*  
*§. CLXII. et Lib. VII. §. CCVII. Christianos,*  
 CAPITVL. *Lib. VII. §. CXXXIII. non iudicio*  
*publico damnatos, vel criminibus infames,*  
 LEG. LANG. *Lib. II. tit. LI. §. III. WISIG. Lib.*  
*II. tit. IV. §. III. CAPITVL. Lib. VI. §.*  
*CCXLVIII. non falsarios, vel periuros, LEG.*  
 ALAM. *tit. XLII. LANGOB. Lib. II. tit. LI. §. IV.*  
*et VIII. non infames, LEG. LANG. ibid. §. VII.*  
*et Lib. I. tit. XXXV. §. I. WISIG. Lib. II. tit. I.*  
*§. XVIII. non denique Iudaeos, LEG. WISIG.*  
*Lib. XII. tit. II. §. X. haereticos, CAPITVL.*  
*Lib. V. §. CLXXXIII. excommunicatos, CA-*  
 PIT. *Lib. VII. §. CLIII. ebrios. \*) CAROL. M.*  
*addit. ad Leg. Sal. tit. II. §. IV. CAPITVL.*  
*Lib. III. §. XXXVIII.*

\*) Tantum enim abest, vt ebrios testimonium di-  
 cere paterentur, vt non nisi ieiunis liceret testi-  
 monium perhibere. LEG. LANGOB. *Lib. II. tit. LI.*  
*§. II. Omnino nullus, nisi ieiunus, ad iuramen-*  
*tum, vel ad testimonium admittatur. Et §. VI.*  
*Nullus testimonium dicat, qui sacramentum iuret,*  
*nisi ieiunus. Qui mos ad posteros mansit, adeo,*  
 vt saepe audiamus homines ideo petere dilatio-  
 nem praestandi iurisiurandi, quia iam ientacu-  
 lum sumserint.

## §. CXCII.

## §. CXCII.

Ratione  
adfectu-  
um?

Denique et eorum omnium testimonium tamquam suspectum reiiciebant, quorum intererat, alterutrum vel victorem excedere iudicio, vel opprimi. Hinc non audiebant propinquos, CAPITVL. *Lib. VI. §. CCLXXI.* adfines, LVDOV. PII *addis. Lib. IV. §. VII.* testes de domo inimici, *IBID. Lib. III. §. VI.* et CAPIT. *Lib. VII. §. CXXXII.* pecunia corruptos, CAPIT. *Lib. V. §. CCXLVII.* vltro se offerentes testimonio, vel in sua causa testaturos, CAPIT. *Lib. VII. §. CX.* immo nec socios criminis. CAPIT. *Lib. V. §. CLVII. et §. CLXI.*

## §. CXCIII.

Testes  
iure Sax.  
et Sueu.  
inhabi-  
les.

Nec medio aevo aliter sese res habebat. Nam et tunc plerique, quos adhuc recensimus, testari prohibebantur. Quod vt exemplis demonstramus, SPECVLATOR SVEVVS *Cap. LXXVI.* a testimonio repellit impuberes, seu quatuordecim annis minores, feminas, nisi in certis causis, stupidos, insanos, qui curae propinquorum subsunt, caecos, furdos, excommunicatos, praescriptos, haereticos, periuros. Quibus in IVRE PROV. SAX. *Lib. III. art. XXXVII.* iunguntur omnes, qui se sponte offerunt ad dicendum testimonium.

## §. CXCIV.

Testium  
nume-  
rus.

Deinde obseruandum, non semper apud maiores nostros fidem fecisse testes duos, sed aliquan-

Aliquando tres, aliquando plures, fuisse producendos, pro diuersitate caussarum. Sic tres testes requiruntur in LEGE BAIVV. tit. II. Cap. I. §. II. LANGOB. Lib. II. tit. XXI. §. XXVIII. LEG. PROV. SAX. Lib. II. art. XXII. septem in LEG. SAX. Lib. II. art. XXII. septuaginta duo in LEG. LIB. I. art. VI. VIII. et LXVI. Lib. III. art. XXXIX. Numquam vero vilius momenti erat testimonium vnius hominis: CAPI- TULI. Lib. V. §. CLXII. *Vt testimonium vnius hominis non recipiatur.* Et Lib. VI. §. XL. *Ad vnius testimonium nullus condemnabitur.* Ex quo merito colligere nobis videtur, ignoras- se omnino Germanos iusiurandum supple- torium. \*)

\*) At tamen qui vno teste actionis suae fundamentum probauerat, negantem reum poterat prouocare ad singulare certamen, siue pro conuicto, siue pro victore habendum, pro feralis istius proelii exitu. LEG. BAIVV. tit. II. Cap. I. §. II. *Si autem vnus fuerit testis, et ille alter negauerit, tunc Dei accipiant iudicium: exeant in campo, et cui Deus dederit victoriam, illi credatur. Et hoc in praesenti populo fiat, vt per inaidiam nullus pe- rest.*

### §. CXCIV.

Praeterea ne id quidem omittendum vi- detur, quod testes, si forte testimonium per- hibere nollent, cogi a iudice potuerint. LEG. SAL. tit. LII. §. I. et II. *Si quis testis necesse ha- bet, vt donet, et fortassis testis non vult ad pla- citum venire, ille, qui eos necessarium habet, manare illos debet cum testibus, vt de eo, quod* li cogi  
pote-  
rant ad  
dicien-  
dum te-  
stimo-  
nium.  
*vide-*

*viderunt, testimonium praebeant, et si venire noluerint, et eos sumis non detinuerit, unusquisque illorum DC denar. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur. Si vero praesentes in testimonium fuerint vocati, et eaque videunt testimonium praebere noluerint, et perbanniti fuerint, \*) DC den. qui faciunt sol. XV. culpabiles iudicentur.*

\*) BERBANNIRE, vt recte vidit ECCARD. *ad Leg. Sal. p. 95.* est peremptorie citare, adeoque sensus est, testem peremptorie citatum, si testimonium perhibere detrectet, in multam XV. solidorum esse condemnandum. Ac proinde non modo, qui falsum testimonium dixerant, puniebantur, quemadmodum supra, quum de crimine falsi ageremus, obseruauimus, verum etiam qui vel testimonium detrectabant, vel veritatem, vt loqui solebant, celabant. LEX WISIG. *Lib. II. tit. IV. §. II.* *Certe si admonitus quisquam a iudice de re, quam nouit, testimonium perhibere noluerit, aut si nescire se dixerit, id ipsum etiam iurare distulerit, et per gratiam aut per venalitatem vera suppresserit: si nobilis fuerit, testimonium postea in nullo iudicio dicere permittatur, nec testimonium ipsius recipiatur ulterius. Quod si licet ingenuae, minoris tamen fuerint dignitatis personae, et testimonio careant, et centena flagella infamati suscipiant, quia non minor reatus est vera suppressere, quam falsa confingere.*

### §. CXCVI.

Depo-  
nere  
tene-  
bantur  
praesen-  
tes.

Quandoquidem vero aliqui verentur in iudicis conspectum venire, et praesentes dicere testimonium: Germani nulli eius rei gratiam faciebant, sed eos abscisse in iudicium veni-

venire iubebant, multoque minus credebant, sufficere testimonium scriptum, quod tamen a Romanis aliquando admisisse, nouimus. LEG. LANG. *Lib. VI. §. CXLV. Testes non absentes, sed per epistolam, testimonium dicant, sed praesentes, quam nouerunt et viderunt, non taceant veritatem: nec de aliis causis testimonium dicant, nisi de his tantummodo, quae sub praesentia eorum acta esse noscuntur.* Et LEG. LANG. *Lib. II. tit. IV. §. V. Testes non per epistolam testimonium dicant, sed praesentes, quam nouerunt, non taceant veritatem.*

## §. CXCVII.

Ceterum testibus non modo si sollempnitati cuidam interessent, verum etiam si ad dicendum testimonium prouocarentur, aurem vellicabant maiores nostri. LEG. BAIUVAR. *tit. XVI. Cap. I. et II.* Quem ritum procul dubio a Romanis acceperant, quibus sollempnis admodum fuit antestatio. Neque credebant testi, nisi iurato. Exigunt sane hoc LEG. WISIG. *Lib. II. tit. IV. §. II.* LEG. BAIUVAR. *tit. XVI. Cap. V.* RIPVAR. *tit. L. CAPIT. Lib. VII. §. CCVII.* Attamen LEG. LANGOB. *Lib. II. tit. XXVIII §. II* gratiam iurisiurandi facit iis hominibus, quibus rex aut iudex sine sacramento credere possit. In eo vero diuersi erant gentium Germanicarum mores, quod aliae testes prius examinandos,\*) aliae eos iureiurando prius obstringendos, putarent. Prius exigit LEG. LANGOB. *Lib. II. tit. LI. §. II.* IVS PROV. (El. I.G. Tom. II.) Mm SAX.

Auribus  
tracti et  
iurati.

SAX. *Lib. III. art. LXXXVIII.* posterius LEX  
 WISIG. *Lib. II. tit. IV. §. II.* CAPITVL. *Lib. VII.*  
 §. CCVII.

\*) Examen vocabant *discussionem*. Antequam enim eorum testimonio crederetur, testes seorsum audiebant, eorum testimonia inter se comparabant, variis etiam interrogationibus eos tentabant, ut, an mentiri vellent, explorarent. Iudicibus sane haec testium discussio commendatur a CAROLO M. *in addit. ad Leg. Sal. tit. II. §. IV.* LEG. LANG. *Lib. II. tit. LI. §. II. VI. et VII.* CAPITVL. *Lib. III. §. X. et LII.* Quum ergo periuria, quoad fieri posset, cauere vellent: non illico in verba sua adigebant testes, sed prius ipsam eorum depositionem expendebant, an fide digna, et iureiurando confirmanda videretur. Hanc rationem ipsa reddit LEX LANGOB. *ibid. §. VII.* *Quia si ita agatur, multi falsi testes possunt esse superati, si separatim interrogati fuerint.*

### §. CXCVIII.

Quomodo iurarent per arma?

Ceterum testes iurare tenebantur sollemni ritu, qui apud varias Germanicae originis gentes erat varius. Apud BAIUVARIOS lege cautum erat, primum ut testes, quibus, tactis auriculis, testimonium fuerat denunciatum, inter se sortirentur, isque, cuius fors exierit, adprehensa eius manu, qui testimonium denunciauerat, iuraret verbis conceptis: AD TESTEM SORTITVS SVM, ET AD TESTEM ME FACERE VOLO, SIC ME DEVS ADIVVET, ET ILLVM, CVIVS MANVM TENEVO, QVOD EGO AD TESTEM ILLVM INTER VOS PER AVREM TRACTVS FYI, DE ISTA CAVSSA AD VERITATEM DICENDAM: deinde ut hic praestito iureiurando

ia sua sacrandā \*) porrigeret, et per ea  
 lus cum vno confacramentali. LEX  
*tit. XVI. Cap. V.*

tabes hic iusiurandum per arma, quod et aliis  
 Germanicae originis gentibus sollemne erat. Nam  
 et Langobardi, si causa saltim XX solidorum es-  
 set, per sancta euangelia: sin minoris pretii, ad  
 ARMA SACRATA iurabant. LEG. LANGOB. *Lib. II. tit.*  
*LV. §. V.* Similis mos inoleuerat apud Saxones.  
 LEG. SAX. *tit. I. §. VIII.* Et exstant huius ritus  
 exempla etiam apud medii aeuī scriptores, velu-  
 ti FREDEGAR. *Cbron. Cap. LXXIV.* auctorem AN-  
 NAL. FRANC. a Pithoeo editorum *ad ann.*  
*DCCCLXXXIII. AIMON. Lib. IV. Cap. XXVI.* ADAM.  
*BRÉM. Lib. I. Cap. XXXIII.* Ex quorum testimo-  
 niis patet, et Saxones, et Danos, hoc ritu iurare  
 consueuisse, de quibus postremis id demonstrauit  
 etiam THOM. BARTHOLIN. *de causis contemptae a Dan.*  
*mortis Lib. I. Cap. VI.* Immo ne Franci quidem  
 olim aliter iurabant, eiusque rei testis est VEN.  
 FORTVN. *Lib. VI. Carm. VII.* vbi de Francorum  
 optimatibus Geileswinthae reginae fidem suam iu-  
 raturando obstringentibus:

*Vtque fidelis ei sit, gens armata PER ARMA  
 iurat, iure suo se quoque iure tegat.*

Denique iam quarto saeculo auctor est AMMIANVS  
 MARCELLIN. *Lib. XVII. Cap. XII.* *Quados, eductis  
 mucronibus, quos pro numinibus habuerint, iurasse,  
 se permansuros in fide.* Ritus tamen non omnibus  
 idem fuisse videtur. Quadi enim iurabant edu-  
 ctis mucronibus: Franci concutientes gladium, eum-  
 que testantes, vti tradit ADROVALDVS: Langobardi,  
 Boii et Saxones *tactis armis*: Alamanni et Ripua-  
 rii mantum tantum chirotheca ferrea armabant.  
 Vid. LEG. ALAM. *tit. LXXXIX.* RIPVAR. *tit. XXXIII.*  
 §. I.

## §. CXCIX.

Item-  
que su-  
per  
euange-  
liis, re-  
liquiis  
sancto-  
rum et  
altari.

At postea morem inualuisse obser-  
stes omnes vel in sacrosancta euangeli-  
ponentes manum, vel sanctorum reliquiis  
in capsis reconditas, aut aram saltem, in qua  
cratam, tangentes iurarent. Prioris iurandi  
di exemplum apud Langobardos videtur.  
Posterioris innumera supersunt, (vid. *Capit.  
FI adpend. Cap. XXIX. et XXXIII. tit. VI.*) etiam medio aevo, quo nonnulla  
formula: *auf den heiligen schweren*,  
illa in CAPITVL. CAROLI SIMPL. *Cap. II. super  
super sacra iurare.* Attamen Francorum  
pue sanctissimum videbatur iusiurandum *su-  
per capella S. Martini, \**) id est, super reliquiis  
reliquiis, quibus tactis, etiam palatinae curiae  
finiebantur, GREG. TVR. *Lib. IV. Cap. XLVI.  
Lib. VIII. Cap. XVI.* MARCVLE. *Lib. I.  
Cap. XXXVIII.* nec non super tumulo S. Dio-  
nyssii, martyris, quem tamquam diuinam regni  
tutelarem Franci venerabantur. GREG. TVR.  
*Lib. V. Cap. XXXII.*

\*) *Capellam* idem esse, ac capsam, in qua  
dam ossa condebantur, eleganter probat  
GNON. *not. ad Marculf. Lib. I. Cap. XXXII.* et  
EVODIO *de mirac. S. Stephani Lib. I.* ubi dicitur  
le: *CAPELLA argentea, in qua erat reliquiis  
tio.* Praeterea idem profert insignem locum  
GALLENSIS *Lib. I. Cap. IV.* ex quo patet, *reges  
Francorum CAPPAM S. Martini ob sui iurandi-  
nem et hostium oppressionem, iugiter secum ad bella  
portasse, eaque SANCTA SVA adpellare consuevisse.*  
Plura, quae huc pertinent, collegerunt Monachi  
Ord. S. Benedicti congreg. S. Mauri in *adit. ad*



CAR. DV FRESNE *glossar. Med. et inf. Lat. Tom. II.*  
p. 26. *sequ.*

## §. CC.

In primis vero cauebant, ne testes vte-  
rentur formula iurisiurandi improbatæ reli-  
gionis, qualis præcipue erat illa *per vitam re-*  
*gis liberorumque eius*, de qua CAPITVLAR. *Lib. III.*  
*§. XLII.* et LEX LANGOB. *Lib. III. tit. XXIV.*  
*§. I.* Est enim illa iurandi formula per ge-  
nium, salutem, vitamue principis ea ipsa, a  
qua maxime abhorrebant veteres Christiani, et  
ob quam tot cruciatus perferebant, Christia-  
næ quippe pietati plane aduersam. Vid. FI-  
LESAC. *select. Lib. II. p. 85.* GVIL. CAVE *Chri-*  
*stianism. prim. Lib. III. Cap. IV. p. 724. sequ.*

Formu-  
lae iu-  
randi  
impro-  
batæ re-  
ligionis.

## §. CCI.

Enimuero quantumuis sanctissime iuras-  
sent testes, non tamen testimonia eorum id  
pondus habebant, vt ideo actor, qui eos pro-  
duxerat, victor foro excederet, vel reus, pro  
quo testes deposuerant, absolueretur. Ple-  
rumque enim hic iureiurando se purgabat:  
aliquando etiam ob testium dissensum alteru-  
tri singulare certamen erat subeundum. Cu-  
ius moris iam supra exempla quaedam tam  
luculenta adducere nos meminimus, vt hic  
actum agere merito pigeat.

Effectus  
proba-  
tionis  
per tes-  
tes.

## §. CCII.

Potius ad alterum probandi modum pro-  
uehimur, quem productis INSTRUMENTIS fie-  
ri instru-

Proba-  
tio per  
ri instru-

menta  
apud  
Germa-  
nos satis  
antiqua.

ri, diximus. Quamuis enim veteres Germani imperiti fere litterarum fuerint: tamen ex quo aliquem litterarum usum habere coeperunt, nihil fere publicae priuataeque rei, gestarum, quod non retulerint in litteras, adhibitisque vel testibus, vel personis publicis, in scripturam redegerint. Argumento sunt tot diplomatum, Alamannorum, Langobardorum formulae, totque gentium originis Germanicae diplomata, chartae et notitiae, quarum cum immensus omnibus saeculis prouentus sit, ut post tot vasta volumina nouum quoddam spicilegium relictum videamus omnibus, qui illustrandae historiae patriae animus adpel-  
lunt.

\*) At ipsa diplomatum multitudo ac vetustas dubios reddidit viros doctissimos PAPERBROCHIVM *propyl. n. CXXV. sequ.* et GERMONIVM *discept. II. de vet. reg. Franc. diplom. Cap. III.* effeceruntque, ut diplomata suspecta haberent. At iis, praeter PAPILLONIVM, in factis fecisse animaduertimus RVINARTIVM, FONTANIVM, aliosque viros doctissimos, ut seruum sibi fuerit Germonii et Papebrochii conatus, quatenus nemo temere negaturus sit, plura in tanta veterum diplomatum multitudine manifesto falso esse, ac interpolata, haud pauca etiam suspecta sibi esse dubia, ceu patet ex tot bellorum diplomaticorum exemplis, quae ex instituto recensuit illud Academiae nostrae cancellarius, IO. PETR. A LAMBERG, *praef. Tom. I. Reliqu. vet. MSS.*

### §. CCIII.

Instru-  
mentis  
maxime

Quum vero instrumenta vel PUBLICA, vel PRIVATA sint: primo obseruandum est, etiam veteres Germanicae originis gentes omni excep-  
ceptio-

ceptione maiora habuisse *publica*, et primum publicis quidem in ipso iudicio a personis fidem publicis scripta, deinde a tabellionibus confecta, habebant. deum priuatim quidem in chartam coniecta, at testium idoneorum subscriptione munita. Priuatorum vero non perinde habitam esse rationem animaduertimus, nisi conceptis verbis rite scripta, ac clausulis necessariis instructa essent. Nulla lex de instrumentorum fide accuratius agit, quam *WISIGOTHICA. Lib. II. tit. V.* vbi et de requisitis instrumentorum, et de eorundem effectu, omnia, quae scitu necessaria sunt, suggerit. Quare ex ea potissimum praecipua excerptare iuuabit.

## §. CCIV.

Instrumentum apud Wisigothos legitimum Wisig. habebatur, si 1) dies et annus esset expressus: gothi *LEG. WISIG. Lib. II. tit. V. §. I. et II.* 2) Si et quid ipse, ad quem causa pertinebat, et testes in in- idonei, quales erant, qui scripturam perlegerant, stru- eamque vera complecti deprehenderant, mento *IBID.* requisi- §. III. subscripsissent, et addidissent signa uerint? sua: \*) *IBID. §. I. et III.* vel, ipso instrumenti auctore morbo impedito, alius pro eo volente, et rem ratam habente, subscripsisset et signasset: modo postea testis ille, qui vicariam operam praestitit aegroto, scripturam intra sex menses coram sacerdote et testibus publicasset: *IBID. §. I. et XIV.* 3) si scriptura illa nec vi et metu extorta, *IBID.* §. V. nec 4) a seruo, *IBID. §. VI.* nec 5) de rebus

rebus turpibus confecta esset. *IBID.* §. VII. Denique id quoque 6) obseruari volebant legislatores, vt nemo simul rem et personam alterius instrumento obligaret, sed tantum poenam conuentionalem dupli vel tripli sibi stipularetur, in eum casum, si promisso alter non stetisset. *IBID.* §. VIII.

\*) Non tamen existimandum est, sigilla hic intelligi, quae illis temporibus nec tam vulgaria inter priuatos, nec omnibus promiscue concessa erant. Immo potius multo post illi demum, qui saltim equestris nobilitatis ornamentis condecorati erant, vocabantur *sigelmäßige*. SCHILTER. *Exerc. X.* §. XL. Itaque per signa eo tempore intelligebatur vel ipsa subscriptio, vel figura crucis, aliudue simile. Probari hoc potest exemplis *EX TRADITIONIBVS FVL-DENSIBVS, WERTHINENSIBVS, FRISINGENSIBVS*, aliisque similibus. Sed sufficiat vnicum ex *chartis Alamannicis* apud GOLDAST. *Tomo II. n. XVII. p. 30.* vbi sub finem formulae permutationis haec legimus: *Actum in Chiricheim in cubiculo regis publice, praesentibus istis, quorum hic signa continentur. sign. Totoni, qui hoc concambium cum Grimaldo, Abbate, et aduocato suo, Libone, perpetravit. sign. Witperti, † Pero, † Voluini, † Hagano, † Libo iunior, † Vro, † Isanbart, † Erchanfrid, † Ridhard, † Meginbert, item † Vro, item † Witpert. Ego itaque Theodhardus, Praepositus, vice Remmingi, presbyteri, rogatus scripsi et subscripsi. Notauit diem Martis II. Non. April. ann. XXVII. regni Hludowici in orientali Francia, sub Karolo principe eiusdem Hludouici, Regis, filio.*

### §. CCV.

Quem  
iis tri-  
buerint  
effe-  
ctum?

Comparatum ita instrumentum plenam fidem faciebat: *IBID.* §. I. et si quis deinde, productis testibus fidem illius eleuare auderet,

deret, nihil agebat: *IBID.* §. XVIII. immo potius in poenam conuentionalem, instrumento expressam, condemnabatur, saluo nihilominus instrumento. *IBID.* §. V. Si quid, quod contra leges esset, instrumento comprehendebatur: non ideo totum instrumentum nullum erat, sed id duntaxat, quod legibus repugnabat. *IBID.* §. X. Denique id omne intelligendum est de instrumentis authenticis et indubiae auctoritatis. Si enim dubium incidebat, comparatione litterarum res ad liquidum perducebatur \*) *IBID.* §. XV.

\*) Quandoquidem hoc ex iure Romano procul dubio depromptum, atque, vt fieri solebat a Wisigothis, interpolatum est: operae pretium fuerit, totam hic legem illam adscribi: *Omnes scripturae, inquit legislator, quarum auctor et testis defunctus est, in quibus tamen subscriptio vel signum conditorum, atque firmitas testium reperitur, dum in audientia prolatae exstiterint, ex aliis chartarum signis vel subscriptionibus comprobentur: sufficiatque ad firmitatem, vel subscriptionis huius indaginem agnoscendam, trium vel quatuor scripturarum similis vel euidentis prolata subscriptio. Quod si talibus scripturis legum tempora obuiauerint, pro certo decernitur, quia valere non poterunt. Ex quo loco simul discimus, praescriptionem apud Wisigothos obtulisse instrumentis inueteratis, si intra tempus lege definitum non fuerint producta.*

## §. CCVI.

Apud BVRGUNDIONES quanti fuerint instrumenta, ex eorum lege non satis potest intelligi. Id tamen certum est, nihil eostemere vel publici vel privati negotii gessisse, *Quid de instrumentis sanxerint Burgundiones?*

quod non et in litteras referri, et in quatuor vel tribus saltem testibus, subscriptionibusque firmari vellent. Saltem ad notandum de donationibus, verum etiam de mutationibus, diferte cautum est *leg. in v. tit. XLIII. §. I. et II. tit. LX. §. I. et II. tit. XII. §. III.* Testes tamen et libertini et civilis conditionis admittebant, si ingenuorum non esset copia: *ib. tit. LX. §. II. et III. vacillante scripturae fide, iurando est notatum. ib. §. IV.* Id quod vel ideo notatum est, quod alioquin iusiurandum sumptuosum apud gentes Germanicas extra legem esset. \*)

\*) Et tamen non a Romanis hoc didicimus Burgundiones, quibus vere ignotum fuisse iusiurandum suppletorium, demonstrauiimus *diffinitione de lubricitate iurandi suppletorii.* Sed ante ipsos Burgundiones ea iurandi consuetudo invaluerat. Verba enim *GVNDOBALDI d. tit. LXIII.* ita se habent: *Aut si testimonii fides tractabitur (legerim: aut si testimonio fides detrahitur), SECVNDVM CONSVETVDINEM BARBARORVM iurabis iusiurandum.* Barbarorum autem vocabulo in hac lege semper venire Burgundiones, vix quisque animaduertet.

## §. CCVII.

Quid  
Franci?

Sed et *FRANCI* pleraque gesta litterarum monumentis consignabant, veluti donationes, venditiones, permutationes, dotis dationes, manumissiones, idque non solum *EX MARCVTII* aliisque veterum formulis, sed et *EX IPSIS* eorum legibus luculenter potest probari.

Scri-

Scribebantur autem instrumenta huiusmodi publice *in mallo*, adhibitis, si res minoris pretii esset, testibus septem, sin maioris momenti, duodecim. \*) LEX RIPVAR. tit. LIX. §. I. Huiusmodi charta plene probabat etiam pro reo, qui conuentus rei vindicatione, securus erat, si prae manibus habens chartam diceret: *NON MALO ORDINE, SED PER TESTAMENTVM, NOC TENEQ. IBID. §. VIII.* Si tamen aduersarius chartam falsam vel perforatam diceret, vel ob aliam causam eam in suspicionem adduceret, eius probanda erat *γνωσις*. Quod quomodo factum sit, fusius ostendit LEX RIPVAR. *ibid. §. II. sequ.* Sane et comparationem litterarum factam esse patet ex §. V.

\*) Plura de scripturarum et instrumentorum fide etiam in CAPITVLARIBVS cauentur, veluti quod in iis euidenter exprimi oporteat annum et diem, quod et ii, qui auctores horum instrumentorum essent, et testes subscribere et signis suis roborare litteras teneantur, quodque eae tunc habeantur omni stabiles firmitate, et immutari non possint. CAPITVL. *Lib. VI. §. CXLVI. sequ.* Porro, quod, qui scripturam proferat, veritatem eius testibus probare debeat, si in dubium vocetur. *ib. Lib. V. §. CCXVI.* et si id praestare non possit, qui illam protulerit, is tamquam falsitatis reus detineatur. *ib. Lib. VII. §. CLXXXI. Addit. III. §. LXXIII.* Quae sane argumento sunt, posteros etiam maiorum consuetudines legesque sanctas habuisse, et scripturis, quas de rebus tantum non omnibus conficiebant, plurimum tribuisse.

### §. CCVIII.

Porro et ALAMANNIS frequentissimum chartarum usum in donationibus aliisque negotiis Quid  
Alaman-  
ni?

tiis fuisse, vel formulæ traditionis S. Galli a GOLDASTO editæ, et Alfatice, quas ad hunc di-  
 vvs legis Salicæ editioni novæ subijcit, in  
 argumento esse possunt. Ipsa LEX ALANI tit. I.  
 §. I. in donationibus ecclesiæ factis originem  
*imitatem chartæ*, testium sex vel septem presen-  
 tiam, eorumque nomina in ipsa charta con-  
 pressa, quibus tit. XL. additæ, scripturam  
 non valituram, nisi in qua annus et dies eviden-  
 ter ostendatur. Mortuo eo, qui confici-  
 endum curarat instrumentum, heredibusque  
 instrumentum in dubium vindicantibus, tes-  
 tes iurati audiebantur, ratumque esse instru-  
 mentum, quod hi iureiurando firmaverant.  
 IBID. tit. II. §. I. Sin perierat charta, aut in ci-  
 neres redacta fuerat, licebat heredibus quo-  
 rum intererat, cum testibus non minus quin-  
 que in ecclesia iurare, quod patet per char-  
 tam conficiendam curarit, nec mentionem  
 fecerit ecclesiæ. Quo facto, *testamentum* iu-  
 rantem lis dabatur. IB. tit. II. §. II.

## §. CCIX.

Quid  
 Baiuua-  
 rii Saxo-  
 nes, Fri-  
 sii?

Similia habemus in LEGE BAIUVAR. tit. I. Cap. I.  
 tit. XV. Cap. II. §. I. et Cap. XII. Quanta vero vis  
 fuerit instrumenti rite confecti, ex eodem  
 tit. XV. Cap. XIII. patet, vbi hæc leges: *Pa-*  
*cta vel placita, quæ per scripturam quancum-*  
*que facta sunt, vel per testes denominatos tres*  
*vel amplius, dummodo in his dies et annus sit*  
*evidenter expressus, immutare nulla ratione per-*  
*mittimus.* Et quamvis in LEGIBVS SAXO-

NVM



NVM ANGLIORVM, et FRISONVM scripturarum et instrumentorum non fiat mentio: vetera tamen monumenta earum gentium, scilicet SAXONVM et FRISIORVM, dubitare nos non patitur, quin et negotia pleraque in scripturam redegerint, et instrumentis, rite confectis, multum ponderis ad probationem adimplendam fuisse, existimarint. \*)

\*) Antiquissimum eius generis monumentum, quod ad Saxones Frisiosque peraeque pertinet, sunt TRADITIONES WERTHINENSES, i. e. variae donationes et ex aliis titulis factae traditiones, quibus locupletatum est monasterium Werthinense ad Ruram, quas DAN. PAPEBROCHII beneficio nactus edidit LEIBNIT. *script. rer. Brunsv. Tom. I. p. 101. sequ.* Ex eo chartulario pauca haec obseruo, 1) Saxones et Frisios non modo per publicas peractas haec instrumenta conficienda curasse, verum etiam publice, 2) adhibitis testibus, qui 3) nomina et signa sua subiicerent: quin et 4) poenam dicere consueuisse iis, qui contra instrumentum acturi essent, et 5) in primis diem, annum, locum, cum cura notasse. Quae omnia probamus ex verbis ultimis traditionis I. p. 101. Si quis vero, quod futurum esse non credo, ego ipse, quod absit, aut aliquis de heredibus vel pro heredibus meis, seu qualibet opposita persona, quae contra hanc chartam cambiae iniussu conamine venire tentauerit, aut eam infringere voluerit: - - - a fisco multatus auri libras duas, argenti pondere decem coactus exsoluat, et sic quidem, quod repetit, euindicare non valeat, sed firma et immutabilis haec cambia in sempiternum permaneat, stipulatione submixta. Acta est autem publice anno XXXI. gloriosi atque religiosi secundi regis Caroli XVI. Kal. Martii in loco, qui dicitur Dipanbeci in Ripa-rura coram testibus et manum mittentibus, quorum nomina subtus adnotantur. Notavi tempus, diem locum

*cum, quo haec acta sunt. Ego Theobaldus  
 presbyter rogatus scripsi et subscripsi  
 Folcherti, qui hanc chartam fieri rogavit  
 ipse manu firmavit. Signum Reginaldi  
 Alfdagi. Signum Bonno. Signum  
 Hluduwini. Sig. Giffudi. Sign.  
 Hildiradi. Sign. Borbini. Sign.  
 lafridi.*

## §. CCX.

Quid  
 Lango-  
 bardi?

Superfunt LANGOBARDI, QUANTUM  
 II. tit. XLI. §. I. et II. cautum est  
 tae publicae conscriberentur a capitaneis  
 electis, bonis et veracibus, ante comites  
 scabinos, et vicarios eius, vel comites  
 infirmos irent, et chartas secundum  
 scriberent, et a testibus easdem comi-  
 iuberent, denique chartam scriptam  
 proferrent coram episcopo, comite  
 eiusve vicario, vel coram ipsa p[ro]p[ri]e  
 ea de istius fide dubium posse. Ea-  
 dem LEX *ibid.* §. VI. praeter comites me-  
 minit notariorum, qui et ipsi  
 adstricti chartas publica auctoritate scribe-  
 bant. \*)

\*) Notarii alii erant ipsorum iudicum,  
*ber*, de quibus iam supra, vel publicis, quibus  
 principes officium chartas publicas  
 turas scribendi contulerant, iureiurando  
 strictis, cuius formulam eo ipso loco  
 GOB reperimus. Notarii autem hoc  
 quod nullum scriptum falsum faciant, nec  
 nec de vno comitatu in alio, nisi per  
 comitis, in cuius comitatu stare debet.

## §. CCXI.

## §. CCXI.

Quemadmodum vero instrumentum, non Effectus  
 secundum legem praescriptum factum, ipso instru-  
 mento-  
 re nullum, vel, uti legislator loquitur, *inane* rum  
 et *vacuum* erat: *IBID.* §. VI. praesertim si in eo secun-  
 dies et mensis non accurate expressus esset: *IB.* dum  
*Lib. III. tit. XXXVIII.* ita legitime factum ple- eorum  
 ne probare videbatur, *IB.* *Lib. II. tit. XXI.* legem.  
 §. XII. emtorque, instrumentum venditionis  
 producens, in quo pretium solutum esse dice-  
 batur, securus erat, si venditor illud denuo  
 peteret: *IBID.* *Lib. II. tit. LV. §. XVII.* etiamsi  
 contra legem publicam aliquid placuisset paci-  
 fcentibus, modo id vtriusque consensu scri-  
 ptum esset. *IB.* *Lib. I. tit. XXIX. §. II.* Atta-  
 men constare debebat, genuinum et sincerum  
 esse, quod produceretur, instrumen-  
 tum, quod et apud Langobordos, auditis te-  
 stibus, et instituta litterarum comparatione  
 probari solebat. *IB.* *Lib. II. tit. XXI. §. XXII.*  
 et *Lib. II. tit. LV. §. XXXIII.*

## §. CCXII.

Atque ita satis intellecturum esse vnum In spe-  
 quemque, arbitror, veteres Germanos con- culo Sa-  
 sentiente veluti suffragio plurimum detulisse xonico  
 chartis, sollempniter et publica auctoritate raro se  
 scriptis, atque idoneorum hominum testimo- mentio  
 nio firmatis. Proximum ergo est, ut ad tem- instru-  
 pora insequentia, quibus iura Saxonum et mento-  
 Sueuorum in foris Germaniae viguerunt, pro- rum.  
 grediamur. Vbi merito mireris, SPECVLATO-

REM SAXONEM parum aut nihil de fide instrumentorum tradere, quum tamen in diplomatis et chartis veterum Saxonum talis adpareat, eos et res quasvis, publicas priuatim gestas, diligenter in litteris, easque in iudiciis protulisse probauerunt. (sa. \*)

\*) Probari id posset innumeris exemplis. Sed monumenta iuris nos scribere meminimus. Vnicam ex perillustris cancellarii Ludewig Reliqu. MSSC. Tom. II. diplomate Rudolphi Halberst. Episcopi de decima cuiusdam villae, quae iuxta flauium Oram in parte Aquilonum Marchionem, Albertum, et fratres de S. agitatum esse controuersiam. Illi: *quibus* decima, ostendentes *quod* PRIVILEGIA. Sed mea est possessio, *inter* cetera, quae habet a nobis, tantum SCRIPTVM, iste obtinuit ne querela eorum ventum est ad litem, in qua ius suum fratres Albertum Marchionem probauerunt privilegiis et instrumentis, idque ius Saxoniae viguisse, nemo

### §. CCXIII.

Quid ius  
Sueni-  
cum de  
iis tra-  
dat?

At tanto plura de litterarum et chartarum reperias in IVRE SVEVICO, maxime ubi fuerit, vt, quibus vsufructus, tur ab aliqua ecclesia, ii chartas super ptas, et praelati sigillo firmatas, sibi et si forte laicus, alicui constituens, etum, sigillo careat, is ciuitatis vel siue municipalis, siue provincialis, sigillo

tur. Denique rationem addit §. II. *Wir sprechen, daß brieff besser seyn, dann zeugen, die sterben, so bleiben die brieff immer stät. Dieß heißen handfesten, da hilfft ein todter zeug, als ein lebendiger. Ceterum qualia esse oporteat instrumenta, rite scripta, idem docet SPECVLATOR Cap. CCCLXXXIII. Wer handfeste machet, der soll zu dem mindosten sieben Mann darinn setzen, die gezeugen sind, ist ihr mehr, das ist auch gut. An ieglicher handfest hilfft der tod gezeug, als der lebend. Wo man handfeste machet, da soll man das alter Christi auffsetzen, man mag wol mit recht der zeugen siegel daran legen.*

## §. CCXIV.

Apud Germanos IUSIVRANDVM re-Probationum veluti supplementum erat, neque enim illud admittebatur, quamdiu in promptu essent vel testes, vel instrumenta, quibus res ad liquidum perducifubsidia possent. Talia loca iam supra vidimus. Iam <sup>tio</sup> <sup>per ius-</sup> <sup>urand-</sup> <sup>um</sup> <sup>subsidia-</sup> <sup>tia.</sup> consuli possunt LEX WISIG. Lib. II. tit. I. §. XXII. LEX ALAM. tit. XLII. CAPITVL. Lib. V. §. CXCVII. Multo minus ergo iuriurando locum dabant Germani, si quando res oculorum aliorumque sensuum testimonio possent demonstrari. IUS PROV. SAX. Lib. I. art. XV. *Was man wieder ihm beweisen mag, \*) dafür antwortet er obne seine vnschuld oder eyde.*

\*) Est hic locus paullo obscurior, ac proinde explicandus. Beweisen hic non est testibus vel instrumentis probare, sed per ocularem, ceu vocant, inspectionem. Recte hoc observavit auctor GLOSSAE: *Etliche beweisung ist leiblich, etliche unleiblich. Leibliche beweisung ist diese, daß man etwas bey einem manne durch sehen, hören, vernehmen oder greiffen erweisen mag, oder daß man ihn in handhaffter that gegenwertig damit begriffen hat. Dieser beweisung gezeugniß leidet der Sachße. Die unleibliche beweisung aber ist diese, daß man einen nur mit worten bezüchtiget, als ob man einen eines dinges, so unbeweislich und verborgen wäre, ziche. Solch gezeugniß leidet der Sachße nicht.* Hinc sensum huius periochae commodissime expressit interpres Latinus: *Incusatus de quacunque re, quae penes eum non adparuerit, se suo poterit excusare sacramento. Quae autem apud eum per sensus corporis poterunt demonstrari, in his per iuramentum non euadet.*

### §. CCXV.

Omne  
iusiurandum  
in Germania  
necessarium.

Quum vera iusiurandum apud Romanos esset vel VOLUNTARIUM, vel IUDICIALI~~E~~, vel NECESSARIUM: duorum priorum generum in legibus Germanorum nec vola nec vestigium extat: sed omne, quod in foro praestandum erat, iusiurandum necessarium, et a iudice ipso delatum fuisse, animaduertimus. Is vero, exigentibus id legibus, modo actori, modo reo, et huic quidem plerumque, deferebat iusiurandum: ut adeo omne fere iusiurandum apud illos fuerit *purgatorium*: *suppletorio* verovix esset locus, nisi apud Burgundiones, (§. CCVI.) et eo quidem casu, si quis protulisset

lisset instrumenta, quorum sinceritas ab aduersario in dubium vocabatur. LEX BURG. tit. LX. §. IV.

### §. CCXVI.

Si cui vero iusiurandum a iudice fuerat <sup>Praesta-</sup>delatum, illud plerumque non in continenti <sup>batur</sup> praestabatur, (videbatur enim res, quae cum <sup>post in-</sup>animae periculo coniuncta esset, moram ali- <sup>terual-</sup>quam requirere,) sed ei dies dicebatur, an- <sup>lum, da-</sup>te quem diem se sisteret, et iuraret. Quin vt <sup>to pi-</sup>eo minus dubitari posset, quin esset adfutu- <sup>gnore.</sup>rus: pignora, vel, vti vocabant, *wadia* eo nomine dare cogebatur aduersario vel iudici. Vt exemplis rem illustremus: LEGE LANGOB. Lib. II. tit. LVI. §. VI. cautum est, vt, *si quis alii pro quacumque causa gradiam et fideiussorem de sacramento sic suscepto, et proxime praestando, dederit, ei detur spatium vsque ad XII. noctes, ad ipsum sacramentum dandum.* Sic et pusillum laxamenti concedunt IVRA SVEV. Cap. CV. et SAXON. Lib. II. art. X. quamuis diem certum, intra quem iurandum sit, non praefiniant. \*)

\*) Ceterum terminus ille erat peremptorius. Si quis enim die constituto non praestaret iusiurandum non modo causa cadebat, sed et multam debebat, tum iudici, tum parti aduersae, nisi legitima impedimenta eum excusarent. IVS. PROV. SAX. Lib. II. art. XI. *Wer eide gelobet vor schulde zu schweren, vnd leistet er sie nicht zu rechter zeit, er ist der schuld überwunden, da die eyde umb gelobet waren, es benehme ibms dann ebehoffte notz, die er beweissen möge. Waren auch die*

eyde gelobet vor gericht, man muß dem richte-  
 darum wetten, und deme seine bißte geben, das  
 man die eyde gelobet hatte. Ist aber der mann  
 reit zu leisten seinen eyd, den er gelobet hat  
 rechter zeit, und will ihn jener nicht annemen,  
 oder ob er da nicht ist, wann man den eyd thun  
 soll, des eydes soll dieser ledig seyn, und der schuld  
 da er den eyd vor gelobte, ob er des geinigs hat,  
 daß er ihn leisten wolt. Ex quo sensu patet, iur-  
 iurandum pro praestito esse habitum. Si aliter  
 illud praestandum parato, aliter non adhibe-  
 retur, vel plane non adesset in iudicio. Legem  
 gemina per omnia est dispositio. *Leg. Saxon.  
 SVEV. Cap. CCV. §. III.*

### §. CCXVII.

Requisi-  
 tis con-  
 sacra-  
 mentali-  
 bus.

Neque tamen vnus semper hominis, sive  
 actoris, sive rei, conscientiae rem com-  
 mittebant: sed plerumque pro causa gra-  
 uitate plures paucioresue exigebant. Quos  
 iurarent, quos *iuratores* vel *consacramentalis*  
 vocari animaduertimus. \*) Quomodo  
 ergo ipsi litigatores liquido iurabant, rem se  
 ita habere: ita *iuratores*, *sacramentalis*, vel  
*consacramentalis*, iurabant, se credere, iuramentum  
 recte et sancte iurasse: *c. 13. X. de purg. con-*  
*FORM. SEC. LEG. ROM. Cap. XXXI.* Si quis solus iu-  
 rabat, *sua manu*; sin. cum aliis, *tertia, quarta,*  
*septima* manu iurare dicebatur: *Lex Saxon. tit.*  
*III. §. V. et Addit. tit. III. §. I. et tit. IV. §. I.*  
 Vnde distinctio inter *maius* et *minus* iura-  
 mentum, in *LEG. FRIS. tit. I. §. XI. tit. XIV. et tit. II. §. VII.* pro quo interpres iu-  
 ris Saxonici Latinus barbare scripsit *metrit-*  
*tium*, vel *metseptimum* iurare. *SPEC. Saxon.*  
*Lib. I. art. XV. et art. VIII.*

\*) Ne-



\*) Nemo de illis accuratius egit, quam CAR. DV  
 FRESNE *glossar. Lat. p. 146. Tomo II. ex quo di-*  
*scimus, non admissos esse alios, quam 1) viros*  
*bonos, atque integrae existimationis, qui et testes*  
*esse possent. (§. CXC. seq.) HINC. Opusc. XXX. 2)*  
*eiusdem conditionis atque ordinis, LEX FRIS. tit. I.*  
*§. VII. aliquando 3) eiusdem sextus, ceu ex Wal-*  
*liae legibus probat CANGIVS, immo et 4) eius-*  
*dem nonnunquam gentis et familiae. LEG. BA-*  
*IVVAR. tit. VII. Cap. XV. CAPITVLAR. III. ann.*  
*DCCCXIII. §. IX. Addit laudarus CANGIVS, 5) sa-*  
*cramentales, quos actor produxerit, nominatos vel*  
*denominatos dictos esse, quos reus elegerit, aduo-*  
*catos. LEG. ALAMANN. tit. LXXXIX. BAIVVAR. tit.*  
*VI. §. II,*

### §. CCXVIII.

Diximus pro momento causae modo plu-  
 res, modo pauciores exigi consueuisse iuris-  
 iurandi socios. Hinc modo cum vno, seu  
*in manu proximi iurabat, LEG. FRIS. addit. tit.*  
*IV. CAPITVL. III. ann. DCCCXIII. §. XLIII. mo-*  
 do cum duobus, vel manu tertia, LEG. SAX.  
*tit. I. §. I. VI. IX. DITM. MERSEB. chron. Lib.*  
*ult. p. 423. modo manu quarta, LEG. FRIS.*  
*tit. II. §. VIII. modo quinta, LEG. ALAM. tit.*  
*VI. §. VI. CAPITVLAR. III. anni DCCLXXXIX.*  
*§. ult. modo sexta, LEX SAX. tit. III. §. II.*  
 LEX SAL. *tit. LXXVI. modo septima, LEX*  
 BAIVVAR. *tit. III. §. II. modo duodecima, LEX*  
 SAL. *tit. LXXVI. §. I. BVRG. tit. VIII. et LII.*  
 BIVVAR. *tit. LXVI. CAPITVL ad LEG. ALAM. tit.*  
*II. et VI. SAX tit. I. §. III. IV. V. FRIS. tit.*  
*XIV. §. I. II. III. LANGOB. Lib. II. tit. LV.*  
*§. II. III. V. XXXIII. CAPITVL. Lib. V. §.*  
 Nn 3 CXXIX.

CXXIX. Attulit laudatus CANGRVS exempla, quod quidam iurare coacti sunt decima, undecima, decima quarta, decima sexta, octava decima, vigesima vna, vigesima quarta, quinquagesima, trigesima, trigesima septima, quadragesima, quadragesima octava, quinquagesima, septuagesima secunda, septuagesima quarta, octuagesima prima, centesima, quingentesima, et trecentesima manu: sed pleraque ad partes exteras pertinent, praeterquam quod et iusiurandum octava decima, et vicesima quinta manu memoratur in LEGE SAL. tit. LXXVI. LEG. BAVVAR. tit. I. Cap. VI. §. II. CAPITVLARI ad LEG. ALAM. §. XXII. sequ. cum quadragesima electis in eod. CAPITVLARI ad LEG. ALAM. *ibid.* septuagesima secunda manu in LEGE RIPVAR. tit. LXVI. et octuagesima, in LEGE ad LEG. ALAM. §. XXIII.

\*) Iura Saxonum et Sueuorum diuinitate hunc morem retinuerunt. Quamuis plerumque vel tres, vel septem iuratores vel consecrati adhiberi requirantur, IVS SAX. Lib. I. art. VIII. et LXVI. Lib. III. art. XXXIX. IVS SVEV. Cap. CCLIX. et CCCXCV. Hinc natum verbum iudicium Germanicum *befieenen*, vel *überfiebenen*. Primum in KITZINGENSE apud WEHNER. *Obs. pract. über Befieenen* p. 54. *Welche aber in ebegefriebenet wesen die missethat nicht bekennen, die mag man befehen*, vbi et alia eiusdem commatis loca, et aliorum ciuitatum priuilegiis reperies. Causa enim, *credas*, *befieenen* idem esse, ac diris quaestiones decernere, vel ex reo diris quaestionibus cruciatio quaerere, an confessionem ratam habeat, vti vocabulum accipiunt PET. FRID. MINDAN. *mandat. iudic. Lib. II. Cap. XLVII. §. VI.* et KIL-

LER *de offic. iurid. polit. Lib. II. cap. XVII. p. 467.*  
 Res ipsa enim docet, *besiebenen* nihil aliud esse,  
 quam reum convincere iureiurando accusatoris  
 et sex confacramentalium. Add. THOMAS. *de occas.*  
*concept. ac intent. constit. crimin. Carolin. §. XV.*  
 Hinc paroemiam veterem: *Wer von sieben sagt,*  
*der leugt gern,* eleganter explicat HERT. *epidipn.*  
*par. iur. Cap. VIII. p. 438.*

## §. CCXIX.

At quaeritur, ipsine actores vel rei, quos Aliquan-  
 iurare per legem vel ex iudicis decreto oportet et per  
 tebat, iurare debuerint, an per alium id ius-<sup>procura-</sup>  
 iurandum praestare potuerint? Posterius me-<sup>torem</sup>  
 rito adfirmavit SCHILTERVS, *Exerc. XXIII. §.*<sup>iurare li-</sup>  
*XXXII. sequ.* qui hunc morem in alterius ani-<sup>cebat.</sup>  
 mam iurandi non modo aliquot testimoniis  
 et exemplis ex BARON. *annal. eccles. ad ann.*  
*MCLV. §. VII. et ad ann. MCLXXVII.* immo  
 et ex LEGE LANGOB. *Lib. II. tit. XLVIII. §. XI.*  
 probavit, verum etiam eiusdem originem ar-  
 cessit a clericis, qui religioni sibi duxerint  
 iurare, ac proinde alios substituerint pro se et  
 in animam suam iuratos: id deinde, ut fit,  
 imitatos esse, ait, laicos, primum illustres, ac  
 deinde etiam plebeios, donec in mores iue-  
 rit hoc iusiurandum, in alterius animam prae-  
 standum. \*) Plura hanc in rem dixit CAR. DV  
 FRESNE *glossar. med. Lat. p. 162. Tom. II.* ex quo  
 discimus, dictum esse hoc *iusiurandum vica-*  
*cariis manibus* praestitum, *ib. p. 163.* eosque,  
 qui hanc vicariam praestiterint operam, vo-  
 catos esse IVRATORES *ib. p. 169.*



apud CAR. DV FRESNE *glossar.* p. 154. *Tom. II.* Similiter super plurium caelitem reliquiis iuratum esse, comperimus. Sic Thassilo, Bauarus, Pippino, Carolo M. et Carolomanno fidem iuratus promiserat super corpore S. Dionysii, S. Martini et S. Germani. EGINARD. *annal. ad ann. DCCLVII.* Ceterum et formulae huiusmodi sacramentorum supersunt, veluti in FORM. BIGNON. XXXIV. HIC IVRO PER HVNC LOCVM SANCTVM, ET DEVM ALTISSIMVM, ET CAPITVLAR. *Lib. VI. §. CCIX.* SIC ME (vel, si sacramentalis quis esset: ILLVM) DEVS ADIVVET, ET ILLI SANCTI, QVORVM RELIQVIAE SVNT, VT VERITATEM DICAM (vel DICAT.) Item: PER HVNC LOCVM SANCTVM ET DEI REVERENTIAM IVRO. FORM. *inxta leg. Rom. XXXI.* HVIVS SANCTI VIRTVTE OPPRIMAR, SI ALIQVID FALSI LOQVOR. GREG. TVR. *de glor. confess. Cap. XCIII.*

## §. CCXXI.

Hi praecipui erant iurandi ritus, quum Christo iam nomen dare coepissent gentes originis Germanicae. Antea enim plures alii erant, quibus non statim repudium dedisse posteros etiam Christianos, animadvertimus. Eos quoque non sine cura collegit CAR. DV FRESNE *ibid. p. 159.* Sed nos eos tantum consecramur, qui proprie ad Germanos pertinent. Tales sunt ritus iurandi *in manu comitis dextra data*, LEG. LANGOB. *Lib. II. tit. LII. §. XV.* iurandi *in vestimento*, LEG. FRIS. *tit. III. §. IV. et tit. XII*, id est, vt SICCAMMA explicat, prehensa ora vestis eius, cui iurabatur. LEG. FRIS. *tit. XIV §. IV.* iurandi *in pecunia*, id est, manu numo, in quo vultus

Nec non alii, qui ante Christianismum inolevisse videntur.

regis vel crux conspiciebatur, imposita. *IBID. tit. XII. \**)

\*) Immo passim etiam occurrunt ritus quidam et formulae iurandi improbatæ religionis, qui non tam genti alicui communes, quam ab hominibus superstitionis suo arbitrio inveniunt fuisse videntur. Vt enim iam non dicam de iureiurando clericorum super S. eucharistia, super stola sacra, super libro missali, vel canone ecclesiastico: CAR DU PRESNE *glossar. Lat. p. 166.* plures huiusmodi ritus et formulas recenset, veluti *per animam patris*, WITTICH. *annal. Lib. III. init. per omnes gentes* ORD. VITAL. *Lib. XII. p. 880. per dentes Dei*, CHRON FLANDR. *Cap. XVII. per lanceam S. Iacobi*, *IBID. Cap. VIII. et XVI. per coronam*, imposita capiti manu, SANVT. *Libr. III. Part. XI. cap. III. per salutem suam*, GREG. TVR. *Lib. III. Cap. XV. per splendorem Dei*, ORD. VITAL. *p. 536. per Sion et Sinai montem*, BALVZ *form. XV. per barbam Ottonis*, GOB. PERS. *cosmodr. p. 202.* Vt omittamus iam formulas alias, vere impias, quarum permultas ibi collegit laudatus CANGIVS.

### §. DCXXII.

Denique  
quidam  
certis  
gentibus  
propriis.

Immo quidam erant iurandi ritus, quibusdam gentibus proprii, et hinc tanto notatu digniores. De FRISIIS sane suis ex veteri IVRE FRIS. *art. LXXXI.* obseruat SIBR. SICAMA *p. 65.* sollemne eis fuisse, si iusiurandum, quod manifestationis vocant, iurandum esset, sinistra manu tollere capillos, iisque dextræ manus duos digitos imponere. Quod quum ei genti sanctissimum videretur iusiurandum, natum inde esse obseruat proverbum, tum demum fidem habendam esse Friso, si manu capillos teneret. Sed et FRANCOS iurasse stipulas in manu tenentes, patet ex

CAPITVLAR. *Lib. VI. §. CCLXXXV* \*) Denique Iudaeos inter Christianos habitantes iurasse tactis libris legis Mosaiçae, ex vetustis tabulis et conciliorum canonibus probauit CAR. DV FRESNE *ibid. p. 163.*

\*) Stipula vero est baculus, festuca, culmus, quo in plerisque sollempnitatibus utebantur maiores nostri. Nescio ergo, cur pro spicis acceperit LEHMANNVS *Cbron. Spir. Lib. II. Cap. XXX.* dum scripsit: *Die alten Teutschen nahmen einen büschel ährenfrucht in die rechte hand, rufften Gott und die engel sambt dem umstand, über dem, was sie gesaget, zu zeugen an, und wurffen darauff den büschel mit den händen in die böhe.* Atqui in CAPITVLARIBVS mentio non fit spicarum, sed stipularum, nec in altum Francos proiecisse legimus stipulas, sed manibus eiecisse.

### §. CCXXIII.

Fieri itaque non potuit, quin iurarent <sup>Masculi</sup> teres manu dextra extensa et in altum sublata. <sup>manu</sup> Siue enim aram tangerent, siue positum in ea <sup>eleuata,</sup> librum euangelii, siue reliquiarum capsam in <sup>mulieres</sup> ara collocatam, tollenda erat dextra. Atque <sup>et cleri-</sup> inde est, quod iurantes dicuntur <sup>ci ad</sup> *manus extulisse*, GREG. TVR. *de mirac. Lib. I. Cap. XX.* <sup>pectus</sup> *eleuasse*, IBID. *Cap. XXXIII. et LIII. extendisse*, <sup>deflexa</sup> *DECRET. THASSIL. §. VII. porrexisse.* METROP. <sup>iurabant</sup> *SALISB. Tom. III. p. 274.* Feminae tamen apud Alamannos iurabant dextra pectori imposita, idque iusiurandum vocabatur per pectus, vel NASTAID. LEG. ALAM. *tit. LVI. §. II. \*)*

\*) Notum est, hunc ritum et hodie obseruari. *Dextra* enim pectori sinistro imposita iurant et feminae et clerici. Et obseruatum est a CAR. DV FRESNE

FRESNE *glossar.* p. 160, ritum hunc esse antiquissimum, cuius iam meminerit OVID. *Amor. Lib. III.*

*Supposuisse manus ad PECTORA lubricis amnis  
Dicitur, et socii iura dedisse tori.*

Et ex LVITPRANDO refert, Nicephorum Imperatorem Byzantinum iurasse *tunso digitis pectore*. Nec tamen crediderim, inde hunc ritum per manus traditum accepisse Alamannos. Itaque hic non possumus non adfentiri doctissimo NIC. HIER. GVNDLINGIO, qui in *Gundlingianorum Parte IV. Diff. II. §. X. p. 324.* ex CHRYSOST. *homil. XIX.* ad populum Antioch. et AVCTORE operis *imperfecti in Matth. serm. XLIII.* obseruat, mulieres et pueros librum euangelii e collo suspensum ubique circumtulisse. Οὐχ ὁρᾶς, inquit CHRYSOSTOMVS, πῶς αἱ γυναῖκες, καὶ τὰ μικρὰ παῖδια ἀντὶ Φουλακῆς μεγάλης εὐαγγέλια ἐξαρτῶσι τῆ τραχήλῃ, καὶ πανταχῶ περιφέρουσιν, ὅπως ἂν ἀπίωσιν; *Non cernis, ut mulieres et parvuli pueri pro magna custodia e collo suspendant euangelia, et ubique circumferant, quocumque abierint?* Fuisse hoc et mulierum in Germania gestamen, argumento sunt vetera epitaphia, quae in templis et hodie passim visuntur. Quum ergo iurandum esset per sancta euangelia: nihil sane attinebat, mulieres extensa manu tangere librum in altari positum, sed defuncta videbatur religione, si librum e collo pendulum digitis dextrae duobus vel tribus contigisset. An clericis similis mos ideo placuerit, quod sibi euangelium in ipso pectoris scrinio et alta mente repositum habere viderentur, alii viderint.

### §. CCXXIV.

Ritus iurandi  
medio

Plerique hi ritus paullatim exoleuisse videntur, ex quo IVRA SAXONICVM et SVEVICVM in Germania viguerunt. In utroque enim vix aliud



aliud iusiurandum memoratur, quam ta-  
ctis sanctorum reliquiis, euangelii, vel altaribus  
praestandum. Hinc IVS PROV. SAX. *Lib. I. art. IV.* Wann er sich denn auff den heiligen  
auszeucht. Et paucis interiectis: Wiedert man  
ihm das mit vnrecht, vnd zeucht er sich dar-  
nach auff den heiligen aus, er ist ein vngerecht-  
er mann: Vbi interpretes Latinus vtrumque lo-  
cum vertit: postquam se tunc iuramento expur-  
gauerit, itemque: si ipse se iureiurando a pro-  
scriptione liberauerit, vt facile pateat, eum  
ritum iurandi frequentissimum fuisse. Con-  
tra et iurandi tacto sacrosancto euange-  
lio, vel altari, vel cruce aliqua consecrata,  
praestiti meminit SPECVLATOR SVEVVS *Cap. CCCXLI. §. III. \**)

En verba notatu dignissima: Man soll alle die  
eyd schweren bey Gott, vnd bey seinen heiligen,  
man soll auch schweren auf das heilig euangelium,  
vnd auf einen geweybeten altar, vnd auff ein ge-  
weicht: (in BERGERIANA p. 195. Erwan auf ain  
geweychten chrauz) Man soll auch die hand auff-  
heben gegen den himmel, vnd bey Gott vnd den  
heiligen schweren. Addit speculator, eum, qui  
aliter iuret, et sacris arcendum et triginta et  
nouem plagis coercendum esse, addita ratione:  
Wer bey icht anders schweret, der thut wieder den  
Christen-glauben.

### §. CCXXV.

Sed et reliqua eius aevi monumenta vix  
aliorum iurandi rituum faciunt mentionem,  
quam quos superiore paragraepho me-  
morauimus. Diploma Fridrici II. ann.  
MCCXIX.

Ex di-  
ploma-  
tibus a-  
liisque  
moni-  
mentis.

MCCXIX. editum a fratre τῷ μακαρίτη, *Antiqu. Gosl. Lib. II. p. 219. Ipse cum burgensibus duobus certum faciat aduocatum et ceteros burgenses* IN RELIQUIIS. IN LEG. GOSLAR. a LEIBNITIO editis vtramque paginam faciunt phrasēs: *an den billigen erwehren, vp de billigen erhalten*, ceterae, quae et in diplomatibus eius aevi frequentissime occurrunt. Vid. ill. a LVDEWIG *Rel. MSSC. Tom. VIII. p. 217. Tom. IX. p. 570. 572. Tom. X. p. 248. 643. 648.* Iuramenti super sancto altari praestiti exemplum habes *IBID. Tom. V. p. 482.* quemadmodum iurisiurandi *sub testamento Dei* itemque *sub testimonio Christi*, id est, sancto euangelio praestiti *IBID. Tom. II. p. 46. et p. 392.*

## §. CCXXVI.

Modus  
iurandi  
super  
diuo-  
rum  
ἀλειψ-  
μοις.

Ceterum modus iurandi non vnus idem-  
que omnibus fuisse videtur. IN LEG. MVNIC.  
GOSL. *Lib. I. tit. vom huys-tinße §. VI.* ritus su-  
per sanctorum reliquiis iurandi ita describitur:  
*Der soll den fordern fuß auf den süll setzen,  
vnd die hand auf die heiligen legen, vnd spre-  
chen: daß mir Gott so hilffe, vnd die heiligen!*  
Id vero non de limine templi videtur intelli-  
gendum, sed de gradu altaris, cui reliquiae im-  
positae erant in ipso iudicio, cui dextro pe-  
de insistere tenebatur is, a quo erat iurandum.  
Aliunde enim constat, in ipso iudicio fuisse  
sanctorum ἀλειψαι, quae proferri iussu iudi-  
cis possent, quoties opus esset. \*)

\*) Disci-

\*) Discimus hoc denuo ex auctore *des RICHTSTEIGS vber das Landrecht Cap. VIII.* vbi ritus iurandi ita describitur: Quærit rei aduocatus: *Here her richter, will gy N. wort boren?* respondet iudex: *ya.* Reus: *Vnschuldig secht be sick, dat he N. icht schuldig sy, vnd biddet eines ordels, efft he is ime icht neger tho ontgande sy, wen em yenne sy ouer tho gande?* Tunc sequitur interloquutio: *be sy is neger tho ontgande.* Hinc pergit rei aduocatus: *Her richter, be biddet, vnd ick van synetwegen der billigen, vnd eines steuelers.* Respondet iudex: *Ick gans em wol.* Tunc is, qui iuriurando præfutura est, *der steuler,* interrogat: *Here her richter, gunne gy my, dat ick stauete en synen eyd, so biddet be, dat gy en orlouen tho donde, wat tho dem eede bore.* Respondet iudex: *Ick orlov es em, be sebe, dat be recht tu.* Hinc porro formula iurandi a iudice præscripta, reus iurat, *daß eme Gott also helpe, vnd die billigen,* et postquam venia impetrata retraxit dextram, et sese eleuauit (*wann he sus geschworen heft, vnde mit orloue affgenommen heft, vnde vpgestan is,*) postremo quærit: *offt he vollkommen sy mit synem rechte,* et discernitur, *be sy vollkomen.*

### §. CCXXVII.

Quemadmodum vero supra obseruauimus, alium fuisse gestum iurantium feminae et masculorum: ita et hoc æuodem obseruatum esse deprehendimus. Vt enim iam non repetamus locum *IVRIS PROV. AVSTR. ap. ill. LVDEW. reliqu. MSSC. Tom. IV. p. 14.* iam supra a nobis adlatum: (*Part. I. Lib. II. §. CCLXVIII.*) vbi eodem modo describitur feminae iusiurandum, ac in *LEG. ALAM. tit LV. §. II.* testis omni exceptione maior est *SPECVLATOR SVEVVS,* qui ipse quoque

que mulieres iurantes dextrum pectus et capillos tangere iubet. \*)

\*) Apud MEICHSN. *Cap. CCXCVI.* verba ita se habent: *Man soll ihr umb ihr morgengab recht thun, will sie auf ihr zwo brüst, vnd auf ihr zween zöpff schweren, ob sie der hat.* At in BERGERIANA p. 31. non vtriusque pectoris, sed dextri, nec vtriusque capillorum flagelli, sed dextri tantum fit mentio: *Man muz ihr darumb recht thun, vnd sy soll ihr morgengab behaben auf ibrer rechten brust, vnd auf den rechten tzopf, ob sy den hat.* At hodie laeuo pectori imponitur manus dextra, adeoque vix gestus feminae iurantis recte concipi potest, si recte se habet BERGERIANA editio. Ceterum quamvis et LEX ALAMANNICA, et IVS PROV. AVSTR. et SPECVLVM SVEVICVM hunc ritum praescribant tantum feminae, de promissa morgengaba iuranti: paulatim tamen inualuisse videtur, vt et in aliis causis iuraturae sese in hanc formam componerent, nisi quod ritus, tangendi capillos, tamquam superstitionem redolens, iam pridem exoleuerit.

### §. CCXXVIII.

Quo ritu iurarent Iudaei?

Vtrumque porro ius, tum SVEVICVM *Cap. CCCXLV.* tum WEICHB. MAGD. *art. CXXXV.* et CXXXVI. prolixè agunt de iureiurando, quod Iudaeus praestare cogitur, eiusque tum ritum, tum formulam, quamvis diuersimode, describunt. Et SPECVLATOR quidem SVEVVS ritum hunc praescribit: *Diß ist der iuden eyde, wie sie sollen schweren umb ein ieglich ding, das zu ihrem eyde stehet, er soll auf einer seuhaut stehen, vnd sollen die fünff bücher Moysß vor ihm liegen, vnd soll ihm die rechte hand in dem buch liegen bis an das riß:* At nihil horum

rum habet auctor WEICHBILBILDI, \*) qui potius art. CXXXVI. ait: *Gelobet der jude einen eyd zu thun, den soll er thun vnter bann in ihrer schule.* Immo Latinus interpres, qui in ple-risque a textu Germanico facit diuortium, art. CXXXIX. alium plane ritum fingit: *Alii, inquit, in iuramentis Iudaeorum obseruant ma-dum, qui sequitur, et dicunt, quod iuramentum Iudaei facere debent ante synagogam, tenendo catenam, qua synagogae ostium attrahitur ad occludendum, et quoque nudipes stet.*

\*) Attamen CASP. ZIGLERVS *de iurib. Iudaeorum Cap. V. §. V.* profert locum ex antiquo iuris Saxonici exemplari, in quo ritus iurandi, a Iudaeis obser-uandus, ita describitur: *Da muß der jude stehen auff einer schweinen haut, die junge hat gehabt, binnen vierzeben nächten. Die haut soll man auff-schneiden bey dem rücken, vnd sie breiten auf die zitzen, da soll der jude auffstehen barfuß, vnd nichts anhaben, denn ein nieder-kleid, vnd ein hä-ren tuch umb sich, also ist sein recht.* Ita alter ve-terum iuris interpretum altero vel nequior fuit, vel stolidior. Ita vnusquisque aliquid excogitauit, quo miserrimis istis, mortalium illuderetur. Quasi vero tantum religionis Iudaeo incutere possit pel-lis suis, vt tanto magis abhorreat a periurio! Hinc acutum hic vidisse dixeris auctorem glossae WEICHB. art. CXXXV. dum scripsit: *Dasß die ju-den sollen barfuß stehen auff einer schweinbaut, das ist eine fantassey. Denn es ist genag, daß sie den eyd thun in vorgeschriebener weise.*

### §. CCXXVIII.

Sed vt demum ad PURGATIONES vulgares, quae diutissime Germanis probationis loco fuerunt, perueniamus: per illas intelligimus  
(*El. I. G. Tom. II.*)      O o      omnes ni for-

Purga-  
tiones  
quid?  
Germa-  
ni for-

tium et  
praefa-  
giorum  
studiosi.

omnes modos, veritatem per prodigiosa  
liquod eruendi. Vetusissimi enim  
ni sortium erant studiosissimi, quibus  
quae paullo obscuriora et difficiliora  
sitionis videbantur, hoc modo ad  
perducere conabantur: \*) Hinc Tacitus  
*mor. Germ. Cap. X. Auspicia sortium reguntur  
maxime, obseruant. Sortium consuetudo  
plex: Virgam frugiferae arboris  
surculos amputant, eosque nouis quibusdam  
cretos super candidam vestem iaceant  
tuito spargunt.*

\*) Similia de Scythis refert HERODOTUS. Lib. III. c. 102.  
de Alanis AMMIAN. MARCELLINUS. Epist. Lib. XXI.  
Cap. II. Immo borealium gentibus illius tantum  
fuit huius siue artis, siue sortium studio, vt ne hodie quidem, nonnulli  
tot saecula religione Christiana, illam plane exuisse dicantur: quamvis  
fit, in maius extollere, multo non tam odiosae illius artis eximia quae  
vulgi credulitate, nobiles fieri solent.

### §. CCXXXIX.

Explora-  
tio veri-  
tatis per  
aquam  
et duel-  
lum.

Immo non solum forte decidebantur  
siones dubias: sed et aliis prodigiis  
consilio utebantur. Argumento est  
infantium dubiae originis,

*Et quos nascentes explorat gurgite Rhodanus*  
de quo ritu iam supra quaedam ex  
*Epist. XVI. obseruauimus: Nec minus*  
de propriis Germanis equorum  
gis memoriae prodidit TACITVS *ibid.*

monium eius rei omni exceptione maius praebent. Nullum tamen res obscuras inuestigandi medium fuit Germanis frequentius, magisque quotidianum, quam certamen singulare, cuius exemplum idem protulit TACITVS, quamuis illud non tam ad causas forenses, quam ad ipsa reip. fata, pertineret. \*

En TACITI verba: *Est et alia observatio auspiciorum, qua grauium bellorum euentus explorant. Eius gentis, cum qua bellum est, captiuum, quoque modo interceptum, cum electo popularium suorum, patriis quomque armis committant. Victoria huius vel illius pro praedicio accipitur.* Ex quibus sane intelligimus, Germanis singulare certamen medium certissimum visum esse rem incertam ad liquidum perducendi, certoque illis fuisse persuasum, non posse non Deum, cuius iustitia freti homines illos commiserint, victoria alterutri concessa ostendere, quid in fatiis, vel quid verum sit. GALB. *Vrs. Caroli Comit. Flandr. n. CLXII.*

### §. CCXXX.

Aetas illa TACITI paullo post homines tu-  
lit nequiores, mox daturus progeniem vitio-  
forem. Nam insequentibus saeculis non  
modo mansit illa res dubias per huiusmodi  
sortes et prodigia explorandi consuetudo, sed  
et nouis inuentis modis Deum tentandi au-  
da est, et quae antea ad futura magis explo-  
randa comparata erant, iis et ad facta praeteri-  
ta probanda utebantur, in ipsis iudiciis, mo-  
doque hos vocabant IVDICIVM DEI, itemque  
ORDALIA, IVDICIVM S. SPIRITVS, veluti apud  
IO. DE BEKA. *Episc. Vltrai. Cap. XXIII.* IVDICIVM  
PROBABLE, veluti in SYNODO SELIGENSTAD.

*Can. VII. iisque* non modo in caussis criminatibus, verum etiam in ciuilibus, et his quidem aliquando leuissimi momenti, vtebantur. LEG. BYRG. *tit. XLV.* ANGL. et WERIN. *tit. XV.* ALAM. *tit. LXXXIV.*

### §. CCXXXI.

Hinc examen aquae frigidae. Ceterum plurima ac diuersissima erant huius purgationis vulgaris genera, quamuis alia aliis frequentiora. Notissimum erat iudicium AQVAE FRIGIDAE, in eo consistens, quod homo in aquam proiectus, si mergeretur, innocens, sin supernataret, nocens crederetur: *Charta Philippi Augusti, Regis Francorum apud CAR. DV FRESNE glossar. Lat. p. 376. Tom. I.* Id vero examen, quod Francis, Germanis, Anglis, Sicotis, Hispanis, Hungaris, Italibus placuisse, docet idem CAR. DV FRESNE, fiebat aqua certis exorcismis adiurata, GVIBERT. *vit. Leonis IX. Cap. II.* IVRET. *ad luon. Carnot. Epist. LXXIV.* praesentibus arbitrisque sacerdotibus, quod merito improbat ECKEHARDVS *de casibus S. Galli Cap. XIV.* immo et in ipsa ecclesia, ceu ex concilio Helenensi *ann. MLXV.* probat laudatus CANGIVS *p. 279.*

### §. CCXXXII.

Aquae feruentis. Nec minus frequens erat AQVAE FERVENTIS iudicium, quod qui subibant, brachium nudum in aquam feruentem immittere cogebantur, innocentesque habebantur, si illud integrum atque illaesum extraherent. Id quoque ab omnibus paene originis Germani-



nicae gentibus receptum fuit, veluti a Wisigothis, LEG. WISIG. *Lib. VI. tit. I. §. III.* Francis, CAPITVL. *ann. DCCCXIX. Cap. I.* Frisiis, LEG. *tit. III. §. VI.* Langobardis, LEG. LANGOB. *Lib. I. tit. IX. §. XXIX. XXXV. XXXIX.* Quumque aqua feruens, similibus adiurata ritibus, aheno vel cacabo contineretur: \*) ritum hoc iudicium vocabatur AENEVM, in LEG. SAL. *tit. LV. §. I. tit. LXXVI. §. II.* itemque CALDARIAE, in LEGE WISIG. *Lib. VI. tit. I. §. III.* LANGOB. *Lib. I. tit. XXXIII. §. I.* de cuius ritu plura suo more collegerunt CAR. DV FRESNE *glossar. Lat. p. 281. sequ.* et ECCARD. *ad Leg. Sal. p. 98.*

\*) Eodem laudatus ECCARDVS *ibid.* refert lebetem, quem Cimbro misisse Augusto obseruat STRABO *Lib. VII. p. 293.* Καὶ γὰρ νῦν ἔχουσι τὴν χώραν, ἣν ἔχον προτέρον, καὶ ἐπέμψαν τῷ Σεβαστῷ δῶρον τὸν ἱερῶτατον παρ' αὐτοῖς λίβητα. *Hodieque antiquas incolunt sedes, nuperque Augusto lebetem, qui apud ipsos sacerrimus habebatur, dono miserant, Et vsum sane lebetis vel crateris fuisse in diuinationibus, ipse testatur STRABO ib. p. 134.* vbi narrat, Cimbro, quum se in prouincias Romanorum infudissent, secum circumtulisse cratera, amphoras circiter XX. capientem, et in exercitu habuisse vates quasdam canas, albo vestitu, carbafinis supparis desuper fibula adfixis, cinctu aeneo, pedibus nudis, quae ex cratere illo futura praecinerent. Quamuis vero ritum multo aliter describat STRABO: nobis tamen iam sufficit, lebete vel cratere vfos esse Germanos ad res occultas dubiasque explorandas.

### §. CCXXXIII.

Eiusdem generis erat examen PER CRV- Examen

O o 3

CEM, crucis.

CEM, de quo ritu diuersiffimae sunt eruditorum sententiae, recensitae a CAROLO IV. NE *glossar. Lat. Tom. I. p. 1274.* Alii sortes manu cruci imposita iactas, alii sculos, cruce insignitos, altari impositos ipsum crucis lignum in ignem coniectum se, existimant. Enimvero ex HIER. DELLA TE *Lib. IV. Hist. Veron. p. 178.* idem CANGIVS *p. 1275.* litigantes, dum sacra combatantur, in ecclesia aliqua ad crucis instigare coactos, existimatumque esse, si prior exanimis corruisset, nocentem conf. MABILLON. *de re dipl. Lib. VI. p. 498. sequ.*

\*) Examen hoc crucis potissimum Franci animaduertimus, eiusque exempla sunt in CAPITVLAR. IV. *ann. DCCCIII.* §. CCCLXXIX. §. X. SYNOD. VERMEN. *ann. DCCCLII.* §. XVII. FORM. LINDENBR. *Cap. CCCLXXIX.* et BIGNON. *Cap. XII.* AGOBARD. *lib. I. Dei cap. 1.* Enimvero hanc superstitiosam apud demum Franci damnarunt, publicamque primum sanxit LVDOVICVS PIVS, vt nullus quolibet examinationem crucis facere praesumat, ne Christi passio, quae glorificata est, cuiuslibet temeritate contemptui habeatur. Habetur sine haec lex in CAPITVL. *Aquisgr. ann. DCCCLVI.* §. XXVII. ex eoque postea translata est in LEG. LANGOA. *Lib. II. tit. LV. §. II.* immo et in CAPEN. CAROLI M. *Lib. V. §. CII.*

### §. CCXXXIV.

candens.  
tis.

Quid dicamus de examine per FERVM CANDENS, apud omnes peraeque gentes Germanicae originis receptissimo? Erat vero hoc purgationis genus in subsidium inuentum,

tam, aequae ac iudicium aquae frigidae. Si enim per valetudinem ferro contendere non poterant: ii, si liberi essent homines, ferro candente; \*) si rustici, aqua frigida sese purgabant. HINCM. REM. *Tom. II. op. p. 543.* EADMER. *hist. nou. p. 48.* Ritus erant varii, quibus denuo CAR. DV FRESNE. *Tom. I. p. 334.* Nos iam id tantum animaduertimus, quod hoc institutum esse in templo, ferro prius variis precibus et exorcismis consecrato: non fuisse quasdam ecclesias, quibus ius esset ferrum huiusmodi, ab Episcopo aliquo consecratum, adseruandi, ceu ex *charta Fontanellensi anni MLXXXII.* probat CAR. DV FRESNE *ibid. p. 338.*

Hoc quoque examen diuersimode instituebatur. Modo enim quis manu portabat ferrum candens per nouem pedes, modo per XII. ignitos vomeres nudis pedibus transibat, modo ferreae chirothecae candenti dextram immittebat ANN. PVLD. *ad ann. DCCCLVIII.* Immo et plures modos ex ANDR. SVENONIS *Lib. VII. Leg. Scan. Cap. XV.* et SAX. GRAMM *Lib. X. p. 171.* adducit saepe laudatus CANGIVS, qui etiam obseruat, ne Constantinopolitanis quidem principibus ignotum fuisse *μυδρον αγιον*, quin iam veteres Graecos simile purgationis genus habuisse, cuius mentionem faciat SOPHOCLES in *Antigona*, pluribus quodq; ibi explicet SCHOLIASTES. At aliquando ne his quidem contenti per pyram vel rogam ibant, innocentes, si illaesi exirent. Vid. ABB. VRSP. *Chron. p. 173.* Aliquando vestes, quam corpora committere igni malebant. GREG. TVR. *bist. Lib. II. Cap. I.*

### §. CCXXXV.

Quamuis vero altissime radices vbique egisset Eius ritus abrogatio.

gisset ille purgandi ritus, eiusque possessionem faciant leges et scriptores manentium: paullatim tamen et illum ex Christiano proscribere coeperunt Pontificum manu, veluti STEPHANVS in *can. de purg. cap. II. qu. III.* ALEXANDER III. *de purg. cap. dilecti X.* de purg. *cap. de purg. cap. de purg.* rum exemplum etiam reges et principes quotos esse, docet CAR. DV. *FRESV. Tom. I. p. 389.* Sed exemplis probum non potuisse inueteratam consuetudinem tam facile euelli, vt non et multas leges Germani ferro candente vestigia explorandam putarint. \*)

\*) In Anglia hic explorandi modus in saeculo XIII, et tempora Henrici III. demonstrauit IO. SELDEN. *Not. ad Brit. De Germania idem dicendum est in saeculo XIII. huiusmodi exemplum in CHRON. COLMAR. ad ann. MCCL. quidam de Villingen candens ferro manu, sine corporis laesione. Quod notatu dignissimum est, quod eandem arguit rusticus, quum alioquin tantum ad liberum pertineret hoc purgandi ritus. (§. CCXXXIV.)*

### §. CCXXXVI.

Purgatio per sortem.

Sunt et alia purgationis vulgaris genera, sed non aequae omnibus Germanicae originis gentibus communia. Eius generis est purgatio per sortes, cuius meminit *LEX FRANK. tit. XIV. §. I.* vbi illa prolixius ita describitur: *Tunc ducendi sunt ad basilicam, et sortes*

super altare mittendae, vel, si iuxta ecclesiam fieri non potuerit, super reliquias sanctorum. Quae sortes tales esse debent. Duo tali, de virga praecisi, quos tenos vocant (Frisiis vimen hodiernum vocatur tien :) quorum vnus ligno crucis dignoscitur, alius purus dimittitur, et lana munda obuoluti, super altare, vel reliquias mittuntur, et presbyter, si adfuerit, vel, si presbyter deest, puer quilibet innocens vnum de ipsis sortibus de altari tollere debet, et inter se Deus exorandus, si illi septem, qui de homicidio commisso iurauerunt, verum iurassent, euidente signo ostendat. Si illum, qui cruce signatus est, sustulerit, innocentes eunt, qui iurauerunt, si vero alterum sustulit, tunc vnus quisque illorum septem faciat suam sortem, id est, tenum de virga, et signet signo suo, ut etiam tam ille, quam ceteri, qui circumstant, cognoscere possit, et obuoluant lana munda, et altari, seu reliquiis imponantur, et presbyter, si adfuerit, si vero non, ut superius, puer innocens, vnumquemque illorum singulatim de altari tollat, et eum, qui suam sortem esse cognouerit, rogat, cuius sortem extremam esse contigerit, ille homicidii compositionem persolvere cogatur, ceteris, quorum sortes prius lenatae sunt, absolutis.

## §. CCXXXVII.

Nec commune omnibus, sed Angliis, aliisque quibusdam,\*) proprium fuisse videtur iudicium OFFAE vel PANIS adiurati, quod Angli vocabant CÔRSNED, non a caseo, uti non

Nec non  
per cor-  
fnid.

nemo somniat, sed a *cors*, quod Anglo-Saxonibus fuit execratum, et *fned* (Germ. *Schnitt*), quod bolum vel offam significat: ceu recte obseruauit CAR. DV FRESNE *glossar. Lat. Tom. I. p. 1234*. Offerebatur enim homini suspecto bolus vel offa, certa conceptione verborum certisque precibus adiurata, credebaturque, illum hac offa suffocatum iri, qui delicti, cuius incusabatur, reus esset.

\*) Quamuis et vocabulum *corfned* sit Anglo-Saxonicum, et eius probationis praecipue mentionem faciant LEGES CANVTI, *Regis, Cap. VI. et sequ.* nec non INGVLFSVS *p. 808*. ipse tamen laudatus CAROLVS DV FRESNE *p. 1235*. similia exempla profert EX HIST. TREVERENSI ET FORMVLIS LINDENBROGIANIS, ex quibus patet, ne Francis quidem et Germanis ignotum hunc purgandi modum fuisse, quamuis, quod ad prius, exemplum ex historia Treuerensi depromptum attinet, bolus ibi non homini, sed cani, obiectus esse dicatur, a Duce Limburgensium, Henrico, vt pateret, an iure illi sacris interdictum esset: nec suffocationem canis sequutam esse, narretur, sed narretur tantum, canem bolum a Duce obiectum attingere noluisse, quum tamen eum auide arripuerit, ab alio oblatum. Et sapiebant sane, qui in cane potius, quam in se, diuini iudicii periculum facere malebant.

### §. CCXXXVIII.

Et per  
SS. eu-  
chari-  
stiam.

Magis frequens erat purgatio per SS. EVCHARISTIAM, sed tamen fere clericis tantum propria, quibus quum iurare nefas videretur, hoc modo sese purgare placuit, maxime quum praeuantes haberent pontifices maximos, veluti Gregorium Papam VII. apud LAMB.

SCHAFF-

SCHAFFNAB. *ad ann. MLXXVII.* ex quo discimus, fumentes corpus et sanguinem Domini sibi ipsis quaeuis detestanda esse imprecatos, si nocentes essent. Sic Gregorii Papae, cuius iam meminimus, verba haec recitat LAMBERTVS: *Ecce corpus dominicum, quod sumpturus ero, in experimentum mihi hodie sit innocentiae meae, ut omnipotens Deus suo me hodie iudicio vel absoluat obiecti criminis suspitione, si innocens sum, vel subitanea interimat morte, si reus.* \*) Haec et alia, ut sollempne est, praeterea verba terribilia, quibus Deum causae suae legitimissimum iudicem et innocentiae adsertorem adesse precabatur, partem Dominici corporis accepit et comedit.

\*) Neque hunc tantum tristissimorum illorum factorum euentum memorant eius aevi annales, sed et varia, ut solent, addunt prodigia, quibus Deus eorum, qui nocentes essent, temeritatem redarguerit. Sic RADVLFVS GLABER. *Lib. V. Cap. I.* auctor est, clerico quodam fumente sacram eucharistiam, protinus per medium umbilici egredi visam esse partem candidissimam, quam sumisset eius sacrificii, dantem procul dubio evidens indicium reatum, se indigne percipientis. Lotharium quoque, Regem, hoc se ritu purgantem, omnesque, qui vna cum illo participes facti fuerant SS. eucharistiae, vertente anno extinctos esse, observant ANNAL. MET. et REGINO *ad ann. DCCCLXX.* nec non GHRON. REICHERSP. *ad eumd. ann.* Alios denique non quidem morte vel subitanea, vel lenta, obiisse, at illico animi adeo angari coepisse, ut delictum faterentur veniamque rogarent, patet exemplo clerici, de suspitione haereseos sese purgaturi, quod ex HIST. TREV. adduxit CAR. DV FRESNE *glossar. Lat. p. 286. sequ.*

## §. CCXXXIX.

Denique per vulgare omnibusque commune, quam quo, certa- instituto CERTAMINE SINGVLARI, suspicionem a men sin- se amoliri vel veritatem probare conabantur, gulare. quippe cuius mentionem faciunt LEG. BVRG. tit. XLV. ALAM. tit. XLIII. BAIVAR. tit. II. Cap. II. tit. IX. Cap. IV. CAPITVLAR. Lib. III. tit. XLVI. LEG. LANGOB. Lib. I. tit. IX. §. XXXIX. Lib. II. tit. XXXV. §. III. IV. sequ. LEG. FRIS. tit. XIV. §. VII. ex quibus locis, veteres hoc certamine non modo in criminalibus, sed et ciuilibus cauffis, vfos esse, intel- ligimus.

## §. CCXL.

Eius ri- De eo purgandi modo insignes sunt CAR- tus a vi- DV FRESNE ET IOACH. IO. MADERI *in diff. de du- ris do- ellis* obseruationes, quarum potiores meri- etis de- to huc transferimus. Ostendit vero lauda- scripti. tus CANGIVS *Tom. II. p. 188.* certamen hoc ini- tum esse decernente iudice, certaturos vero apud iudicem deposuisse pignus vel *wadium*, quod pro damni et iacturae compensatione cederet: *p. 189.* eum, qui alterum prouocarit, alteri in wadium obtulisse chirothecam seu rem quamuis aliam, eamque coram iudice proiecisse, quam deinde adpellatus, impetrata prius iudicis venia, sustulerit, eoque modo, se conditionem accipere, professus sit. *Quin p. 190.* et obsides eo nomine datos esse, demonstrat. Addit *ibid.* arma peditum fuisse gla-



gladium et clypeum; milites vero vel equites, tota *πανοπλία* equestri ornatos, in arenam prodisse: p. 191. aetatem a pugnato exigi consueuisse annorum XXI. ab ea vero decertandi necessitate immunes fuisse mulieres, sexagenarius maiores, aegrotos, sacerdotes, clericos, monachos, quibus omnibus vicaria opera aliorum, quos *campiones* vocabant, uti licuerit, quamuis ne clericorum quidem pugnacium exempla desint. Denique p. 192. eum, qui in hoc certamine succubisset, perinde poenam dedisse a legibus statutam, ac si crimen confessus, vel de eo conuictus esset.

#### §. CCXLI.

Quamuis vero barbaram hanc lites non <sup>Eius</sup> iure, sed ferro, decidendi consuetudinem <sup>abrogatio.</sup> merito e foro proscribendam esse, viderint tum pontifices maximi, concilia et episcopi, inter quos nescio an primas teneat AGOBARDVS *aduersus Regem Gundobad. Tom. I. Op. p. 107. et libro contra iudic. Dei ibid. p. 301.* tantum tamen abest, ut pares huic vitio fuerint leges, ut et insequentibus temporibus nihil fuerit certaminibus istis forensibus faequentius, \*) ac proinde illa et in medii aevi leges, et maxime Saxonicas, immigrarint. Quin tamen postea paulatim exoleuerit forensis illa truculentia: inter milites tamen, nobiles et studiosos academicos occasionem dedit mori, ius sibi ipsi manu dicendi, cui abolendo tot Regum principumque edicta vix adhuc suffecerunt.

\*) Lau-

\*) Laudatissimus CAR. DV FRESNE, *Glossar. Lib. I. Tit. II. p. 193.* qui hic omnibus submissis illud praeripuit, exempli certissimi singularis decreto iudicum in Gallia, anno MCCCLIII, MCCCLXXXVI, MDCXXE, sub Francisco I. rege et anno MDXLVII, in quibus facile conieceris, quomodo in Gallia reges, quorum maior postremis temporibus regno suo fuit auctoritas, hunc in periculum curare potuerint, multo minus id fecerunt in Germania, ubi his temporibus libertas civitatem ita miseratae, ut omnes publicae priuataeque controversiae non sine armis, terminarentur.

### §. CCXLII.

Purgationes, quae Saxonibus et Suevis receptae?

Diximus etiam in medii aevi leges integras illam ferro se purgandi consuetudinem. Verum non hanc tantum, sed et reliquarum purgationum aliquas, legibus istis probatissimè uertimus. Sane in IVRE SAXONICA §. XXXIX. tria purgandi genera describitur, dum scribit REPKOVIVS: *Die ihr bey dem berey oder raub verloren haben, oder bey dem berey oder raubes anderweit beschuldigt sind, mögen mit ihrem eyd nicht ungeschuldig zu seyn Sie haben dreyerley wahl, das glied mit dem eysen zu tragen, oder in einen siedenden kessel zu setzen bis an den elbogen, oder mit kempen zu dem zu erwehren.* At SPECVLATOR in §. CLX. §. V. omisso singulari certum condemnari illum iubet *in die wasser zu setzen, oder das eysen auf der hand zu tragen, oder in einen wallenden kessel mit wasser zu greiffen bis an den elenbogen.* Gerichtet er dann, so ist

*von der vrtheil ledig.* Quod et de eo, qui falsam monetam antea cuderat, et postea in suspicionem de nouo inciderat, statuitur *Cap. CCCLXXV.* Quin et in controuersis ciuilibus aquae frigidae iudicio fuisse locum, ueluti si duo praedium pari iure et titulo uindicarent, patet ex *Cap. LXXV. et CXXVI.*

*Q* In BERGERIANA p. 65. pro *wassers vrtheil* est *die wachs-vrtheil*, quod et p. 215. legitur. At p. 256. et p. 441. haec quoque editio habet *die wasser vrthail*, ut dubia priora loca in mendo cubare uideantur. Argumento est etiam editio SCHANNATI, quae *Cap. CXXVIII. et CLXIII.* itidem habet *ein Wasser vrthail*. Ceterum quum illud iudicium aquae ubique a iudicio feruentis aquae distinguatur: non potest non intelligi examen per aquam frigidam. Ut adeo quatuor purgationis genera eo tempore, quo ius Sax. et Sueuicum uiguit, recepta fuisse, intelligamus, puta *liquae frigidae, aquae feruentis, ferri candentis, et singularis certaminis seu duelli.*

### §. CCXLIII.

SINGVLARIBVS CERTAMEN licitum erat in causis *Fre-*  
 grauioribus, maxime criminalibus, in quibus *quen-*  
 reus, si succubuisset, capitis damnaretur: *ius* *tissimum*  
*PROV. SAX. Lib. I. art. XVI.* itemque in causis *singula-*  
 fractae pacis, *ib. Lib. I. art. LXIII.* aliisque *re cer-*  
 occultis, ubi et testium adseuerationi ante *tamen.*  
 ferbatur prouocantis ad certamen victoria. *Ei in*  
 Exemplum est in *IVR. SAX. Lib. I. art. LXIV.* *quibus*  
 ubi homine in furto, rapina alioque crimine de *causis*  
 prehensio et occiso, quamuis septem testibus *fuert*  
 rem adfirmantibus, cognatis tamen permittitur, *locus?*  
 ut occidentem ad singulare certamen  
 possint

possint prouocare: *Beut sibi sein den  
freund, wer der fey, sibe zu manne  
kampff, der verleget alle getung. De  
mag man den todten ohn kampff nicht  
den, er sey denn verfestiget, den sibe  
get.* Ita et, qui moderamen in corpore  
iactabat, ferro contendere cogitur,  
quis cognatorum hominis occisi non  
caeret. IVS PROV. SVEV. *Cap. CLXIV.*

## §. CCXLIV.

Modus  
alterum  
prouo-  
candi.

Si quis ergo alterum ad hoc certamine  
prouocare vellet: primo eum, permissum  
iudice, prehendere debebat, quod fieri  
nu supremae vestimenti parti  
*Deinde dimisso rationem reddere  
cur ei iniecerit manum, ac tum  
cusare, veluti, si eum fractae pacis  
geret, quod vim fecerit, quod  
fluxerit, quod quaedam rapuerit,  
porro reus guarandam, quam  
promitti petebat. Denique reus  
actor prouocabat ad singularem  
iudex, si ita videretur, interloqu  
um ad illud suscipiendum iure  
PROV. SAX. *Lib. I. art. LXIII.**

\*) Ritum hunc accurate describit  
cuius verba hic legere operae pretium fuerit  
*kempfflich grüssen will einen seiner  
muß bitten den richter, ob er sich  
möge eines seines friedbrechers zu  
da sibe? Quae rebat nimirum, an sibi  
manum iniiciendi ei, qui sibi vim fecerit,  
dice de scabinorum sententia decernente,  
ius esse manum iniiciendi, hic quaerit.*

modo

modo id fieri oporteat. Wann ihm das mit vrtheil getheilet wird, daß er thun möge, so fraget er, wie er sich sein unterwinden solle, daß es ihm hülflich sey zu seinem kampf? Iudex ergo, auditis scabinorum sententiis, decernebat, actorem trahere posse lacinia vestimenti superioris, (gezogen mit seinem haupt-geräthe,) quae verba Latinus interpres vertit, id fieri debere mansuete, in sui superiore foramine vestimenti. Itaque Germani hic exigebant vim quandam imaginariam, vel manus iniectioem, idque sibi volunt phraesis: zu kampf gefangen, und begrüßet seyn. IVR. PROV. SAX. Lib. I. art. LXV. nec non den andern vor gericht zu kampf fahen. ib. Lib. III. art. XXXVI.

## §. CCXLV.

Prouocato ad certamen reo, aut accipienda erat conditio, aut iusta alleganda causa, cur eam iure detrectaret. Tales iustae causae erant, I) impares natales. Nam quamuis nobilior ignobiliorem iure prouocaret: non tamen fas erat ignobiliori, prouocare nobiliorem. IVR. PROV. SAX. Lib. II. art. LXII. SVEV. Cap. CLXIV. Et hinc prouocanti ingenuo prouocandae erant quatuor imagines, si illi cum ingenuo res erat: IVR. PROV. SAX. Lib. I. art. L. nec Iudaeus detrectare poterat hoc certamen, prouocatus a Christiano, quamuis huius res esset arbitrii, an cum Iudaeo in arenam descendere vellet. IVR. PROV. SVEV. Cap. CCCXL. §. III. Deinde II) nemo cogebatur certamen accipere, pomeridie, vel deficiente iam die prouocatus. IVR. PROV. SAX. Lib. I. art. LXIII. *Kampffes mag auch ein Mann woll wegern, ob man ihn nachmittage grüßet, es wäre dann ihr* (E. I. G. Tom. II.) Pp beyder

Ob quas causas illud detrectari potuerit?

beyder gunst. III) Neo manum in ius con-  
 rere tenebatur is, qui in ea provincia non  
 prouocabatur, non erat natus. *IVR. SAX.  
 Cap. CXI. Spricht ein man einem kampf  
 mag er des Kampffes da wohl ihenen  
 er von dem land nicht gebotren ist, so  
 anspricht.* Addatur IVS PROV. SAX. *lib. II.  
 art. XXVI. Denique IV) Ibidem *lib. II.  
 LXIII. obseruatur, nec cognatum accipere  
 potuisse prouocari. Quisquis ergo hunc  
 vllum iniuria prouocarat: is nisi ante  
 uocato pendere tenebatur, eoque  
 IVR. SAX. *Lib. I. art. LX. Wer  
 dern zu kampf vnterwindt, er gebet  
 recht, er muß ihn mit buße lassen.***

### §. CCXLVI.

Aut sal- Iacta semel alea, decretoque  
 tim dil-posito, aut illico in arenam op-  
 tio peti? dum, aut si qua iusta causa  
 tur, pusillum laxamenti prouocari  
 Iustae autem videbantur causae, si  
 rato huiusmodi certamen deponere  
 PROV. SAX. *Lib. II. art. III. Grüssen  
 kampffe, der ungewarnet dar kompt,  
 ihm umb die sache dar nicht bescheid  
 soll rage haben nach seiner geburt, er  
 tet, daß er sich dazu bereite.* Si quis  
 tamen acciperet, illudque differri potest  
 genuo concedebantur induciae sex heb-  
 dum, ministeriali aliisque, seruituti non  
 xiiis, quatuordecim noctium, *IBID. II) Valde  
 adfecta, veluti si quis eum, a quo vulper-*

faerat, ad certamen prouocarat, cui, si non  
 esset, cuius vicaria opera vteretur, eo vsque  
 induciae concedebantur, dum conualuisset.  
*ibid. Lib. I. art. XLIX.* Dilato certamine, iu-  
 dex utrique ab altero vim fieri vetabat, (*er  
 verckte ihnen beyden frieden.*) et si secus alte-  
 rius fecisset, eum in multam condemnabat. *ib.*  
*LA. III. art. XXXVI.*

### §. CCXLVII.

Adpetente die, huic certamini constituto, Quibus  
 utique de armis erat cogitandum, et quidem armis in-  
 non qualibuscumque, sed iustis, et legitimis, <sup>structos</sup>  
 que ita describit SPECVLATOR SAXO *Lib. I. portue-*  
*art. LXIII:* Der richter soll zwey boten geben, <sup>rit pu-</sup>  
 ihrer ieglichen einen, die da fechten sollen, die da <sup>gnatu-</sup>  
 sehen, daß (die waffen) angeleget werden, nach <sup>ros?</sup>  
 rechter gewohnheit. Leder, vnd keinen ding  
 mögen sie wohl anthun, als viel, als sie wollen.  
 Helm vnd füße sollen ihnen fornem bloß seyn,  
 vnd an den händen sollen sie nicht mehr haben,  
 dann dünne handschuch, ein bloß schwerd in  
 der hand, vnd eines oder zwey umbgegürtet, das  
 stebet an ihr beyder willkühr. Einen runden  
 schild in der andern hand, da nichts, dann holz  
 vnd leder an sey: aber die boecklein mögen woll  
 eisen seyn. Ein rock ohn ermeln über den  
 hals (sch. \*) Si arma deessent pugnaturis: iu-  
 dex ea, teste eodem SPECVLATORE, illis commo-  
 dat. *IBID.*

(\*) Quid si mulier, (quod ipsum quoque aliquando  
 fiebat,) in arenam descenderet? Vidi in biblio-  
 theca Aug. Guelpherb. veterem codicem, qui inscri-

bitur. *kampffschere*, in pugnando certamen legitimum ita et describitur et dicitur. Vir clava instructus, stat in ierobe umbilicus, muller extra scrobem lineum petrae cuius extremitas lapis illigatus. Si in teo illo collum vini stringebat, extrahebat, victrix praelio hoc, illam clava ferret, ipse victor illam stebat in signum victoriae. Sed et liores, quibus iusta certamen erat, (§. CCXL) adeo vertuntur egrediebantur, vt palmam in arena adfectarent. Ceterum et in his certaminibus aliquando stat. Mentio enim aliquando fit in *monim. Dan. Lib. I. Cap. XII. GRAMM. Lib. III. p. 41. immortibus LEG. LANGOB. Lib. II. tit. LV. LXXXIII.*

§. CCXLVIII

**Arena**  
functio-  
ne poe-  
nali  
munita.

Quando aderat hora certaminis, et arena procul dubio cancellata quin et inuiolabilem illam functione poenali denunciabatur. pertinent verba SPECVLATORIS LXIII. *Friede soll man dem dem kreisse, bey dem halse, dass an dem kampffe.* Praeterea vir, qui ferret longurium (eius) endum vulnerato, vel lapso, si petraret. Ita enim ibidem *ver ieglichen soll der richter einen der seinen baum trage, die sollen ren. Wann aber ihrer einer fällt, baum unterwerffe, oder ob er und des baums bittet, dasselbige* thun,



*than, er habe denn orlaub von dem richter: Vocabantur hi grieswärtel, i. e. creyswärtter.*

## S. CCXLIX.

Paratis omnibus, certaturi petebant arenam, (*sie mussten des ringes zu recht begehren*) simulque de vaginis ferrum extremum (*das ortband*) demebant, nisi id illis vltro conderet iudex. Hinc vterque armatus coram iudice conceptis verbis iurabat, alter, verum esse nomen, ob quod reum conuenerit, alter, se nihil debere, vsus vterque formula imprecationis: *Dasß ihnen Gott so helffe zu ihrem kampf!* Iudex postea ita diuidebat aream inter certaturos, vt neuter solem aduersum haberet. Actor primus ingrediebatur orbem, eumque sequebatur reus, atque ita more tum recepto manus conferebant. \*) IVS PROV. SAX. Lib. I. art. LXIII.

\*) Obseruat vero OL. WORM. monim. Dan. Lib. I. Cap. X. aliam longe fuisse veterum pugnandi rationem tam in duello, quam in bello, ac nostro saeculo in vsu esse cernamus. Non enim antiquitus in edendis agonibus crebras ictuum vicissitudines peti consueuisse, sed fuisse cum intervallo temporis etiam ferendi distinctam successionem, rarisque, sed atrocibus plagis, certamina gesta, vt gloria potius percussorum magnitudini, quam numero, deferretur: ceu ostendit et SAX. GRAMM. Lib. II. p. 30. qui et p. 37. quibusdam interiectis, hanc certandi rationem ita describit:

*Non memini, certamen agi, quo promptius esset*

ALTERNARE ENSES, PARTIRIQUE ictibus ictus,

*Dans vnum, tres accipio, sic mutua Gothi*

*Vulnera compensant, sic dextra potentior hostis*

*Vindicat acceptam cumulato foenore poenam.*

Idque est *genus ferientis Galliarum*, ut illud  
 cat. SEAVIUS ad Virgil. *Aen. Lib. IX.* v. 700.

§. CCL.

Certa-  
 minis  
 euentus.

Denique, quod ad euentum ferentium  
 certaminum attinet, permittitur  
 rat, vtrum se stitisset reus, an ignarus  
 set certamen. De priore casu res  
 Lib. I. art. LXIII. *Wird der über wunden  
 den man spricht, man richtet über ihn,  
 aber zu siege, man läßt ihm mit gewöhnlicher  
 buße.* Sensus est, reum victum, nisi  
 fessum, condemnatum, actorem verum  
 fuerit, tamquam calumniatorem, sine  
 poenam pecuniariam, (*die buße*) sine  
 etiam, (*die wette*) soluere debuisse. Si  
 occubuerat in hoc certamine, victor  
 que gloriosum sibi ducebat, victor  
 eique funus magnifice ducere.

\*) Et hoc plerumque sibi alter ab altero  
 tur, ceu obseruat SAXO GRAMMATICUS  
 ut victum victor inferiis prosequatur, ut  
 riosum esset, victi funus magnifice ducere  
 pluribus ad illum locum demonstrat. *Primum  
 in notis p. 08. Exemplum habet in Saxo Gram-  
 gvst. apud PISTOR. Tom. III. scriptum, quod  
 648. edit. Serui. Anno, inquit, 1170. factum  
 factum est inter Marschalcum & Hachsenaker,  
 in quo Marschalcus, quum prostratus esset, a  
 aduersario interrogatus, si fortassis se  
 quid agere vellet? dixit, se interficere se  
 suum. Quod et mox Hachsenaker in  
 seque portare fecit in feretro suo, quod  
 ex more, quod et libitinam dicunt, ad ecclesiam  
 S. Vdalrici, agens grates. Ex quo fitur  
 certaturos feretra sibi fieri iussisse, ut, si  
 quis illi humani accideret, eo honestius testae man-  
 darentur.*

## §. CCLI.

Si reus defugeret certamen: iudex per ad-  
 paritorem, adhibitis simul duobus scabinis, eum  
 ter domo euocabat. Si ne sic quidem adef-  
 set: actor gladium bis vibrabat aduersus solem,  
 et tunc uictor arena excedebat, et secundum  
 eam lis dabatur, perinde ac si prostrauisset ad-  
 uersarium. *IVS PROV. SAX. Lib. I. art. LXIII.*  
*Ob der ander zu lange säumet: der Richter soll  
 ihn lassen fürbeisich den fronboten in dem hau-  
 se, da er sich anleget. (id est, ubi arma induit,) und  
 soll zween schöpfen mit sendem. Also soll er  
 ihn auch laden zu dem andern, und zu dem drit-  
 ten mal. Kommt er zu der dritten ladung nicht  
 vor, der kläger soll aufstehen, und sich zu kampff  
 erbieten, und schlagen zween schlaege, und ste-  
 chen einen stich gegen der sonnen, oder wind,  
 damit er jenen überwinden also gethaner klage,  
 als er ihn angesprochen hat. Und der richter  
 soll ihm richten, als ob er ihn überwinden hette  
 mit kampff. \*)*

Quid si  
 reus il-  
 lud de-  
 fugeret,

\*) Si actor, contra quem quis innocentiam armis tueri  
 paratum sese ostendebat, uocatus non adesset: reus  
 non illic absoluitur, sed iniurandum purgato-  
 riam et delatum esse videtur. *amors. de gest. Fran-  
 cor. Lib. V. Cap. XIII.* Bernardus, Ludouicii Pii  
 camerarum praefectus, adulterii cum Augusta commissi  
 accusatus primum in Hispaniam confugerat. Inde  
 anno DCCCXXXI. reuersus, Imperatorem adit, at-  
 que ab eo contendit, ut sibi facultas detur, pur-  
 gandi sese more Francorum solito, id est, crimen obii-  
 cienti semet obii-ciendo. Sed quum accusator nullus  
 compareret, purgatio facta est iuramenti.

## §. CCLII

Examen  
per ta-  
ctum ca-  
daveris  
occisi.

Et hæc quidem de probationibus et con-  
ditionibus, quales, ante receptum ius Romanum  
in Germania fuerunt, sufficerent, nisi in  
vnicâ, quæ non tam lege aliquâ, quam  
consuetudine moleuisse videtur.  
enim veteres homicidii suspectos  
ad cadaver hominis occisi, usque  
vulnera manu contingerent. Et  
sanguinem, ebullientem ex  
auctorem proditurum, sperabant.  
ne tactu cadaver sanguinem  
bant, si propius accederet. Hæc  
probationis tot exempla existunt,  
persuasionis vetustate vix dubitatur.

\*) SCHOTTEL. *sgul. in Germ. iur.* bina exempla profert ex THOMAS, quem sub finem sæculi XIII. eodem sæculo habemus exemplum mæ, Herfordiensis episcopi, apud *Flor. mense Octobr. p. 554.* quædam homicidii auctorem; (morte enim S. Thomas,) quam hostem, proditoris mortui cruor. En verba: *Interius* eius exanime adservabatur, eductum. Deinde caro, ab ossibus S. Seueri honorifice sepulta est: ossa longinqua terrarum et maris spatia sedem eius adportata sunt. Quantavenerisset Gilbertus de Clara, comes, ob iura ecclesie beatum virum fatigantibus ab eis SANGVIS copiosissimus manavit, in quibus ferebantur, sanguine tincta videlicet comes ille cernens, timore et horore concussus;

*omnia ecclesiae restituit, et ob ea, quae temere admiserat, egit poenitentiam.*

## §. CCLIII.

Omnes, quas hactenus recensuimus, probationes VULGARES postea reprobatae sunt: De CANONICA, qualis hodie solum iusiurandum est, nihil videtur addendum, quum de ea paullo ante, quantum satis est, dixerimus. Iam obseruamus, pleraque quidem, quae adhuc obseruauimus, mutata esse, recepto in fora nostra iure Romano et canonico: at luculentas tamen superesse veterum rituum et consuetudinum reliquias, tum I) circa probationes generatim: tum II) in specie circa probationes per testes, III) per instrumenta, denique IV) per iusiurandum. Quin et V) purgationum diu in foris nostris expressissima mansisse vestigia, et VI) hodiernum singularium certaminum, quamuis illicitorum, rationes plerasque ex veteribus illis certaminum iudicialium ritibus esse explicandas.

Harum obseruationum omnium et hodie quaedam supersunt vestigia.

## §. CCLIV.

Inter iuris veteris reliquias, quod ad PROBATIONEM generatim attinet, merito retuleris 1) reprobationem, quam vocant. Quum enim eam ignoret ius Romanum: \*) in Germania iam olim et actor et reus ad probationem admittebantur. (§. CCLXXXIV. sequ.) Id retinuerunt posteri, ac proinde 2) pronunciarri solet, *dass kläger den grund seiner klage, und so viel ihm, daran verneinet worden, innerhalb*

Veluti circa probationem et reprobationem.

ordnungs-frist, mit vorbehalt, dass dem Beklagten  
 gebührende gegenbeweise, und der darvon  
 anderer rechtlicher nöthendisse im gleichem  
 frist, wie, recht, zuerweisen schuldig ist.  
 no opus quidem est, vt hanc reprobationem  
 sibi referuent rei, sed 4) es als (s. 2) im  
 iure, neque ab ea excludi sine causa potest.  
 BRUNNEM. Process. civ. Cap. XVIII. n. XII.  
 do 5) ad eam, nondum aperto consilio, referantur.

Equidem et iure civili, vbi probatio  
 uir actor, etiam reus ad probationem  
 admittitur. *Et d. C. de testat. l. 1. §. 1.*  
 nis, etiam ad contrarium probatio  
 titur. *Es können beyde theile, bey  
 beweiss führen.* Neque tamen idem  
 etiam pontificio in fora nostrae  
 haec consuetudinem, quippe quae  
 bationis meminit *l. 26. et c. §. 1.*  
*testat.* Nam pleraque hoc ius  
 Rom. quam ex moribus gentium  
 recepit; eaque laciniis quibusdam  
 ut e re sua visum est pontificibus  
 vnusquisque, qui veteres Germani  
 canonico contenderit.

§. CCLV.

Eiusque directionem. **Quemadmodum** vero  
 erat iudicis arbitrio, quibus in causis  
 testes admittere vellet: ita non minus  
 saltem id ex vetustis moribus remanens  
 multis locis in causis ordinariis  
 lubitu non liceat probationem, sed  
 ctanda prius sit iudicis interloquutio, et  
 vires rei iudicatae nacta, tum demum

re incipiat terminus probatorius. Quod de-  
 nuo non præcipit ius Romanum, sed ius ca-  
 nonicum, c. 9. X. de probat. quod rerum veteres  
 Germanorum mores adoptauit. Immo 9) non  
 difficile probatu est, Germanos, etiam non  
 dum admissio in fora iure canonico, hunc in-  
 terloquendi morem sancte obseruasse. \*)

\*) Probari id iuculenter potest ex auctore des RICH-  
 STEIGES über das Land-recht Cap. XVI. vbi actor  
 testibus probaturus, iudicem interrogat: *Hier be-  
 richter, ich bidde eines ordets. Alse ick bewyssen  
 mach met hülpenden tügen, wedder ick den darme  
 met gütige ichts neger tho behaldene sy, wenn das  
 yenne my af tho winnende sy?* Addit auctor: *So  
 vintme, de klegter sy des met tüge neger tho behal-  
 denide, wenns des yenne alltne vor tho behaldene  
 sy.* En primam interloquutionem, qua deserni-  
 tur, actorem ad probationem esse admittendum.  
 Quaerit porro actor: *Wo de klegter dat behalden  
 schole?* et addit actor: *Da vintme: sulff dritte.*  
 En alteram interloquutionem, qua actori iniun-  
 gitur, vt duobus productis testibus, probet. Tum  
 tertia sequitur quaestio: *wann he synen tüch brin-  
 gen schole? so vintme: ouer ses wecken.* En ter-  
 tiam interloquutionem de termino probatorio, seu  
 die, qua testes producendi sint. Ita nunquam  
 probationem suscipiebant litigantes, nisi prius de-  
 creuisset iudex, quis probare debeat, quot testes  
 producendi, et quando producendi sint? eamque  
 consuetudinem seruabant etiam, antequam ius ca-  
 nonicum in fora Germanica penetrauerat.

### §. CCLVI.

Deinde et in TESTIVM productione quae-  
 dam veteris consuetudinis vestigia notamus,  
 veluti, 10) quod testes sponte se offerentes in  
 causis maxime civilibus pro suspectis habentur:

Circa  
 produ-  
 ctionem  
 testium.

tur: HAHN. ad WESENB. *paratib. Lib. XXII. tit. V. n. II.* 11) quod non admittuntur eorum epistolae vel scripta testimonia, sed abscisse coguntur coram dicere testimonium: 12) quod non audiuntur praesentibus vel producentibus vel aduersariis, sed a iudice, his absentibus, examinantur, quamuis 13) productus, quem vocant, et merito audire debeat iurantem et eius interrogatoria omnino admittenda sint, modo non sint inepta, obscura, captiosa, ad causam minus pertinentia. BRVN-  
NEM. *process. ciu. Cap. XX. n. LVI.* Denique 14) et id ex moribus Germanicis est, quod testes prius iurare coguntur, si secundum articulos a producente exhibitos examinantur: saepe vero 15) ubi prius summarie, ut loqui solent, deposuerint, ea, quae dixerunt, sibi praelecta, et de nouo adseuerata, postea iureiurando firmare coguntur, immo 16) in supremo imperii dictionario haud raro testes, absoluto demum examine, iureiurando obstringuntur. GAIL. *Obs. Lib. I. Cap. CI. n. IX.* \*)

\*) Omnia haec esse ex iure Germanico, facile probatur. Conclusionem enim 10. iam veteribus notam fuisse, patet ex §. CXCII. et sequ: conclusionis 11. fundamentum in iure Germ: itidem reperies supra §. CXCVI. conclusionum 12. 13. 14. 15. §. GXCVII. At ius Romanum testes sese offerentes non reuicit, quamuis id vulgo probent ex *l. 25. ff. de procurat.* quum tamen ille locus de procuratore, qui inuito operam suam ingerit, agat, non de teste, inter quos haut leuis differentia est. Deinde absentium quoque testium tabulas admisisse Romanos, innumeris veterum et maxime QVINCTILIANI testimonis constat. Sed nos iam

vnum



vnam addidimus locum. ASCONII PAEDIANI *argenti*  
*prima est, in C. Verrem, ubi refert, Ciceroem,*  
*quum inquisitionis tempus in Siciliam postulasset*  
*dies CX. cum filio patris sui, Tullio, totam pro-*  
*vinciam COLLIGENDIS LITTERIS in Verrem, et ill-*  
*umiciandis testimoniis, peragrasset diebus quinquagin-*  
*ta. Et quid, quaeso, clarius est verbis Hadriani*  
*Imp. in l. 3. §. 4. ff. de testib. Alia est auctoritas*  
*praesentium testium, alia testimoniorum, quae RE-*  
*CITARI solent. Vbi, quantum plus fidei habent-*  
*dum putet praesentibus, quam qui missis tabulis,*  
*vel epistolis perhibeant testimonium, tamen tabu-*  
*las et epistolas non reijcit. Porro testes apud Roma-*  
*nos non remotis partibus, sed illis praesentibus, et*  
*interrogantibus, auditos esse, adeo certum est, ut*  
*veteres in eo summam accusatoris et patroni lau-*  
*dem positam esse censerent, si acuti essent in in-*  
*terrogandis testibus. CICERO pro Flacco Cap. X.*  
*Vbi est igitur illa laus oratoris, quae vel in accusa-*  
*toe ante, vel in patrono, spectari solebat? BENE-*  
*TESTEM INTERROGAVIT: callide accessit: reprobavit:*  
*quo voluit adduxit: conuicit, et elinguem red-*  
*didit. Addatur locus eiusdem CIC. pro Fonteio*  
*Cap. VI. et ex ipso iure nostro. l. 19. C. de test. ubi*  
*iudex testium testimonia, alterutra parte PRAE-*  
*SENTIBUS, quos eos introducit, capere iubetur: nec*  
*non l. 28. C. de fide instr. ubi depositiones sub VTRI-*  
*VSQUE PARTIS PRAESENTIA factae, dicuntur. Idem*  
*patet ex Nouella XC. cap. IX. quamvis et illa et*  
*l. 14. C. de test. male intellectis valgo contrarium*  
*probare velint, quos iam redarguit GUNDELING. in*  
*Gundlingian. Part. IX. p. 373 sequ. Denique apud*  
*Romanos testes non postea demum, quam depo-*  
*fuerint, sed priusquam perhiberent testimonium,*  
*iureiurando constrictos esse, patet ex l. 9. C. de*  
*test. ut adeo, quae in §. diximus, omnia ex iure*  
*Germanico esse videantur.*

## §. CCLVII

Nec minus ad iuris veteris Germanici reli- Circa  
 quias instr.

menta  
rum pu-  
blica.

quias circa INSTRUMENTA dicitur, ut quae  
publicis, et auctoritate iudicis confectae  
se creditur, adeo, 18) ut in iudiciis  
dem eorum requirere soleant. et in Saxonia  
et 19) in Saxonia quidem ad iudicia  
produci debent, at iis fides iuramentis  
rogari non possit. *LYDOVICI ibid. Cap. III. §. XII.* itemque 20) quod  
producto ad fidem instrumenti pariter  
rando infringendam, actori in iudicio  
paratione litterarum eius *ibid. §. XIII.*  
strare, vel 21) instrumentum per  
fcere: \*) *IDEM Cap. XVII. §. II.* *ibid. §. III.*  
uis 22) in processu, quem exferunt  
cant, neutri remedio locum esse  
teat, quod exceptiones alioquin  
eo exsulent. *IDEM ibid. Cap. III. §. III.*

\*) Equidem et ius Romanum utrumque remedium commendare, nouimus: sed in iudicio  
per testes praesidium reperire videtur. *Novella LXXIII. Cap. I.* comparatur litterarum  
*terarum 189. Cap. VII.* Enimvero in iudicio Romano prius remedium non adhibetur, nisi si  
testes adfuerint, qui instrumentum confectum, et descriptum  
scribi viderint: contra in Germania, et in aliis locis de similitudine litterarum et chartarum  
qui instrumentum confecisse dicuntur, et de credulitate sua iurantes, audiuntur. *ad prax. Cap. XIX. §. X.* *LYDOVICI ibid. Cap. XVII.* Denique quum maiores nostrae auctoritatem  
nem per testes, et litterarum comparationem in vñ habuerunt, antequam ius  
vlla apud se esset auctoritas: (§. CCV. CCVI. CCVII. CCVIII. CCXI.) quis dubitauerit, quae  
Germani utramque illud remedium magis ex suo patrio retinuerint, quam ex Romano dentur  
optarint? §. CCLVIII

## §. CCLVIII.

Sed et id ex moribus patriis reliquum esse Tum videtur, 23) quod et priuatis instrumentis in Germania passim subscribunt testes, et quidem 24) ab utroque contrahente rogati, atque hinc frequentes sunt formulae: *Hiebey vnd hiariher sind gewesen als hiebey erbethene zeugen, von seiten Titii etc. als weinkauffs-zeugen sind hiebey gewesen etc.* cuius rei exemplum iam supra adduximus. (Lib. I. §. CXCIII.) Itemque 25) quod Germani tantum auctoritatis tribuerunt instrumentis *guarentigati*, vt ex *EXSEQVITVE*, ceu vocant, agi patiantur, id est, 26) vt reo statim iniungatur agnitio instrumenti, eaque facta, 27) non nisi exceptiones in continenti liquidae, quales in Saxonia sunt, quae alio instrumento liquido probantur, extra Saxoniam, quae et iureiurando delato possunt ad liquidum perducì, admittantur, 28) reliquae altioris indaginis ad reuentionem remittantur. LVDOV. *Introd. ad process. Cap. III.*

## §. CCLIX.

Plura, eaque expressissima, veterum Germaniae morum vestigia supersunt in delatione ac praestatione iurisiurandi: veluti 29) quod nec illud admittitur, nisi illam delationem ratam habuerit iudex, et super eo interloquutus sit: quamuis id et IVSTINIANVS exigit *l. 12. §. 1. C. de reb. cred.* item 30) quod non vbique in Germania libera est iurisiurandi delatio vel relatio, sed 31) ex quibusdam statutis is de-

Circa delationem iurisiurandi.

mum

mum iusiurandum recte defert, qui iam aliquid probavit, immo et 32) in re dubia, in iudicis arbitrio est, vtram partem ad iusiurandum admittere malit. Pertinet huc locus notatu dignissimus REFORM. FRANCOF. Part. I. tit. XXXIX. §. VIII. *So aber jeder theil seines fürbringens ansehnliche vnd starcke anzeigungen für sich, dieselbe aber doch nicht völlig bewiesen hätten, also es beyderseits alles auf vermuthungen stünde, so soll, nach fleißiger erwegung der sachen vnd personen gelegenheit, dem kläger, oder aber dem beklagten, welcher theil die stärkste vermuthung vor sich, vnd der sache am besten wissenschaft hat, bey welchem auch sich der warheit mehr zu ersehen, welches alles zu erkenntniß vnd ermäßigung der schöpfen stehen soll; obbemeltes iuramentum suppletorium oder aber decisorium, aufferlegen. Et §. XIII. Doch da der kläger gar nichts bewiesen, noch auch einige ansehnliche oder starcke vermuthung vor sich hätte, so ist der beklagte nicht schuldig, desselben ihm zugeschobenen eyd anzunehmen, oder auch dem kläger zu referiren, vnd hinwieder heim zu schieben, sondern mag dem nechsten bitten, sich von fürbrachter klage zu erledigen. Quae omnia iuri Romano plane aduerfari, Germanico vero vel maxime consentanea esse, nemo non videt.*

## §. CCLX.

Eiusque  
solemnitatem.

Nec minus, quod ad formam iurisiurandi attinet, in plerisque Germani antiquum obtinent. Nam 33) et hodie viri erectis tribus

bus prioribus manus dextrae digitis, 34) feminae et clerici, iisdem sinistro pectori impositis, iurant, perinde ac si isti altari, vel capsae reliquiarum: illae euangelii libro, ex collo pendenti; hi euangelio, in pectoris scrinio altaeque menti reposito, eos imponere gestirent. GVNDL. in *Gundlingian. Part. IV. p. 324.* Quin 35) multo magis veteres iurandi ritus adumbrant hodierni, quos in patria mea in praestando iureiurando purgatorio obseruari uidi, \*) nec non 36) iusiurandum feminarum, in dicasterio Rotwilensi receptum, per formulam, *mit hand vnd mund, mit kopff vnd brust*, ORD. ROTWIL. *Part. II. tit. X.* WEHNER. *obseru. pract. voce mund vnd hand* STRYCK. *de iure sens. dissert. VII. Cap. I. n. XLII.* quippe quam iam supra inter veteres iurandi ritus deprehendimus. (§. CCXXVII.)

\*) Memini enim me puerum interesse actui sollemni, quum adulterii suspectus iureiurando sese purgaret. Vidi tunc non sine horrore quodam, fenestras omnes velis obumbratas, mensaeque, ad quam iudex et ministri ecclesiae sedebant, imposita biblia, et caput osseum, sceletro detractum, simulacrum Christi cruci adfixi, et, nisi fallor, gladium et chirothecas ferreas, collucentibus hinc inde cereis, reum vero in genua prouolutum et digitos erigentem, apertis ianuis, admissisque promiscue omnibus, iurantem. Similis ritus describuntur in VOLKMANNO *emendato Part. I. Cap. LXXIX.* vbi variae eorum causae mysticae recensentur. Sed vnusquisque animaduertit, reliquias has esse rituum veterum, quum per arma, per crucem, in sacrosanctis euangeliiis, nec non in reliquiis Sanctorum iurandum esset, de quibus supra (§. CCXX. *sequ.*) plura diximus.

(*El. I. G. Tom. II.*)

Q 9

§. CCLXI.

## §. CCLXI.

Forma  
iuris iu-  
randi a  
Iudaeis  
prae-  
standi.

Praeterea 37) iusiurandum, quod Iudaeis hodie praestandum est, cuiusque formula exstat in ORD. CAM. *Part. Itit. LXXXVI.* veteri illi, quod in legibus Germanicis deprehendimus, simillimum est, et meras fere comprehendit execrationes, quum tamen iam ab aliis demonstratum sit, sanctissimum hoc esse Iudaei iusiurandum, si adiuranti iudici: *Adiuro te, Iudaeae, per Deum viuentem, ut mihi dicas,* etc. Iudaeus respondeat: *Amen. Matth. XXVI, 63. 64.* Immo 38) nec consacramentalium vsum plane exoleuisse, saltim in probandis maiorum imaginibus, ipsa docet experientia,\*) idque nos iam supra exemplo non inelegante illustrauimus. (Lib. I. §. CCXXVI.)

\*) *Exempla passim exstant. Nos hic vnicum adferemus ex litteris Archiepiscopi Moguntini anno MDCXCIX. ad Pontificem maximum scriptis, quum hic hominem extraneum Iacobum de Bouille ecclesiae Wormatiensi obrudere conaretur, editis ab ANT. FABRO in der Stats-Cantzley Part. V. p. 125. vbi Archiepiscopus: Agnoscunt, inquit, canonici singuli, se ad iuratum sanctitati vestrae obedientiam obligari non minus, sicut iurasse se obseruantiam statutorum ecclesiae suae, vi quorum admittere non possunt ad possessionem canonicatum et praebendarum, nisi eos, qui se vere esse nobiles Germanos, MEDIANTE IURAMENTO QUATUOR VIRO- RUM itidem nobilium Germanorum coram capitulo probauerint.*

## §. CCLXII.

Vestigia  
vete-  
rum

Quis crederet, PURGATIONVM illarum veterum et vulgarium vestigium vllum superesse potuisse in Germania, maxime in tanta veritatis

et litterarum luce, et illis tot grauiffi-  
 sanctionibus in exilium actarum? Et ta-  
 39) diutiffime manfit examen AQVAE  
 FRODAE, maxime in explorandis sagis,\*) eius-  
 rei non modo 40) plurima exempla vi-  
 Westphalia, de quibus WALBVRGER *de la-*  
*p. 100. fequ.* GODELMANN. *de mag. Lib. III.*  
*VI. n. XXXV.* SCHROETER, *de lam. Cap.*  
*II. §. VIII. p. 102.* verum etiam 41) defen-  
 inter quos nomen fuum non obscure  
 titetur CHRISTOPH. CRVS. *de indic. delict.*  
*II. Cap. XXXII. n. LXXVIII. fequ.*

purga-  
 tionum  
 vulgari-  
 um, ve-  
 luti per  
 aquam  
 frigidam

Modum ita describit SCHROETER. *de lamis ibid. p.*  
*100. Modus imponendi obferuatur talis: Quando*  
*feminae, fama vel aliorum deponitione fufpectae*  
*habitaee, extra urbem deducebantur, et in aquam*  
*frigidam tranferfe leniter per carnifices imponen-*  
*bantur, ita, vt dextrae manus pollex finiftri pedis*  
*magno digito, finiftrae vero manus pollex dextrae*  
*pedis magno digito effet funiculo adligatus. Atque*  
*fi hoc constrictae modo non submergebantur, fed an-*  
*feris aut anatis more fupernatabant, pro fagis ha-*  
*bebantur, et ex hoc indicio tormentis de fuo male-*  
*ficio interrogabantur. Si vero fub aquam inferan-*  
*tur fagae: infoncae iudicari et dimitti folebant.*

### §. CCLXIII.

Et quis ignorat 42) IVS PERETRI feli CRV-  
 ENTATIONIS, Germanis *das baar-recht*, de quo  
 praeter SCHOTTEL *de iur. Germ. antiqu. Cap.*  
*III.* fingulares exiftant BECMANNI, KIRCHMAYE-  
 RI, KNITTELI, SIM. FRID. FRENZELII, HVNDSHA-  
 GENII ET PETRI MVLLERI differtationes, qui 43)  
 et varia, eaque recentiffima eius moris exem-  
 pla adferunt. Sed et 44) ipfum morem hoc

Per tra-  
 entatio-  
 nem,  
 quam  
 vocant  
 itis fe-  
 retri.

instituenti examen ita describit *KEYSER in der anweisung zum inquisit. vnd achts-process. p. 146. sequ.* Welche gerichte aber dieses baarrecht exerciren wollen, dieselben haben sich in acht zu nehmen, vnd dabey behutsam zu verfahren, damit der todte coerper zur selben zeit nicht gerühret, gewendet, oder auff andere masse mouiret werde, sondern wann der todte coerper eine gute zeit stille gelegen, erkaltet, vnd also nicht zu vermuthen, daß er natürllicher weisse mehr bluthen könne: alsdann kan die verdächtige person vorgestellet, vnd zum anrühren angehalten werden. Was sich auch hierbey vor umstände ereignen, muß mit fleis registriret, der verdächtig befundene sodann zur hafft gebracht, umständlich examiniret, fernere erkundigung eingezogen, vnd die acta hernach zum verspruch rechtens verschicket werden.

## §. CCLXIV.

Ritus  
plures  
hodie  
norum  
certami-  
num sin-  
gulari-  
um ex  
veteri-  
bus cer-  
tamini-  
bus fo-  
rentibus  
super-  
stites.

Denique in ipsis SINGVLARIBVS CERTAMINIBVS, quibus adhuc siue clam, siue palam, res dubias decidere solent legum contemptores, multa et hodie obseruamus, quae in uentis, certaminibus, iudicum auctoritate institutis, olim obseruabantur, veluti 45) quod sibi inuicem offerunt pignus, et 46) in primis chirothecam, ne dubitet alter, quin alter stato die sit adfuturus: 47) quod vnusquisque solet adducere amicum vel arbitrum; *emen secundanten*, qui et caueat, ne alter ali-



aliquid contra leges gladiatorias agat, armis illicitis vtatur, infidiusue potius, quam vi apertis, vtatur: 48) Quod alteruter praesens, si aduersarium frustra aliquamdiu expectauerit, ab homine testimonium sibi perhiberi petit, et tunc pro victore habetur: et quae sunt huius generis alia. Sed quum haec ad prauos potius ciuium nostrorum mores, quam ad iurisprudentiam Germanicam, pertineant: non est, quod iam iis diutius immoremur.



## TIT. VII.

DE

SENTENTIIS, ET RE  
IVDICATA.

## §. CCLXV.

Senten-  
tiae in-  
neniri  
diceban-  
tur, siue  
inter  
loquu-  
toriae,  
siue de-  
finitivae

**A**uditis probationibus, non aliae erant iudicum partes, quam ut ferrent SENTENTIAM, reumque vel absoluerent, vel condemnarent. Qua de re iam hoc titulo quaedam ex antiquis ac mediæ aevi legibus differere iuuabit. Et quidem, quum SENTENTIAE IN INTERLOQUVTORIAS ET DEFINITIVAS dispesci soleant: vix fuit vlla gens, apud quam plures auditae fuerint sententiae interloquutoriae, quam apud Germanos. Nihil enim peragebatur in iudicio, vbi non prius et actor et reus vel veniam rogaret, vel, quid sibi iuris competat, interrogaret. Ad has interrogationes iudex non suo arbitrio, sed de consilii sententia respondebat, vel *interloquebatur*. Vnde frequentissima in iure Germanico loquutio: *inuenire sententiam*\*)

\*) IVS SAXONICVM vix aliter loquitur. Vid. IVS PROV. SAX. Lib. III. art. XXX. LXIX. et LXX. IVS FEVD. SAX. Cap. VI. §. II. Cap. XI. §. I. Cap. XXXII. §. XII. Cap. XXXIII. §. XI. Cap. XXXIV. §. XII. XIV. Cap. XXXVIII. §. VI. VII. WEICHB. art. X. §. III. art. XII. art. XVI. §. I. et II. art. XLVIII. §. I. art. LXXIV. Et in AVCTORE *des richtsteigs* vtramque paginam facit formula: *so vintme*: id est, tunc inuenitur. Nihil enim ex suo ingenio de-

decernebant iudices: sed de consilii vel scabinorum sententia. De his vero dicebatur, *daß sie urtheile seboepffen, oder finden*. Ex hinc etiam hodie Hamburgi sententia, in inferiore iudicio concepta, vocatur *vint findung*. Nec alia est vocabuli Belgici *vondnisse*, vel *vonnisse* notio. CORN. KILIANVS in dictionar. Belg: *vondnisse* = *vinden* vel *vinnen*, id est, ab inueniendo, dici videtur. *Hec vonnisse vindex antiquissima est phrasis, tam apud nos, quam apud veteres Sicambros et Saxones. Audita utraque parte, et causa ex adlegationibus et probationibus penitus cognita, sententiam eruere et investigando, inuenire, atque inde pronunciare.*

## §. CCLXVI.

Non suo vniquam arbitrio, sed de consilio sententia pronuntiabat iudex, siue *interlocutoriam*, siue *definitiuam* ferret sententiam. Atque hinc recte obseruat FRIDR. BRVMMERVS in *scabin. Cap. VIII. §. II.* totum iudicii ordinem apud veteres Germanos in INQUIRENDO, INTERROGANDO ET RESPONDENDO, (addo in POSTULANDO,) constituisse. *Postulabat* alteruter litigantium, eiusue aduocatus, dum ex iudice, impetrata venia, quaerebat, quid iustum, quidue sibi faciendum esset? eoque pertinet formula, quae toties in auctore *des richt-Steiges* occurrit: *Here her richter, ick bidde eint ordels*. *Inquirebat* iudex in rei veritatem, auditis testibus, excussis instrumentis, aliisque probationibus et argumentis cum cura expensis. Idem porro *interrogabat* scabinos, de ea re quid censeant? Hi denique *respondabant*, et de eorum consilio ferebatur sententia. \*)

\*) Eleganter hoc ipse BRVMMERVS *ibid.* tribus probavit testimoniis, ex quibus vel maxime ad rem pertinet primum, quod defumfit ex *charta Alamanica XCIX.* apud GOLDAST. *script. rer. Alam. Tom. II. p. 60.* vbi primum Hrothelmus quidam dicitur PROCLAMASSE, eo, quod in *contraditum suum mansum ei tollutum fuisset: quod ei aduenerit a parte uxoris suae simul et Flauino: deinde comes, auditis testibus, et rem praesentem contemplatus, INTERROGAVIT ipse scabinos, quid illi de hac causa iudicare voluissent? At illi DIXERVNT: secundum istorum hominum testimonium, et secundum vestram inquisitionem, IVDICAMVS, vt sicut diuisum et finitum est, ita in proprium babeant absque contradictione in perpetuum.* Addimus alterum ex HINCMI. *Epist. IV. Cap. XIV.* *Contra capitulum domini Imp. Caroli nemo ad placitum cogatur venire, nisi scabini, et qui causam suam QVAERIT, et cui QVAERITVR.*

### §. CCLXVII.

Et quidem non nisi de scabinorum sententia.

Idem et post Francorum tempora obseruatum esse e pluribus veterum testimoniis compertum habeo. Ita enim AVCTOR *vitae Caroli, Comitum Flandr. Cap. V.* hunc comitem et eo nomine collaudat, quod laesus a quibusdam, *id vlcisci noluerit, nisi praemissa et COGNITA SENTENTIA SCABINORVM. sine quorum iudicio nil detur posse vel velle comitem.* Et ex IVRE SAX. *Lib. II. art. XII.* nec non SVEV. *Cap. LXXX.* patet, nihil hic suo arbitrio fecisse iudicem, sed scabinorum fuisse, interrogante iudice, sententiam ferre. Vnde SPECVLATOR SVEVVS: *Wo schoepffen sind, die sollen vrtheil sprechen über jeglich ding, vnd niemand anders.* Et *Cap. LXXIII. §. IV. Vorwel-*

welchen (in Bergeriana p. 127. vor weltlichen) nicht sprechen die Richter nicht urtheil. Das durchum gesetzt, daß sie nicht alle weiße leuth sind und daß viel gewöhnlicher ist, daß unter den Leuten alle, die vor ihm sind, viel weißer sind, dann er ist. Add. GLOSS. ad IVS PROV. SAX Lib. III. art. LXXVIII. vbi quinque momentis probat, non eum, qui sententiam pronuntiat, sed qui eandem quaerat, iudicem esse.

### §. CCLXVIII.

Ceterum scabini sententiam ferebant sedentes, (ac prout sua habebant subsellia) PROV. SAX. Lib. II. art. XII. SPEC. SVEV. Cap. LXXIX. §. IV. Cap. LXXX. §. IV. palati, inermes, sine pileo et chirothecis, IVS PROV. SAX. Lib. III. art. LXIX. SVEV. Cap. LXXX. §. II. denique ieiunii, CAPITVLAR. de consuetudinon. §. XV. LEX LANGOB. Lib. II. tit. III. §. IV. et XI. IVS PROV. SAX. Lib. III. art. LXIX. et SVEV. Cap. LXXX. Aliquando et alii, qui non erant scabini, rogabantur sententiam, si scabinus rem acu non tetigisset, iisque tunc licebat, eam dicere, si prius veniam subsellium occupandi a iudice impetrassent. IVS PROV. SAX. Lib. II. art. XII. Der ober zuden bäncken nicht geböhren ist, der soll das stuhl sitzen mit urtheil, ein ander urtheil zu finden, er soll ihm jener den stuhl räumen, der das erste urtheil sand.

Quomodo hi tulerint sententiam?

## §. CCLXIX.

Quid si  
paria es-  
sent suf-  
fragia?

Si quando in diuersa ibant scabini: plu-  
rium sententiis pauciorum suffragia merito  
cedebant. IVS PROV. SVEV. *Cap. CVIII. §. IV.*

*Fraget ein richter vrtheil einen mann, nun so  
vrtheilet der mann, was er kan: ihm folgen  
vielleicht drey man oder mehr, vnd ein ander  
mann dabey findet ein ander vrtheil, dem fol-  
gen auch drey oder mehr, vnd welcher die meh-  
rere folg hat, der hat sein vrtheil behebet. \*)*

Contra nulla erat sententia, ab vno scabino,  
inconsultis reliquis, lata. Potius is, qui ausus  
erat collegis ius suffragii adimere, venerabi-  
li illo scabinorum senatu mouebatur, WEICHB.  
*art. C.* immo nulla etiam erat sententia iudi-  
cis metu prolata, CAPIT. *Lib. V. §. CCLI.* vel  
iussu aut metu principis confecta. LEG. WISIG.  
*Lib. II. tit. I. §. XXVIII.*

\*) Quid vero si par esset suffragiorum numerus?  
Omittunt hunc casum leges recentiores. At in  
CAPITVL. *Lib. V. §. CLX.* regula traditur: *Placuit,  
vt inter pares sententias clementior semper seueriori  
praeferatur.* Quod quin et insequentibus tem-  
poribus obseruatum sit, nulli dubitamus.

## §. CCLXX.

Obser-  
uationes  
aliae de  
iure et  
ritu fe-  
rendi  
senten-  
tiam.

Erant et aliae quaedam, a scabinis, senten-  
tiam dicturis, obseruanda: veluti quod tres  
sententias ferie non interrupta ferre nemo  
posset. WEICHB. MAGD. *Art. XXVII.* *Es soll  
kein schoepff dreymal nach einander vrtheil  
sprechen, binnen gehegten ding.* Quod sen-  
tentiam rogatus aut ferre eam teneretur, aut  
iurare

iurare, sibi non liquere. IVS PROV. SAX. *Lib. II. art. XII.* Wer urtheils gefraget wird, vnd das nicht finden kan, darff er sein recht bierzuhun, daß ers nicht finden können, \*) so mag man wol einen andern darumb fragen, darnach den dritten, vnd dann den vierden. Conf. IVS PROV. SVEV. *Cap. CVIII.* Denique quod impune ferret, qui sententiam etiam minus aequam tulisset, modo id non dolo malo, sciens et volens, sed ex errore vel ignorantia, fecisset. IVS PROV. SAX. *Lib. II. art. XII.* Fraget man einen mann umb ein urtheil, vnd findet er es nach seinem sinne am rechtesten, als er weiß, vnd wäre es wol vnrecht, er leidet doch dakeine noth umb. Quamuis tunc scabinus iurare teneretur ex praescripto IVRIS SVEV. *Cap. CVIII. §. III.* daß er nichts bessers wisse: sin iurare nöllet, manus amputatione puniretur.

\*) Idem erat mos Romanorum, apud quos iudices, tamen si semel dati et accepti obstricti essent ad ferendam sententiam, tamen iudicandi necessitate se exsoluere poterant, si iuraret, SIBI NON LIQVERE. Exemplum insigne est apud GELL. *Noct. Attic. Lib. XIV. Cap. II.* quod pluribus interpretati sumus in *dissert. de lubricit. iurisiur. supplet. §. XVIII.*

### §. CCLXXI.

Quum vero scabinorum non omnium ea iudices iuris pericia fuisse videatur, ut sententiam, iuri et facto consentaneam ferre, vel, uti ipsi loquebantur, inuenire possent: integrum illis fuisse videtur, alios adhibere in consilium. Apud Wisigothos sane iudici licebat, ex auditorio

et alios adhibebant in consilium apud Wisigothos et Francos.

torio aliquos in consilium adhibere. LEG. WIS. *Lib. II. tit. II. §. II.* Apud Francos non modo sacerdotes erant in consilio: CAPITVL. *Lib. VI. §. CXXI.* verum etiam SACHIBARONES, quorum, tamquam iuris peritorum, consilio scabinos vfos esse, iam supra vidimus. (§. XIX.) Vid. LEG. SALIC. *tit. LVII. §. ult.* Eiusdem porro generis erant BONI HOMINES, qui saepe comitibus et scabinis iunguntur in vetustis monumentis, veluti in MARCVLFI *adpend. Cap. LI.* in charta apud CAR. DV FRESNE *glossar. Lat. Tom. I. p. 583.* nec non apud BALVZ. *Capitular. Tom. II. n. XVI. p. 1394. n. XCVIII. p. 1490. n. CIV. p. 1497. n. CXVIII. p. 1512. n. CXLII. p. 1549.* Nam et hos comitibus cum scabinis in consilio fuisse, patet ex formula pronunciandi apud CAR. DV FRESNE *ibid.*

Imitati hic Franci videntur Romanos, apud quos iudices et arbitri *κατ' ἐξοχήν* bonorum virorum nomine veniebant. HORAT. *Lib. I. Epist. XVI. v. 40.*

*Vir bonus est quis?*

*Qui consulta patrum, qui leges iuraque servat:  
Quo multae magnaeque secantur iudice caussae.*  
Vnde ad virum bonum ire, idem est, ac ire ad iudicem. *l. 137. §. 2. ff. de verb. obl.* et boni viri arbitratus saepissime pro iudicis arbitrio ponitur. *l. 17. l. 12. ff. iudic. solu. l. 51. ff. sol. matr. l. 4. C. de rest. mil.*

### §. CCLXXII.

Idem et medio aeuo fieri solebat.

Idem et medio aeuo obtinuisse, animaduertimus. Quum enim saepe non ea esset virorum prudentum et iurisperitorum copia, vt scabini quid iustum atque aequum sit, suo-  
pte



pte iudicio peruiderent : non raro vel aliorum utebantur consilio, vel sententias aliunde arcesiebant. Exemplum e saeculo XIII. quod huic pertinet, \*) habes apud illustr. academiæ nostrae cancellarium, IO. PETR. A LVDEWIG *von verbesserung des teutschen Lebenrechts p. 15.* ex quo patet, iam illo tempore, orta de limitibus territoriorum inter Electorem Brandenburgicum et Archiepiscopum Magdeb. controuersia, electum arbitrum, comitem Schwarzburgicum, sententiam tulisse de iuris- peritorum, quos adhibuerit, sententia.

\*) Nec opis est pluribus, quum iam supra (§. LIV.) aliquot exemplis ac testimoniis demonstratum sit, vrbes plerasque, si qua sententia, a scabinis suis lata, ab alterutra parte impugnaretur, sententias alias ab ea vrbe petiisse, cuius leges et statuta adoptarant, quamque tamquam metropolin commiter venerabantur. Itaque saltim in secundâ, quam vocant, instantia sententiae ab aliis iuris- peritis concipiebantur. Denique rem extra omnem dubitationis aleam ponunt tot sententiae veteres, a scabinis Magdeburgicis conceptae, et SPECULO SAXONICO adpendicis loco subiunctae. Immo ipse collectionem huiusmodi sententiarum multo antiquiorem vidi in codice quodam MSC. membranaceo, in quo et ius vetus Lubecense erat, ipseque deprehendi, eas sententias aliunde petiisse senatum Stetinensem.

### §. CCLXXXIII.

Sententia porro non contra omnes promiscue ferri poterat. In primis vero non  
 contra absentes, CAPITVLAR. *Lib. VII. §. CCLXXI. et CXLV.* furiosos, et mente ca-  
 ptos, potuerit  
 Contra quos sententia ferri poterit?

ptos, IVR. PROV. SAX. *Lib. III. art. III. SVEV, Cap. CXLV. minores, CAPITVLAR. Lib. VII. §. CCLXV. immo nec contra eos, qui ingenuorum erant natalium, nisi, et ipsi scabini essent ingenui: id enim sibi volunt verba IVR. PROV. SAX. Lib. II. art. XII. Schoeppenbarfsreye leute mögen wol vrtheil finden über einen ieglichen mann: es mag aber über sie niemand vrtheil finden, daß an ihren leib, oder an ihre ehre, oder an ihr erbe gehet, noch ihr vrtheil schelten, er sey ihnen dann ebenbürtig.* Denique nec sententia a quoquam ferri poterat contra dominum, vasallum et cognatum, si vel vita, vel corpus, vel existimatio et fama hominis periclitaretur. *IBID.*

### §. CCLXXIV.

Rei iudicatae effectus apud veteres.

Sententia lata poterat impugnari. Quod quomodo factum sit, insequente capite ostendemus pluribus. Si non esset impugnata: vires rei iudicatae acquirebat, et ab villo retractari, nouate actione inuerti non poterat: quamuis certum terminum, quem fatalem hodie vocamus, ego quidem nusquam expressum videam. *CAPITVL. Lib. VII. §. CCCLI. Plagitari iudicium non debet de causa, quae definita vel iudicata est.* Apud Alamannos, qui causam semel decisam iterum in ius deducere vellet, auditis testibus, qui rem iudicatam adfirmarent, eorum testimonium vel aliis testibus, vel certamine singulari elidere vel XL. sol. pendere cogebatur. *LEG. ALAM. tit. XCIV.* Denique apud Langobardos idem, testibus

testibus conuictus, aut XV. sol. mulctae nomi-  
ne soluere, aut a scabinis, qui sententiam tu-  
lerant, totidem ictus corpore excipere teneba-  
tur. LEG. LANGOB. *Lib. II. tit. LX.*

Ex quo loco simul patet, non modo adparitorem,  
qui vocabatur *der frohbette*, sed et scabinos sup-  
plicia a reis sumere non dubitasse, quod et alio  
testimonio probare licet ex MARQV. FREHERI *notis*  
*ad libr. de occult. Westph. iud. p. 48.* ad quem lo-  
cum FRIDR. BRVMMER. *de scabin. Cap. VIII. §.*  
*XVIII. p. 362:* *Notabile est, quod ipsi scabini,*  
*salua tamen dignitate sua, condemnato alteri sca-*  
*binorum (immo et aliis, ceu ex lege Langobardi-*  
*ca discimus,) carnisces manus inferre iubeantur,*  
*more ab Hebraeorum republica petito, ubi nobilis-*  
*simi quique ex principes, si testes capitalium scelerum*  
*fuisent, in lapidatione, notissimo eorum supplicio,*  
*primum lapidem in fontem immittebant, demon-*  
*strante hoc ex Deut. XVII. v. 7. pluribusque alia-*  
*rum gentium exemplis, BODINO Lib. III. de republ.*  
*p. 367. et PICCARTO comes, ad VI. Polit. Arist.*  
*Cap. VIII.*

### §. CCLXXV.

Sed et iure Saxonico retractari non po-  
tuisse videtur sententia, quae non in conti-  
nenti esset impugnata. IVS PROV. SAX. *Lib. II. Saxoni-*  
*art. VI. Welche gabe der man siehet verge-*  
*ben wieder sich, oder welche urtheil er finden*  
*höret wieder recht: wiederredet er das zu band*  
*nicht: darnach so mag ers nicht wiederreden,*  
Vbi MELCH. KLING. in editione sua *fol. LIV. b. ver-*  
*ba zur hand ita καγαφείλει: in gebührender*  
*zeit, als in zehen tagen,* quasi et apud Saxones,  
elapso demum illo decem dierum spatio, sen-  
tentia in rem iudicatam transierit: sed per-  
peram

peram. Nam *zur hand* est in continenti. Dicta enim pronunciataque sententia, statim ex praesentibus quaerebat iudex, an quis eorum impugnare vellet sententiam? Nemine volente, statim pro iudicato habebatur: idque volunt verba *glossae*: *Denn nach Sachsen-recht fraget man allezeit, ob einer ein gefunden vrtheil vollworthen wolle? \*) In welches da er also eins verwilliget, billig mag er es darnach nicht wieder schelten.*

\*) Ex quo simul patet, sententias non clam, sed palam, et praesentibus omnibus, esse publicatas. Id quod etiam diserte praecipit LEX WISIG. *Lib. VII. tit. IV. §. VII.* nec non LANGOB. *Lib. II. tit. XXI. §. XXVIII.* quae trium saltem hominum praesentiam exigit. Praecipue autem partes ipsas, earumque aduocatos, adesse debuisse, vel inde patet, quod eos interrogari oportuit, an in sententia illa adquiescerent? Quod si nec adquiescere, nec impugnare vellent sententiam: CAPITVL. *Lib. III. §. VII.* cautum fuerat, ut clamatores vel caussidici, qui nec iudicio scabinorum ADQUIESCERE, nec BLASPHEMARE volunt, in custodia recluderentur, donec vnum e duobus facerent. Quod repeti animaduertimus in LEGE LANGOB. *Lib. II. tit. LII. §. XXIII.*

### §. CCLXXVI.

Exsequutio  
sententiae ex  
iure veteri, in  
caussis  
personalibus.

Ceterum sententia, vbi in rem iudicatam transferat, exsequutioni erat mandanda. Quod quomodo factum fuerit, luculenter ostendi potest ex LEGE SALICA *tit. LIII. §. III.* Ibi sane stipulator eum, qui se quid daturum promiserat, primum domi adhibitis testibus interpellare, deinde ei per iudicem tres dilationes

tiones, quibus soluat, dari iubetur ea lege, ut debitae quantitati singulis dilationibus tres solidi adcrefant. Si ne sic quidem debitor expungeret nomen: exsequutioni erat locus, quam ita LEX describit: *Si vero nec fidem factam ad placitum legitime factum voluerit persolvere: tunc ille, cui fides facta est, ambulet ad grauionem loci illius, in cuius pago manet, accipiatque festucam, et dicat verbum: Tu Grauius, rogo te: Homo ille, qui mihi fidem fecit, quem legitime habeo admallatum secundum legem Salicam, et quod lex Salica habet, et continet, et ego super me, et super fortunam meam pono, quod securus mitto super fortunam suam manum. Et dicat, de quanta causa quantam ei fidem fecerit? Tunc Grauius roget septem rathimburgios, qui secum ambulent ad domum illius, qui fidem fecit: dicat, si praesens est: Voluntate tua solue homini isti de eo, quod ei fidem fecisti, et elige duos ex his, quos volueris, quibuscum, quod soluere debes, adpretiatio, et hoc, quod debes, secundum iustum pretium solue ac satisfac. Quod si audire noluerit praesens, aut si absens fuerit, statim rathimburgii, adpretiato pretio, et quod debito secundum iustum pretium satisfaciatur, et quantum valuerit, debitum, quod debet, hoc de fortuna sua tollat, et ipsa lege duas partes ille, cuius causa est, ad se reuocet, et tertiam partem in fredo grauius ad se recolligat, si tamen fridus vim de ipsa causa non fuit solutus. \*)*

\*) Attamen nec actor impune ferebat, qui exsequutionem sine ratione flagitauerat, nec iudex, qui plus pignori ceperat, quam debuisset. LEX RIPVAR.

tit. LI. §. I. et II. Si quis iudicem fiscalem ad res alienas iniuste tollendas, antequam ei fidem fecerit, aut ad frudem admallatum habuerit, inuitare praesumpserit, L. sol. mulctetur. Quodsi quis iudex fiscalis amplius, quam lex Ripuaria continet, tulerit, L. sol. mulctetur. At paullo post tit. LXXXIV. is, qui grafionem ad res alienas iniuste tollendas inuitauerit XLV. solidos componere, et simile restituere iubetur.

### §. CCLXXVII.

Itemque in causis realibus. Ita exsequutioni mandabatur sententia per pignoris capionem, quoties quis, conuentus actione personali, fuerat condemnatus. Vbi simul notatu dignum est, eum, qui ius dicenti non obtemperabat, sed in causa erat, vt exsequutio esset decernenda, tertiam iudicati partem, tamquam multam, iudici exsoluere debuisse: quemadmodum et iure Romano is, qui, quod extremum erat in iurisdictione, non faciebat, in multam solebat condemnari. *l. vn. ff. qui ius dic. non obtemp.* Quomodo sententia, pro eo, qui in rem egit, lata, exsequutioni mandari consueuerit, non adeo expeditum est, nisi quod victorem a iudice et scabinis in possessionem missum, victum vero insuper multatum a iudice esse, & res ipsa doceat, & facile intelligi possit ex LEG. ALAM. tit. LXXXIV.

### §. CCLXXVIII.

Quomodo ea facta iure Saxo-nico in Sed ita iure Germanico antiquo fiebat exsequutio. Qualis illa IVRE SAXONICO fuerit, fufse atque accurate describit REPKOVIVS *Lib. I. art. LXX.* Nam primo, quod ad actiones in rem

rem attinet, de iis ita scribit: *Hat ein mann verklaget auff ein gut zu dreyen dingen, man soll ihm darein weisen, vnd solles ihm geweldigen, da er sich ihm niemand außweisen, er thue es dann mit einer klage. Die einweisung mag aber der mann zu reden auff den heiligen, bey jahr-zahl, er muss aber das gut zu hand vertreten zu den nächsten dreyen dingen, ob man darauff klagte.* *fiat ergo exsecutio per immissionem et reductionem in possessionem. Enimvero quia hic exsecutio decernitur ob rei conuenienciam: quaeritur, an non hic postea rem suam recuperare possit? Idque adfirmat SRECTOR, dum iusiurandum praestet\*) suam actionem intra proximas tres dilationes proponat, easque, prout decet, probet.*

*\*) Quid vero hic est die einweisung entreden auff den heiligen? Non sane iurare, rem esse suam. Neque enim verosimile est, eum, qui semel missus fuerat, statim debuisse migrare, simulac reus, rem suam esse, iuraret. Immo huic interpretationi refragantur sequentia: *er muss aber das gut zu hand vertreten zu den nächsten dreyen dingen.* Sensus ergo est, iureiurando reum probare debere iustum impedimentum, cur ter citatus non adfuerit. Eo enim facto adhuc admittitur ad iustitiam proponendum, probandumque. Recte itaque auctor GLOSSAE ad hunc textum: *Das verwehrt nicht also, daß jener schlechts schweren müge, sondern er meinets also, daß jener vor gericht muss kommen, vnd beweisen seine ehehaffte noth, warumb er zu der antwort nicht kommen sey.**

## §. CCLXXIX.

Deinde si, finita causa personali, decernatur exsecutio: ea fiebat per pignoris captionem. *Itemque in personalibus?*

Rr 2

pionem. *Qua de re eodem loco SPECVLATOR:*  
*Klaget man aber um schuld über den, der nicht*  
*dingpflichtig ist, noch der da zu antworten*  
*nicht schuldig ist, man soll ihm gebieten von ge-*  
*richts halben, daß er bezahle über vierzehn*  
*tage, oder sich der schuld mit recht entrede.*  
*Thut er das nicht, man soll ihn dafür pfänden,*  
*und das pfand soll man zu bürgen thun drey*  
*stund, 'ye über 12 tage, ob mans zu borge begehrt.*  
*Begehrt mans aber zu borge nicht, man solls*  
*doch halten sechs wochen vnuerthan. Entredet*  
*jener die schuld darinnen nicht, darnach mag*  
*er sie nicht entreden, es benehme ihm dann*  
*echte noth, so soll man denn das pfand versetzen*  
*für die schuld, oder verkauffen, (ob mans da-*  
*für nicht versetzen mag,) was es dann giebt,*  
*das vbrige soll man ihm wieder geben. Gebricht*  
*aber ichts daran: man soll ihn wieder pfänden,*  
*also lange, bis jener sein geld habe. Itaque,*  
*condemnato eo, et non solvente intra tem-*  
*pūs constitutum, pignus capiebatur, idque*  
*per sex adseruatum hebdomadas vel pro sum-*  
*ma debita oppignorabatur, vel vendebatur*  
*optimis conditionibus, et hyperocha resti-*  
*tuebatur debitori. Si pignus non sufficeret*  
*expungendo nomini: aliud de nouo capieba-*  
*tur, donec creditori esset ex asse satisfac-*  
*ctum.*

## §. CCLXXX.

Vfus ho-  
 diernus  
 harum  
 obserua-  
 tionum

Et horum quidem iurium omnium ve-  
 stigia quaedam et hodie superesse, nemo ne-  
 gauit. Ex veteribus enim Germaniae mo-  
 ribus



ribus est 1) quod nihil ab alterutro litigante fit in foro, super quo non interloquantur iudices, e. g. super declaratione, ab alterutro facta, super reassumptione litis, production et agnitione instrumentorum, similibusq; , quamvis tota saepe sententia nihil complectatur, praeter illa notissima: *es habe dabey sein bewendend, es habe beklagter die documenta sub A.B.C. zu nothdurfft recognosciret.* etc. 2) Quod et hodie tum in iudici criminalibus, tum in civilibus quibusdam, maxime provincialibus, (*denen land-gerichten,*) iudiciorum ordo in hoc vnico consistit, quod actor vel reus postulat, e. g. *wie er vor dieses gericht vorkommen möge? ob ihm erlaubt sey, sich mit seinem fürsprecher zu unterreden?* etc. iudex interrogat scabinos, quid de ea re sentiant? v. c. *Herr schoepffe, ich frage euch, wie kläger vor diesem gericht vorkommen möge?* scabinus demum RESPONDEAT: e. g. *Herr richter, ich halte vor recht, daß kläger vorkomme ohne gezogene wehre, und ohne geruffte.* Tales ritus in iudiciis, ruri habitis, ipse vidi: quos vetustis illis per omnia similes esse, nemo non animaduertit.

## §. CCLXXXI.

Quemadmodum vero maiores et priuatos, qui scabinorum officio minime fungebantur, rogabant sententiam: (§. CCLXVIII.) ita idem 3) et hodie quibusdam locis obseruatur, maxime Hamburgi. Hinc IVS STAT. HAMB. Part. I. tit. VI. art. I. *Die dingleute, \*)*

Rr 3

welche

in interloquutionibus.

In inueniendis sententiis.

welche in die findung gehen, sollen fromme, ehrliche, vnd vnberüchtigte dieser stadt bürgere seyn, vnd sich von den streitigen partheyen nicht vnterrichten lassen, viel weniger einige gifte oder gabe von ihnen empfangen, oder mit ihnen verdächtiger weisse zugaste, oder zur zeche sitzen, sondern sollen fleißige auffacht haben, auff klage, antwort, vnd dasjenige, so im gericht vorgetragen wird, vnd darauff nach ihrem besten verstande vermöge dieses stadt-buchs vnd recess, ein recht vrtheil finden. Vnd da sie spüren, daß sich ein oder ander theil muthwillig in rechtfertigung eingelassen, denselben in die gerichtskosten, richterlicher moderation vorbehältlich, condemniren.

\*) Ne quis vero existimet, tantum hic intelligi scabinos vel adfessores iudicii ordinarios: eodem titulo art. II. cauetur: Die bürgere, wann sie vor oder in dem gericht auffwarten, sollen auf einforderung des vogts, bey poen drey pfund, vnnachlässig zu bezahlen, in die findung zu geben schuldig seyn. Attamen art. III. excipiuntur 1) cognati et adfines alterutri litiganti intra tertium gradum: 2) qui similem litem in iudicio agitant: 3) qui alterutri litigantium tamquam aduocati vel procuratores in ea causa adfuerunt, quibus poena trium librarum irrogatur, si dicant sententiam. Eo etiam pertinet Part. I. tit. XXXV. art. I. et II. vbi ita sancitur: Wann in einer sachen kläger vnd beklagter zu bey- oder endurtheilen geschlossen, sollen die partheyen, vnd die denselbigen verwandt, abtreten, vnd bürgere vnd dingleuthe, auf angehörte klage, antwort, vnd geführte brweiffung erkennen, was billig vnd recht ist, vnd in dem dieses stadtrechts vnd recess in guter auffacht haben. Was alsdann gefunden vnd eingebracht wird, soll der gerichtschreiber getreulich vnd fleißig protocolliren, vnd

en verhäutung aller misverständniß den bürgern und dingleuthen, wie die findung eingenommen, und verstanden, vorkalten und anzeigen. Quae omnia veteres Germanorum mores resoluere, a florentissima illa republica sanctius, quam ab vlla alia, cum hodie, res ipsa docet.

§. CCLXXXII.

Quae 4) de numero suffragiorum dixi (§. CCLXIX.) ea et hodie tum in iudiciis, tum in dicasteriis, obtinent: et quamvis ea in re et ius Romanum Germanico congruetur: l. 36. l. 30. ff. de re iud. et eff. sententia tamen est, ad ius, domi repertum, pertinuisse, quam a Romanis adoptasse, Germanos. Quod et 6) de errore in sententia commissio (§. CLXX.) dicendum videtur, nec 7) de more Hamburgensium, eos tribus iuris mulctandi, qui, sententiam rogati, eam contemere sine iusta causa detrectant. ius Part. I. tit. VI. art. I.

In numero suffragiorum et cogendis ciuibus, vt dicant sententiam.

§. CCLXXXIII.

Praeterea quemadmodum olim fas erat iudicibus, alios adhibere in consilium: (§. CCLXXII. sequ.) ita et hodie animaduerti- mus, 8) non modo iudicibus et scabinis ad- huc syndicos vel adfessores iurisperitos, quibus nullum alicubi ius suffragii est, vt iudicantibus in consilio sint, quos in Belgio pensionarios vel adviseurs dici nouimus, (E- litio. iur. sec. ord. Pand. Part. I. §. CCXXXVII.) verum etiam 9) iisdem licere, acta vel suo ar- bitrio, vel 10) petente alterutra, vel 11) vtra-

In actis ad dica- steria trans- mitten- dis.

que parte flagitante, ad scabinatum aliquem, vel ordinem iuridicum transmittere, ab eoque petere sententiam: immo 12) id plerumque non in arbitrio iudicis positum esse, si vel causa sit criminalis, (in his enim criminalibus causis ipsa CONSTITVTIO criminalis iudices saepissime iubet a peritioribus petere consilium,) vel 13) partes priorem sententiam, a iudice latam, *leueratione* similiue remedio suspensiuo impugnarint.

## §. CCLXXXIV.

Benefi-  
cium  
trans-  
missionis  
actorum  
quid?

Quamobrem facile vnusquisque intelligit, 14) ex vetere iure Germanico esse beneficium illud transmissionis actorum, quod ipsae imperii leges omnibus, qui se sententia aliqua laesos existimant, indulgent. Quum enim saepe res, de qua litigatur, non attingat summam legitimam, quam vocant adpellabilem: de eo casu sancit RECESS. DEPV. SPIR. anni MDC. §. XVI. nec non RECESS. IMP. nouissimus anni MDCLIV. §. CXIII. vt integrum sit iis, quibus iniqua videatur sententia, grauamina per modum supplicationis deferre ad iudicem: hic vero tunc obstrictus sit, acta, petente parte supplicante, ad extraneum aliquod dicasterium (*auf eine Vniuersität oder an zwey oder drey rechtsgelehrte*) transmittere. Quam legem imperii 15) et in quibusdam statutis repeti, animaduertimus, veluti in REFORM. FRANCOF. tit. XIX. et XX. Conf. GVNDL. *differt. de transmiss. act. in leg. imp. permissa, eiusque repetitione. Hal. 1722.*

## §. CCLXXXV.

## §. CCLXXXV.

Et ea est 16) origo insignis illius atque **Quantae**  
 omniae auctoritatis, qua dicasteria academica auctori-  
 scabinatus pollent in Germania, ut illa non tatis sint  
 semper iudicis, sed plerumque suo nomine, senten-  
 pronunciant: *Als ihr vns klage, antwort vnd tiae a*  
*erfolgte gesätze in sachen N. et N. nebst eurer ICtis*  
*rechts-frage zugefertiget, vnd euch des rechten conce-*  
*urüber zu belehren gebethen: Demnach er- ptae?*  
*ennen wir ordinarius, decanus, senior und u-*  
*erige doctores etc. vor recht.* Sed et 17) ex  
 eadem causa non integrum est iudicibus, mu-  
 tare sententiam, a collegiis iuridicis latam, vel  
 18) eadem suo lubitu ab actis remouere:  
 sed ii 19) partibus permittere debent arbi-  
 trum, malintne in illa adquiescere, an aduer-  
 sas eam nouo remedio uti. Vid. THOMAS. *de*  
*edice sent. ab act. remou. Hal. 1709.*

## §. CCLXXXVI.

Denique 20) eadem et hodie esse exse- **Qualis**  
 quutionis rationem, quam olim, ea, quae su- hodie  
 pra (§. CCLXXXVI. sequ.) monuimus, osten- exsequu-  
 dunt. Nos 21) inter reliquias iuris veteris id tio?  
 praecipue notamus, quod immissio in Saxo-  
 nia fit sollempniter, ita, ut 22) prior actus,  
 quem *exsequutionis* vocant, peragatur ab ali-  
 quot scabinis, adhibito simul adparitore, qui  
 in rem praesentem veniant, excilamque ex  
 postibus aedium festucam, vel glebam ex agro,  
 vel prato defumtam, victori porrigant: KEY-  
 SER *anweiss. zum hülfss-proc. Cap. III. §. VII.*  
 Rf 5 quam-

quamuis 23) hunc ritum, et extra Saxoniam non plane ignotum, BRVNNEM. *proc. civ. Cap. XX. n. XXVIII.* reus aliquando pro peracto habeat, isque tunc omitti soleat. KEYSER. *ibid. Cap. II. §. XV.* Quo facto 24) ad secundum actum ipsius *immissionis*, elapso spatio Saxo-nico, proceditur, ita, vt 25) scabini aliquot cum adparitore iterum in rem praesentem veniant, et victori, quod immittatur in hoc praedium, victo, quod exmittendus sit, denuncient, simulque alicubi 26) ignem in foro extinguant, nouumque excitent. KEYSER. *ibid. Cap. III. §. IX. Cap. IV. §. I.* Reliqua, quae hic de subhastatione dici possent, in vulgus nota, atque ita comparata sunt, vt ex notissimis pragmaticorum libellis addisci facile possint.



## TIT. VIII.

DE

## ADPELLATIONE, ALHSQVE SENTENTIAM IMPVGNANDI MODIS.

## §. CCLXXXVII.

**N**on ita comparatae sunt res hominum, ut Adpellationum omnia, subductis accurate rationibus, necessitas in omnibus iudicis, ut in iis iure sit adquiescendum. Immo in iudiciis quoque saepenumero ira, misericordia, amor, odium, invidia, alique affectus dominantur, animosque iudicantium intransuersum agunt. Ac proinde nulla fere gens fuit, quae tantum permiserit iudicum arbitrio, ut non litigantibus ius dederit, ab eorum sententiis prouocandi ad superiorem iudicem, ve eas alio legitimo modo impugnandi. Saltim apud Romanos CICERO *de Orat. II. Cap. XLVIII.* extremam prouocationem *ciuitatis patronam, et vindicem libertatis* adpellare non dubitauit. \*)

\*) Accedit, quod ad supremam maiestatem pertinet suprema rerum omnium ἀνάλυσις, adeoque prudentia ciuiliis vix patitur, ut a iudicibus et magistratibus non sit prouocatio ad ipsum principem, eiusque tribunal supremum. Hinc Mecaenas apud DION. CASS. *Lib. LII. p. 487.* auctor erat Augusto, ut ipse de adpellationibus cognosceret, quotquot a magistratibus maioribus et a procuratoribus suis, praefectisque, ad se deferrentur, addens

dens rationem ex interiore politica depromptam :  
 Μήτε γὰρ ἀνίδδικος μήτ' αὐτοτελής ἔτω τις  
 τὸ παράπαν ἔσω ὡς τε μὴ ἔκ ἐφίσιμον  
 ἀπ' αὐτῆ δίκην γίγνεσθαι. *Nemo enim ita  
 summum ac merum imperium obtinere debet in ci-  
 uitate, ut non ab eo prouocari possit.*

## §. CCLXXXVIII.

An et  
 tempo-  
 ribus  
 Taciti  
 apud  
 Germa-  
 nos re-  
 ceptae?

Equidem qualis TACITI temporibus fuerit  
 adpellandi impugnandique sententias ratio,  
 vix hodie constat, quum tam pauca sint,  
 quae ille de Germanorum iudiciis prodidit me-  
 moriae, vt accendisse magis doctorum viro-  
 rum sitim, quam restinxisse, videatur. Atta-  
 men non inepta est diuinatio doctissimi CON-  
 RINGII, dum in *dissert. de iudic. vet. Germ. §.  
 XIV.* scribit, praeter iudicia illa principum  
 vel comitum, per vicos et pagos ius dicen-  
 tium, necessario fuisse oportere maius aliquod  
 iudicium, vbi maioris momenti lites fuerint  
 decifae, et verosimile esse, id fieri consueuis-  
 se in conciliis populi, immo non esse absur-  
 dum, opinari, per adpellationem etiam a iu-  
 dicio principis adfessorumque eius caussas ad  
 idem concilium deuolui potuisse. \*)

\*) Multo minus dubitandum, quin eae respublicae,  
 quae monarchice regebantur, adpellationem ad-  
 miserint, quales fuere Frisiorum, Lygiorum, Go-  
 thorum, Marcomannorum. Quamuis enim laxius  
 fuerit regum istorum imperium, nec *supra liber-  
 tatem*, teste TAC. *de mor. Germ. Cap. VI. et XLIV:*  
 non tamen credibile est, illis ademtam fuisse  
 ἐπισκοπήν in principum seu comitum et magi-  
 stratum acta, adeoque nec ius illis fuisse, iniquas  
 eorum



eorum sententias rescindendi, si ciues, illis grauati, ad eos confugissent. Hinc laudatus GONRING. *ibid.* §. XIX. *Etiam in regis, inquit, non alia fuit, quam ahibi, forma iudiciorum: et in his quoque principes eorumque ac plebe adfessores per pagos et vicos ius dixerunt, nisi quod fortassis in constituendis illis principibus vel vnius regis, vel huius una cum concilii maior aliqua auctoritas fuerit: forte etiam licuerit ea actate regibus, in sententiarum a principibus laetorum aequitatem aduertere. Haec enim omnia sub Francorum imperio obtinuerunt.*

### §. CCLXXXIX.

Apud WISIGOTHOS cuius licebat adpellare regem, siue suspectus esset iudex, vt est LEG. WIG. *Lib. II. tit. I. §. XXIII.* siue lata ab eo sententia iniqua, vel iuri contraria videretur: *IBID.* §. XXXI. ex quibus locis scimus, 1) iudicem tunc obstructum fuisse ad rationes sententiae suae reddendas: 2) eo nomine regio decreto constitutos esse iudices, qui causam cognoscerent: 3) iudicem male iudicantem ad multam et ad dupli restitutionem fuisse condemnatum: 4) si iniuriam illi fecerit petitor, hunc tantumdem praestare debuisse, centum flagrorum ictibus lacerandum, si soluendo non esset. Ceterum prouocatio a iudice suspecto *d. §. XXIII.* diserte VOCATUR ADPELLATIO: *Qui suspectum iudicem habere se dixerit, si contra eundem deinceps fuerit querulatus, completis prius, quae per iudicem statuta sunt,\*) sciat, sibi apud audientiam principis adpellare iudicem, esse permissum.*

Qualis fuerit apud Wisigothos?

\*) Ita.

- \*) Itaque wisigothi appellationi non attribuebant effectum suspensiuum, sed deuolutiuum tantum, adeoque adpellans iudicato nihilominus satisfacere tenebatur. Id enim sibi uolunt uerba: *completis prius, quae a iudice statuta sunt.* Quod fecus se habet iure Romano, ex cuius praescripto nihil, pendente adpellatione, innouandum, adeoque nec sententia exsequutioni mandanda erat, *l. vn. ff. nihil innou. adpell. interp.* dum rite denuntiata iudici fuisset adpellatio, *MBV. Part. IV. dec. CCCLXII. n. VIII.* Tanta ergo wisigothis fuit rei iudicatae reuerentia, ut eam adpellatione rescindi quidem, at eius exsequutionem non impediri, paterentur.

## §. CCXC.

Itemque  
apud  
Burgundiones?

In LEGE BVRGVNDIONVM adpellationis mentionem fieri, non memini. Certum tamen est, apud eos quoque rescissas fuisse iniquas iudicum sententias, iudicesque, perperam iudicantes, certa pecunia multatos. *LEX. BVRG. Addit. I. tit. III. §. II. Si iudices, a nobis deputati, iniuste iudicauerint, sciant, se ter duodenos sol. multae nomine nobis esse illaturos sine dubio.* *Conf. Addit. II. §. X.* Vtrum uero usi sint remedio adpellationis, an in eodem iudicio sententiam impugnarint, non facile dixerim: quamuis posterius mihi uix probabile videatur.

## §. CCXCI.

Apud  
Francos  
prouocatum  
ad missos  
dominicos.

Apud FRANCOS nihil erat adpellatione frequentius, eaque iam ad missos dominicos, iam ad comites palatii, iam ad ipsum regem dirigebatur. Ad missos, dominicos itum, si  
quan-

comites alicui iustitiam denegarent.  
 CAPITVL. Lib. II. §. XXVI. Querela hac audi-  
 alterutrum duorum faciebant missi regii.  
 nec enim comites admonebant, vt quem pri-  
 officium facerent, & nolentes ita coer-  
 cebant, vt cum comitatu suo in eius praedia  
 eant, ex iisque comitatum tandem sume-  
 rent, donec ius dicerent: CAPITVL. Lib. IV.  
 §. LXVI. Lib. V. §. CLXXXIII. vel ipsi missi  
 definiebant, eoq; consilio quatuor per  
 annum conuentus iuridicos habebant, in qui-  
 bus adpellationes audirent. CAPITVL. Lib. III.  
 §. LXXXV. Volumus, vt propter iustitias, quae  
 sique modo de parte comitum remanserunt,  
 quatuor tantum mensibus in anno missi nostri le-  
 gationes suas exercent: id est, in hieme, Ia-  
 nuario, in verno, Aprili, in aestate, Iulio, in au-  
 tumno, Octobri. Et paucis interiectis: Missi au-  
 tem nostri quater in vno mense, et in quatuor  
 locis, habeant sua placita, cum illis comitibus, qui-  
 bus congruum fuerit, vt ad eam locum possint  
 conuenire.

## §. CCXCII.

Ad palatium deuolutae causae vel inter Ad co-  
 priuatos, vel inter principes proceres ue agi- mites  
 tabantur. Priores cognoscebant Comites palatii.  
 palatii, \*) nec ad Regem ibatur, nisi comes  
 palatii id necessarium iudicaret. Posteriores  
 sibi ipse rex reseruauit. Omnia haec disci-  
 mus ex HINCM. *epist. ad Ludou. Balb. Cap. XIX.*  
*vbi ait: Comes palatii de omnibus saecularibus*  
*causis*

*caussis vel iudiciis suscipiendis curam instanter habebat, ut nec saeculares prius dominum regem absque eius consulto inquietare necesse haberent, quousque ille prouideret, si necessitas esset, ut caussa ante regem merito venire deberet. Et Cap. XXI. Comitibus autem palatii inter cetera paene innumerabilia in hoc maxime sollicitudo erat, ut omnes contentiones legales, quae alibi ortae propter aequitatis iudicium palatium adgrediebantur, iuste et rationabiliter determinaret, seu peruersae iudicata ad aequitatis tramitem reduceret, ut et coram Deo propter iustitiam, et coram hominibus propter legum obseruationem cunctis placeret. Attamen non nisi adpellationes priuatorum eum ad tribunal suum pertrahere potuisse, nec procerum caussas cognouisse, nisi mandato regis, patet EX CAPITVL. Lib. III. §. LXXVII. Add. CONR. de iudic. Germ. §. XXXIX.*

\*) Hos et praeceptores palatii vocat WALAFR. STRABO de reb. eccles. Cap. XXX. eosque, saecularium caussas ventilasse, refert. Non nisi vnum eodem tempore palatio praefuisse, contendit CONRINGIUS in censura diplom. Lindau. Cap. VIII. p. 128. sequ. Sed aliud discimus ex ipsis CAPITVLAR. Lib. III. §. LXXVII. TRADIT. FVLDENS. p. 474. et EGINAR. DI Epist. XI. quibus locis omnibus plures palatii comites eodem tempore memorari, iam docuit HIER. BIGNON. ad Marculf. Lib. I. form. Cap. XXI.

### §. CCXCIII.

Et ad  
iplos  
reges.

Ipsi Reges partim principum vel procerum caussas, partim et plebeiörum lites, principum

capum cognitione dignas iudicassent palatii  
comites, in suprema instantia definiabant.  
Hinc probamus ex CAPITVLAR. Lib. III. §.  
LXXVII. ex quo iam superiore paragrapho  
quaedam decerpimus: posterius ex CAPITVLAR.  
Lib. V. §. CCXLIII. vbi cauetur, *ut si quis voluerit  
dicere, quod ei iuste non iudicetur: tunc in prae-  
sentiam principis veniat.* Quod et repetitur  
paucis mutatis in CAPITVLAR. ann. DCCCXXIX.  
lib. II. §. XIV. ex quo discimus etiam, quod  
Reges singulis hebdomadibus certum diem  
sibi dicendo audiendisque ciuium querelis  
resposuerint. \*)

\*) Quemadmodum vero apud Romanos principes vel  
pro tribunali ius dicebant, vel de plano: l. 3. §.  
8. ff. de bon. possess. l. 2. §. 1. ff. quis ordo in poss.  
seru. MERILL. Obj. Lib. II. Cap. XXVI. et tunc  
priori casu DECERNERE, posteriore INTERLOQVI  
dicebantur: l. 1. §. 1. ff. de const. princ. §. 6.  
Inst. de iure nat. gent. et ciu. ita idem  
obseruatum esse a Francorum, regibus anim-  
aduertimus. Aliquando enim litigantes pro  
tribunali cognoscebant, et ius dicebant de consilio  
procerum, eoque pertinet exemplum Dagoberti,  
qui *Diuione residens aliquantis diebus tantam in-  
tentionem cum vniuerso regni sui populo iustitiae  
iudicandae posuerat, ut huius desiderio plenus, nec  
somnia caperet, nec cibo satiaretur, intentissime  
dogitans, ut omnes cum iustitia recepta de conspe-  
ctu suo remearent.* AVCT. de gestis Dagoberti Reg.  
Cap. XXI. Aliquando veluti de plano, auditis par-  
tibus, decernebant, veluti Carolus M. de quo EGI-  
NARDVS: *Quum calcearetur, non tantum comites  
admittebat, verum etiam, si comes palatii litem es-  
se aliquam diceret, quae sine eius iussu definiiri non  
possit, statim litigantes introduci iussit, et, veluti  
pro tribunali sederet, lite cognita, sententiam dixit.*

## §. CCXCIV.

Adpellationi quibus in causis locus fuerit?

Adeo autem fauore digna Francis videbatur adpellatio, vt nulli liceret detinere adpellantem, multo minus eum in vincula publica ducere. CAPITVL. *Lib. VII. §. CLXXVIII.* Attamen non in omnibus caussis adpellare licebat, sed in ciuilibus tantum, iisque, quae ad delicta leuiora pertinebant, quippe quae partem iurisdictionis ciuilibis fuisse iam supra (§. LXI.) obseruauimus, non si de homicidio, adulterio, maleficio quaereretur: CAPITVLAR. *Lib. VII. §. CXXIX.* quamuis ne illis quidem, qui capitis fuerant damnati, adpellatio plane denegaretur. CAPITVLAR. *Lib. VII. §. CCXXVIII.* Denique et id obseruandum erat, ne quis iudicem, a quo prouocabat, lacesseret conuiciis, quia, qui id faciebat, infamia notabatur, CAPITVL. *Lib. VII. §. CXLII.* itemque, vt adpellaret a iudice ordinario minore ad maiorem, CAPITVL. *Lib. V. §. CCL.* non ab electo, cuius quis ipse probauerat arbitrium. CAPITVL. *Lib. VII. §. XXI.*

## §. CCXCV.

Eam interpositurus blasphemare dicebatur sententiam.

Quemadmodum vero, qui adprobabat sententiam latam, in ea ADQVIESCERE; ita is, cui iniqua videbatur, eandem BLASPHEMARE dicebatur, quae loquutio, in CAPITVL. *ad Leg. Sal. III. §. VI. LEGE LANGOB. Lib. II. tit. LII. §. XXIII.* CAPIT. *Lib. III. §. VII.* obuia, adeo familiaris erat Francis, vt et postea in Germanorum legibus passim occurrat phrasis, *ein vrtheil schelten*, et hodiernis Francis in ore sit

fit similis: *blasmer de faux jugement.* Ceterum alterutrum facere debuisse altercantes, eorumque aduocatos, eosque, qui sententiam nec probare, nec ab eadem adpellare vellent, carceri fuisse mancipatos, iam supra obseruauimus.

## §. CCXCVI.

Non dubium est, quin et apud reliquas In prouinciis, quae Francorum imperio paruerunt, eadem fuerit adpellationum ratio: nisi quod quibus in illis prouinciis, quae ducibus suberant, a duces comitibus ad duces videtur prouocatum praecerant, ad LEG. ALAM. tit. XXXVI. §. VI. *Et si est talis persona, quam comes in placito vel centenarius, vel missus comitis distringere non potest, tunc eum dux legitime distringat, plusque quaerat Deo placere, quam homini, ut nullum neglectum in animam Ducis Deus requirat.* Qualia et in LEGE BAIUVAR. tit. II. Cap. V. §. IV. legimus, ut iam non difficile intellectu esse videatur, qualis sit *mallus ducis*, cuius fit mentio in LEGE RIPVAR. tit. L. §. I.

## §. CCXCVII.

Superfunt LANGOBARDI, quorum in LEGE Quae adpellatio apud Langobardos? *Lib. II. tit. XLI. §. IV. legimus: Si quis causam habuerit, et sculdais aut iudex ei secundum edicti tenorem per legem iudicauerit, et ipse stare in eodem iudicio minime voluerit: componat illi, qui iudicauit, sol. XX. Nam de ea causa, quae per arbitrum iudicata fuerit, et ipse sibi non crediderit legem iudicasse, et ad*

*regem proclamauit, non sit culpabilis. Et si iudex contra legem iudicauerit, componat sol. XI. medium regi, et medium ei, cuius caussa fuerit. Et si forsitan iudex causam per arbitrum iudicauerit, et iudicium eius rectum non adparuerit, non sit culpabilis: nisi praebeat sacramentum regi, quod iniquo animo, aut corruptus praemio, causam ipsam non iudicasset, nisi sic ei legem comparuit esse, et sit absolutus: nam si iurare non praesumferit, componat, ut supra dictum est. \*)*

\*) Ex hac lege patet I) eum, qui sine ratione ad superiorem proclamauerit, et in sententia bene et iuste lata adquiescere noluerit, multam XX. solidorum pendere debuisse. II) impune contra fuisse adpellare, si non ipse iudex, sed datus arbiter tulerit sententiam. III) Ipsum iudicem, qui contra legem pronunciarit, multam XL. solid. ex semisse regi, ex semisse parti soluendam, pendere debuisse, et IV. in fontem habitum, si iuratus affirmaret, se non dolo malo aut pecunia corruptum iudicandi officium defugisse. Receperunt ergo omnes paene gentes Germanicae poenam temere adpellantium, qualis et apud Romanos est multa L. librarum in *l. 5. fin. C. quorum adpell. non recip.*

### §. CCXCVIII.

Qualis apud Saxones et Sueuos? Sed proximum est, ut ad ius, medio aevo receptum progrediamur, id est, ad SAXONICVM et SVEVICVM, quorum hoc ab illo in hoc ipso capite quam maxime discrepasse, ipse notauit REPKOVIVS, dum scripsit: *Schwäbisch recht zweyeyt sich nicht von Sächsischen rechten, dann am Erbe nehmen, vnd vrtheil zu schelten.* IVS PROV. SAX. Lib. I. art. XIX. At paullo aliter



SPECVLATOR SVEV. *Cap. CCCXGIII. §. II. Schwäbisch recht zweyert sich nicht von der Sachsen recht, dann in erb zu nemen, vnd vrtheil zu geben.* Nos vtrumque ius inter se conferemus, visuri, qua in re inter se conueniant, quae in re inter ea sit diffidium.

### §. CCXCIX.

Primo itaque, quod ad ius Sax. attinet, Ad quos adpellatum? per gradus erat adpellandum a iudice inferiore ad superiorem, et postremo omnium ad Regem. *IVS PROV. SAX. Lib. II. art. XII. Schilt man ein vrtheil, das soll man ziehen an den Öbern-richter, vnd zuletzt vor den könig.* quod et speciatim de Sueuis monet, si quis eorum sententiam a Sueuo latam impugnet. *IVS PROV. SAX. Lib. I. art. XIX. Eadem IVRE SVEV. Cap. CVI. §. I. cautentur: Vnd ist, daß man einem mann eine vrtheil wiederwirfft, die soll man ziehen an den höhern richter, vnd zuletzt vor den könig.* \*) Immo §. III. gradus clarius exprimit SVEVVS: *Von welcher hoher hand das gericht ist, da mag man ein vrtheil wol ziehen an. Die erste hand des gerichts, das ist der könig, die ander hand des gerichts, das ist, dem der könig leihet, die dritt hand ist, die es einem andern da leihet. Die dritt hand mag nicht mehr fürbas gericht leihen, daß es den leuten an ihr leib oder an ihr blut-giessen gehe.*

\*) Attamen binos casus excipiunt SPECVLATORES SAXO et SVEVVS: primum, si quis a comite ad Marchionem prouocet: id enim fieri non posse, si vel maxime comes a marchio comitatum in feudum accēperit.

perit. Cuius rei duas causas profert REPKOVIVS, primam, quod in marchia ius non dicatur auspiciis regis, alteram, quod iura diuersa sint in marchis et comitatibus. *IBID. Lib. I. art. XII. Kein bescholten vrtheil mag man ziehen aus einer graffschafft in eine marck, ob gleich der graff die graffschafft von einem marckgraffen hat, das ist darumb, daß in der marck kein Königsbann ist: (Marchio enim suis auspiciis ius dicit: Der Marggraff dinget bey sein selbst hulden: IVS PROV. SAX. Lib. III. art. LXV.) vnd ihr recht zweyert sich, darumb soll mans vor das reich herziehen. Quod et SVEVVS repetit Cap. CVI. §. II. sed ita, vt ad marchionem a comite adpellari posse concedat, si hic comitatum a marchione acceperit. Deinde et eo casu adpellari non ad iudicem proxime superiorem, sed regem, si vel Suerus Saxonis, vel Saxo Sueui sententiam impugnare conetur, idem obseruat Lib. II. art. XII. Schilt der Schwabe eines Sachsen vrtheil, oder ein Sachs eines Schwaben, das müssen sie vor dem Könige entscheiden, als hievor geredet ist.*

## §. CCC.

Qui et  
in qui-  
bus  
caussis  
adpel-  
lare po-  
tuerint?

Adpellare deinde licebat regulariter omnibus, praeterquam criminis reis, et paratis ad singulare certamen. *IVS PROV. SAX. Lib. II. art. XII. Wird ein man gefangen vmb vngerichte, vnd vor gericht gebracht, er mag kein vrthel schelten, noch der mann, der da kämffen soll, wann er in den ring kommt. Idem repetit SPECVLATOR SVEVVS Cap. CXIII. nisi quod in locum eius, qui ad singulare certamen paratus est, substituit den, der in der acht ist, oder im bann, simulque monet, hunc nec inuenire sententiam posse, er möge niemand seines rechtes gehelffen, biß er von den nöthen komme.*

*homme.* Praeterea SPECULATOR SAXO *Lib. II. art. XII.* obseruat, in iudiciis, vbi auspicii Regis ius dicitur, neminem posse scabini sententiam impugnare, quam virum eorundem ingenuorum natalium: extra bannum regium id posse vnumquemque integrae famaе atque existimationis.

## §. CCCI.

Quod tertio ad formam attinet, vterque speculator in eo consentit, quod non federe, sed stare oporteat eum, qui sententiam impugnet. Id enim monet SAXO *Lib. II. art. XII.* et SVEVVS *Cap. LXXIX. §. IV. et LXXX. §. IV.* vbi addit: *er solle aufstehen, oder er wette dem richter.* Neuter vero mentionem facit ridiculi ritus, scabinum de scamno deturbandi, quem tamquam stolidorum hominum somnium merito explodit GLOSSATOR *ad hunc locum.* Praeterea et formulam praescribit REPKOVIVS, *d. Lib. II. art. XII.* qua vti adpellantem oporteat: *Das vrtheil, das der mann funden hat, ist vnrecht, das schelte ich, vnd ziehe mich des, da ich das durch recht billig hinziehen soll, vnd bitte darumb eines vrtheils, wohin ich das billig ziehen solle?* Cui paene per omnia similis est ea, quam commendat SPEC. SVEV. *Cap. CVIII. §. IV.* Ad hanc postulationem deinde procul dubio iudex de consilii sententia decreuit, coram quo iudice superiore reddendae sint adpellationis caussae. \*)

\*) Equidem eodem loco reperias: *Vmb ein geschalteten vrtheil soll mann kein mittel fragen, das ist, kein vollwort: sed sensus est, sententiam, a qua adpellatum, nec defendi, nec mutari posse, vt id pro attentato non habeatur. Hinc statim sequitur: Der es auch funden bat, der maß davon nicht ablassen, vmb dieses willen, dem das vrtheil gefunden ist zu seinem frommen.* Hinc si vel maxime scabinus, qui inuenerat sententiam, eam mutare, eaque ratione adpellanti adimere vellet conuerendi occasionem: id fieri non poterat sine consensu eius, quo pro fuerat pronuntiatum. At verba, in paragrapho adlata, pertinent ad interlocutionem, an deferendum sit adpellationi, et coram quo iudice in posterum agenda sit causa? Qualem interlocutionem fieri omnino oportuit, antequam causa a iudice inferioris instantiae ad superiorem dimitteretur,

### §. CCCII.

Nuncii  
ideo a  
iudice  
inferio-  
re ad su-  
perio-  
rem  
missi.

Reiecta iudicis sententia, interpositaque adpellatione, iam porro nuncii eligebantur, quos iudex ad iudicem superiorem vel regem mitteret. Hos oportebat esse ingenuos, (*schæpffenbar freye,*) si e comitatu; quales cumque integrae existimationis homines, si e marchia quadam mitterentur. Praeterea ita ornabantur illi legati, vt iis adiungerentur sex famuli & octo equi. Adsignabatur etiam iis iudicis impensis commeatus, & quidem panis & cereuisiae adfatim, tria fercula cum vini poculo legatis, duo famulis, equis singulis, quorum anteriores tantum pedes soleis ferreis praemunitos esse oportebat, quotidie quinque manipuli. Quae omnia accuratissime describuntur a REPKOVIO *Lib. II. art. XII. \*)*

\*) Ac

\*) At paullo aliter rem describit auctor SPECVLI SVEVICI Cap. CVI. §. I., Primum enim non distinguit inter comitatum et marchiam, sed inter principatum vel comitatum et ciuitarem: *Da soll der richter zugeben seine botthen, die da sollen vollkommen die vrtheil hören vor dem König. Geschicht das in einer marck, (in BERGERIANA p. 154. geschicht diz in einer graffschafft, oder in ainem marckeb, oder in ainem hertzogtum,) so sollen die botthen freye landsassen seyn: oder geschiehet es in einer stadt, so sollen die botthen seyn, welcher hand leuth man will, die an ihren rechten vollkommen sind.* Deinde et comneatus paullo alius est. Nec enim mentio fit cereuisiae, et legatis quatuor fercula, equis vero singulis non nisi quatuor manipuli, at foeni adfatim, adsignantur.

### §. CCCIII.

Legatis his vel nunciis ad regis curiam, <sup>Adpellationis euentus.</sup> & quidem si Saxo sententiam impugnaverit, in Saxonia; si Sueuus, in Sueuia futuram profectis, (solitos enim esse Reges et Imperatores ante Ludouici Bauari tempore non vno loco haerere, sed vniuersam peragrare Germaniam, iam ab ADLZREITERO *Annal. Boic. Part. II. Lib. VII. §. LXXXV. HERT. de fide dipl. sect. I. §. XVI. p. 620.* obseruatum:) praesentibus illis caussa adpellationis agebatur, eaque instantia finiebatur intra sex hebdomadas, intra quas sententiam domum referre tenebantur legati, IVS PROV. SAX. *Lib. II. art. XII. SVEV. Cap. CVI. §. II.* quae si esset confirmatoria, adpellans et iudici, et scabino, sententiae auctori, multam inferre, omnesque impensas restituere tenebatur. IVS PROV. SAX. *ibid. Wer das vrtheil gescholten hat, vollkomm*

ers nicht, er muß darum wetten dem richter, vnd ienem seine buße geben, des vrtheil er gescholten hat, vnd dem richter seine kost gelterz, die er mit seinen bothen verthan hat. Querepetit et SVEVVS, Cap. CVI. §. VI. obseruans simul, multae loco iudici deberi einpfund, addensque, si sententia reformatoria, fuerit, tantumdem debere scabinum, sententiae auctorem, & quotquot illi suffragati sint, (iener der wieder ihn was, vnd sein folger.

## §. CCCIV.

An magna hac in re inter Saxonum et Sueuorum mores differentia?

Talis fuit apud SAXONES & SVEVOS adpellatio, vt in tanto vtriusque iuris consensu vix adpareat, CUR SPECVLATOR SAXO scripserit: Schwäbisch recht zweyert sich an nichts anders vom Sächsischen recht, denn an erb zu nehmen, vnd vrtheil zu schelten. Differentia sane, quam in superioribus paragraphis diligenter notauimus, tenuis est, vt vix eius ratio videatur habenda. \*) Equidem Saxonibus et aliud erat adpellandi genus, quod vocabant ad dextram suam et maiorem partem consentientium, quod ita describit REPKOVIVS Lib. II. art. XII. Schilt ein Sachs ein vrtheil, vnd zeucht er sich des auff seine rechte hand, vnd an die meiste menge: er muß darum fechten selb siebend seiner genossen wieder andere sieben: wo die meiste menge sieget, die behalten das vrtheil. Ein ieglich überwunden mann zu kampff wetter dem richter, vnd giebet dem buß, der mit ihm gefochten hat. Vmb ein vrtheil mag man nirgends fechten denn vor dem reich. Sed neiste quidem

quidem adpellandi modus alienus a Sueuorum moribus fuisse videtur. Ait enim auctor IVR. SVEV. *Cap. CVIII §. II. Vmb ein ieglich vrtheil mag man nicht gefechten, dann vor dem gericht,* (vel potius, vt in BERGER p. 157. legitur: *vor dem reich.*)

\*) Ea enim in hoc vno consistere videtur, quod Sueuus, Sueui sententiam impugnans, prouocaret ad seniores Sueuos et plura suffragia: *er zog sich an die altera schwaben, (die musste er aber benennen) vnd an die grössere menge zu dem echten dinge, an die höchste ding-stadt.* Saxones vero, siue Saxonum siue Sueuorum sententias impugnant, ad superiorem iudicem, vel ipsum regem, vel dextram suam prouocarent. Quamuis hic non pauca satis obscura esse fatear.

### §. CCCV.

Enimvero, quum longae illae ambages viderentur, nec cuiusuis facultates tot impensis sufficerent: plerisque Germaniae locis inualuere remedia quaedam suspensiuua, ita comparata, vt iis coram eodem iudice, qui sententiam tulerat, possent uti. Eo pertinet LEVTERATIO \*) Saxonica, & in aliis extra Saxoniam prouinciis recepta, quamuis alibi eam SUPPLICATIONEM, alibi RESTITVTIONEM IN INTEGRVM, alibi REVISIONEM, alibi BENEFICIUM TRANSMISSIONIS ACTORVM, alibi REMEDIA EXTRAORDINARIA vocare malint. Omnium enim eadem est ratio, idem finis, puta vt occasio sit, grauamina, sententia vel alterutri vel ytriqve parti, illata accuratius exponendi, transmissisque actis, vel saltim ab alio recensitis

Origo remedium suspensiuorum in primis leu-  
terationis.

fitis, nouam atque acquirem sententiam impetrandi.

\*) Ea nomen accepisse videtur a Germanico *erläutern*. Quia enim ex sententia, alterutri vel vtrique litigantium molesta, colligi posse videbatur, factum nondum tam clare propositum esse, vt iudici satis liqueret: petebat is, cui grauamen illatum videbatur, vt sibi liceret illud magis illustrare, vtque, eo facto, noua ferretur sententia. Occasionem ei inueniendae dedisse videntur 1) ipsius veteris adpellationis molestia; 2) sumtum magnitudo; 3) Imperatorum et regum fixa in prouinciis hereditariis sedes: 4) privilegium, de non adpellando, electoribus, et potentioribus quibusdam ordinibus concessum: 5) adpellationes ad certam summam, quam adpellabilem vocant, restrictae, et quae sunt huius generis aliae.

### §. CCCVI.

Reliquiae quaedam iur. Germ. circa causas in quibus adpellatur.

Ceterum quamuis veterem adpellandi ritum in plerisque peruerterit ius tum canonicum, tum ciuile, cuius tricas in plerisque ordinationibus processuum, quas vocant, deprehendimus: supersunt tamen quaedam iuris veteris Germanici reliquiae, veluti 1) quod & hodie in Saxonia & plerisque aliis locis, vbi processus inquisitorius viget, in causis criminalibus locus non est adpellationi, sed 2) eius loco petenti noua indulgetur defensio, eaque 3) ad extranea dicasteria transmittitur. SCHILTER. *Exerc. XLIX. §. I. sequ.* Quod ad eo verum est, 4) vt nec ad suprema Imperii tribunalia in his causis permittatur adpellatio, ORD. CAMER. *Part. II. tit. XXXI. §. XIV.* sed, 5) si quando rei se laesos esse conquerantur,



tur, vel mandata de rite administranda iustitia decernantur, vel 6) iudices reorum defensiones ad iureconsultos extraneos vel minus suspectos mittere iubeantur. RVLANT. de commiss. Part. I. Lib. II. Cap. III.

## §. CCCVII.

Quemadmodum etiam olim id non im-  
pune ferebat, is, qui temere adpellauerit: Circa  
poenas  
temere  
adpel-  
lantium.  
ita 7) ex antiquis moribus repetenda videtur  
consuetudo, tantum non vbiuis recepta, vt  
adpellantes deponere cogantur certam pecu-  
niae summam, quae vocatur *succumbenz-geld*,  
etque 8) etiam in leuationibus, supplica-  
tionibus, reuisionibus, passim efflagitur.  
Vix enim dubitandum est, quin haec suc-  
cesserit in locum mulctae, in quam maiores  
nostri condemnabant omnes, qui temere hoc  
remedio fuerant vsi. Quin 9) experientia  
docet, temere adpellantem plerumque con-  
demnari, vt expensas omnes aduersario re-  
stituatur, et 10) causam remitti ad iudicem  
prioris instantiae.



## TIT. IX.

DE

## IVDICIIIS CRIMINALIBVS.

## §. CCCVIII.

Trans-  
itio ad  
iudicia  
crimi-  
nalis.

**S**ic ergo demum ad metam peruenimus, nihil vt iam superesse videatur, quam vt postremo de IVDICIIS PVBLICIS VEL CRIMINALIBVS quaedam subiiciamus. Quum vero permulta haec communia habeant cum ciuilibus, eaque iam satis explicata sint titulis superioribus: hanc nos merito seruamus *disiunctivam*, vt ea potissimum, quae singularia, et a iudiciis pecuniariis diuersa, circa illa occurrunt, confectemur.

## §. CCCIX.

Germa-  
ni in  
perfe-  
quendis  
crimini-  
bus pro-  
cessu ac-  
cusato-  
rio ute-  
bantur.

Ceterum quum potiores iudicii criminalis actus sint ACCVSATIO, accusati CVSTODIA vel EXHIBITIO, DEFENSIO, CONVICITIO ET POENA: de singulis quaedam monere iuuabit. Quamuis enim, quod ad accusationem attinet, hodie frequentior sit processus ille, quem vocant *inquisitorium*: maiores tamen nostri non alium, quam *accusatorium*, cognitum habuisse videntur. \*) Iam enim temporibus TACITI, ceu ex eius libello *de morib. Germ. Cap. XII.* patet, *licebat accusare, et discrimen capitis intendere.* Et in legibus vetustissimis tam saepe mentio fit accusationum, vt de earum frequentia dubitare vix possis.

\*) Ne-

\*) Negari equidem nequit, ad comitum apud Francos officium pertinuisse persequi latrones et grassatores, et dare operam, vt prouincia malis hominibus purgetur: CAPITVL. IV. *ann. DCCCVI. §. V. CAPITVL. III. ann. DCCCXII. §. XII. CAPITVL. ann. DCCCXXIII. §. VI.* Idque et apud Burgundiones et Langobardos factum esse, ex LEGE BVRG. *tit. IX.* et LANGOB. *Lib. II. tit. XL. §. III.* patet. At inde non sequitur, vt iis comprehensis locus non fuerit accusationi. Sane quemadmodum fugitui, quos comprehendere non licebat, proscribebantur, quod sine accusatione factum esse, nemo dixerit: LEG. RIPVAR. *tit. LXXXVII. CAPITVL. I. ann. DCCCIX. Cad. IV.* ita non dubitandum, quin, et captis his facinorosis, ex officio constitutus sit accusator, qui crimen persequeretur. Et apud Burgundiones quidem id fortassis ad officium pertinuit WITTISCHALCI, id est, *pueri regii, qui iudicia exsequitur, et multam exigit, vti describitur in LEGE BVRG. tit. LXXVI.*

### §. CCCX.

Ne vero in calumniam euaderet promiscua accusandi licentia, hominesque prauissimi quosque temere adlatrarent: duo praecipue obseruabant veteres: primum vt non nisi homines integrae famae et minus suspecti ad accusandum admitterent: alterum, vt omnem calumniam iustis poenis coercerent. Non ergo accusatorum munere fungi licebat seruis, LEG. LANGOB. *Lib. II. tit. L.* liberis, CAPITVL. *Lib. VII. §. LXXVI.* infamibus et de calumnia suspectis, IBID. *tit. LII. §. VIII. CAPITVL. Lib. VI. §. CCLIII. Lib. VII. §. LXXVI.* amicis et domesticis, CAPITVL. *Lib. VII. §. CCCXLII.* multo minus vilioris conditionis hominibus, si honestioribus; WISIG. *Lib. VI.*

Quis accusare potuerit?

*VI. §. I. tit. I.* vel laicis, si clericis dicam scribere vellent, *CAPITVL. Lib. I. §. XXXV.* itemque homicidis, malefrais, furibus, sacrilegis, raptoribus, veneficis, adulteris, feminarum raptoribus, falsariis, magos confulentibus: *CAPITVL. Lib. VI. §. CCXCVIII. Lib. VII. §. LXV.* Christiani nominis religionem et dignitatem negligentibus, *CAPITVL. Lib. VII. §. CXXXIII.* in fide catholica suspectis, *ib. §. CCCXXXI.* Quin generatim ait Imperator *CAPITVL. Lib. VII. §. LXXXVIII: Accusatores et accusationes, quas saeculi leges non admittunt, et nos submouemus. \*)*

\*) Quum ergo leges saeculi hic procul dubio sint Romanae, ex quibus etiam permulta, quae ad constitutionem iudiciorum publicorum pertinent, exscripta esse animaduertimus: consequens est, vt et alias personas inhabiles, quas ius Romanum accusare vetuit, a iudiciis publicis arcuerint, veluti impuberes et minores, *l. 8. ff. de accusat. feminas, l. 1. l. 8. ff. eod. milites, l. 11. pr. ff. eod.* Apud BVRGVDIONES sane LEGE cautum erat *tit. XXXIII. §. III.* vt *mulieres causarum actionibus vel litibus se immiscere non debeant.* Quae sane lex non minus Romanae originis est, quam quod de procuratoribus in causis criminalibus non admittendis sancitur *CAPITVL. Lib. VII. §. CCLXXIV.* *Quando in causa capitali vel in causa status interpellatum fuerit, non per procuratores, sed per ipsos est agendum. L. 33. §. 3. ff. de procur. l. ult. C. de iniur. l. vn. C. de adfert. toll. et ibi CUIAC. in paratitl.*

### §. CCCXI.

Poenā  
calu-  
mniose  
accusan-  
tium.

Nec minore seueritate calumniam accusatorum coercebant Germani: Nam primum

LEGES

LEGES SAL. tit. XX. multam CC solidorum;  
 RIPVAR. tit. XXVIII. sexaginta fol. illis irroga-  
 bant: Deinde aliae gentes, ipsique postea  
 Franci, imitati Romanos, accusatores non ad-  
 mittebant, nisi subscriberent in crimen, adeo-  
 que eos, qui per calumniam alios accusaue-  
 rant, eadem poena adficiabant, quam subitu-  
 rus erat reus, si criminis fuisset conuictus.  
 LEG. WISIG. Lib. VII. tit. I. §. I. Iudex reum,  
 qui accusatur, antea non torquat, quam ille,  
 qui accusat, si iudicem praesentare voluerit, se  
 per placitum, trium testium roboratione firma-  
 tum, ea conditione constringat, ut, si is, qui  
 accusatus est, manifestis iudiciis, innocens com-  
 probatur, ipse penam, quam alii intendit, ex-  
 cipiat. Similia habemus IBID. Lib. VI. tit. I.  
 §. II. LEG. BAIVAR. tit. VIII. Cap. XVII. CA-  
 PITVLAR. Lib. VII. §. CCLXXXII.

## §. CCCXII.

In iure SAXONICO et SVEVICO de accusato-  
 rum persona poenaeque talionis parum vel  
 nihil occurrit. Contra vtrumque ius multo  
 accuratius distinguit accusationes criminales,  
 quam leges antiquae, et quum hic denuo  
 praecuntem habeamus auctorem *des* RICHT-  
 STREIGS *über das landrecht* Cap. XXX. eius di-  
 uisionem primum audiemus: *Der klegere klag-*  
*ge velt vierleye wys. Tho deme ersten klagens sy*  
*eine HANDHAFFTE DAET ouer einem, der ge-*  
*wangen is in der daet. Tho deme andern klag-*  
*gen sy OVERNECHTIGE KLAGE. Tho deme driid-*  
*ten klagens sy ouer einen, de VNGEVANGEN dur*  
 (El. I.G. Tom. II.) Tc tho

Accusa-  
 tiones  
 quotu-  
 plices?

tho der antwerde is. Tho dem vierden klagen sy ouer den, de VORFLÜCHTIG is. Dici ergo potest accuratius, alias fuisse accusationes eorum, qui ἐπ' ἀποφάσῃ, in handhaffter that, deprehensi essent, alias eorum, quorum iam hesternum erat crimen, (eine übermächtige that:) in utroque vero permultum interfuisse, praesens esset delicti auctor, an eum alio fuga abstulisset. \*)

\*) Definitiones horum criminum nobis non inuidit SPECVLATOR SAXO Lib. II. art. XXXV. Handhaffte that ist das, so man einen begreiff in der that, oder in der flucht der that, oder daß er dieberey oder raub in seinen gewehren hat, da er selbst den schlüssel zutrüge an seiner seiten, es wäre dann ein solch ding, das ihm ein ander wohl in sein gewehr zu einem fenster eingestossen haben möchte. Denn so möchte man ihm keine handhaffte that angezeugen. Et rationem cur vocetur handhaffte that, hanc reddit auctor des RICHTSTEIGES Cap. XXX. wylen die dat einem manne also thogebestet is, als oft yt eme tho der hand kleuede. Contra hesternum facinus IDEM REPKOVIVS ibid. artic. XXXVI. ita describit: Wer aber den andern tag seine dieberey oder raub bey einem manne findet, der das offenbahr gekaufft hat, vnd es vnverhohlen gehalten, vnd des gezeugen hat, den mag man keiner handhafften that daran beschuldigen, ob man wohl findet die dieberey vnter ihm, er habe dann vorher sein recht verlohren, vnd sey anrüchtig. Quisquis ergo non eodem die in ipso facinore deprehensus accusabatur, eius delictum hesternum, vel eine übermächtige that, adpellabatur.

### §. CCCXIII.

Accusa-  
tio faci-  
noroso-

ἐπ' ἀποφάσῃ deprehensus reus cum clamore  
ducebatur in ius, eiusque rei exempla addu-  
cit

cit auctor SPECVLI SAX. *Lib. II. art. LXIV.* eos, rum  
 qui de stupro violento, virgini vel mulieri il- *ἐπ' ἀγ-*  
 lato, vel de furto, vel rapina, in qua quis fuerat *το φάρα*  
 deprehensus, conquerebantur, qui occisi ca- *depre-*  
 dauer ad tribunal ferebant: qui scientes, vbi *henfo-*  
 fur latitet, iudicis opem flagitabant: de qui- *rum*  
 bus omnibus monet, *ſie ſollen das klagen mit* *more.*  
*geriffte durch der handhaſten that, vnd durch*  
*der noth willen, die ſie da beweifen ſollen.* Ri-  
 tum ita describit auctor des RICHTSTEIGES *Cap.*  
*XXXI. Wenne dat dingh gebeget is: (quod quo-*  
*modo fiat, ſupra Lib. III. §. XXVIII. oftendimus.)*  
*ſo late dy klegger den brockhaſtigen butten deme*  
*dinghe, vnde kome othmodichliken vnde driiſti-*  
*ken, vnde ſpreke: Eya here her richter, ick*  
*blide dorch got eines mannes, de myn wort ſpre-*  
*ke. Wenne denn yenne an ſyn wort gekomen*  
*is, ſo ſpreke de vorſprake. Here her richter,*  
*N. de biddet, dat he mute bringen vor yw in*  
*dat gerichte einen, de he bereden wil, dat he*  
*ſyn mörder, oder ſyn deef oder ſin rouer, oder*  
*ſyn weldener, oder ſyn nottogher, oder ſyn*  
*ouerhurer, oder ſyn vorueſtede mann ſy, vnd*  
*den he in der handhaſtigen daet begrepen heſt,*  
*de noch ſchynbar is, vnd he bewyſen will. So*  
*vragh vort, wo du ene to rechte vor den rich-*  
*ter in dat gebedede ding bringen ſchalt? So*  
*vintme, met deme geruchte, vnd met der bewy-*  
*ſinghe, da du ene mede vorwinnen wult. So*  
*vüre he ene vort vor gerichte, vnd ſchrye vp*  
*dem wege. THO YÖDVTE \*) ouer mynen morder,*  
*oder wo de brocke ſy, vnd ouer des landes rechte*  
*morder. Wenne he denne ene in dat gebedede ding*  
*gebracht heſt, ſo ſtille ſy de vronebode.*

- \*) De hoc clamore iam supra aliquoties diximus, ostendimusque, alicubi clamari *zeter*, alibi *wapen wapen*, alibi *Iodute*. De prioribus vocabulis, quantum satis est, diximus. At quid illud *Iodute*, quae adhuc saeva interminantium vox est in Westphalia, ubi frequenter auditur paroemia: *Ick will dick schlaen, du schalst Iodut ropen*. Notum est, quid vulgo narrent de Saxonum tropaeo, post praelium ad siluam welpsholz feliciter cum Henrico V. commissum, statuto, quod *S. Adiuutorium*, et a plebe rustica *S. Iodute* adpellatum, et religiose cultum fuerit. CRANZ. *Metrop. Sax. Lib. V. Cap. XXXVI*. Atque inde huius clamoris originem arcessit HENR. VAGEDES in *pentade quaest. hist. quaest. I. p. 288*. Enimvero ne ipsi quidem CRANZIO persuaderi hoc potuit, cui illa vox quiritantium nescio quid Italicum vel Gallicum sonare, idemque esse videtur, ac *io adigte mi*. Ego mihi nondum liquere, fateor, adeoque rem in medio relinquo.

## §. CCCXIV/

Formu-  
la eos-  
dem ac-  
cusandi.

Peracto clamore, imperatoque ab adpartitore silentio, postulabat accusator interloquutionem, an rite ad accusandum processerit, simulque ipsam accusationem proferebat. Hinc pergit auctor des RICHSTEIGES *Cap. XXXI*. *So spreke de vorsprake: Here her richter, will gy dorcb got, vnd dorcb des rechten willen N. wort vort horen. So spreke he: Here her richter, he wete vorwar vnde wetliken, wenne em leff is, dat he eme rechte dat, vnde bidde eynes ordels, efft he N. so met syne geruchte, vnd mit der hanhafften daet vor dat gericht hebbe gebracht, als he syne klage yegen eme mogen anstellen so rechte, edder wat dar rechte vmmes sy? So vintme, he moge, he sehe, dat*



dat he rechte du. So spreke vort: Here ber  
 richter, so steit hir N. vnde kloget vnsen heren  
 Gode vnde yw in, Godes stede, dat N. sy geko-  
 met wedder God, onde wedder recht, vnde heb-  
 be eme jammerliken affgemordet synen leuen  
 frunt, \*) edder he hebbe eme geweldighliken  
 affgerouet syn pert - N. will he des bekennen,  
 dat mach he don: will he des auer versaken,  
 so will he des eme vorwinnen, wo yt eme tho  
 rechte ghedeylet wert, vnd bidde rechtes ge-  
 richtes over den vorbenomeden myssdedighen  
 man, vnde bidde enes ordels, bere ber richter,  
 wat sy nur dartho don scholen, dat em heyden  
 recht geschee? So spreke de richter: N. des  
 vage ick yw. So vintme: dat he N. tho der  
 antwerde byde. Dat vintme ok anderwerue  
 vnde dritte werue.

- \*) Hoc casu ipsum cadaver simul ad tribunal erat fe-  
 rendum. Hinc statim insequente *capite XXXII.*  
 vbi de rei defensione agitur, auctor addit: *este*  
*de dode dar yegenwardisch sy: idque deinde in se-*  
*quentibus aliquoties repetitur. Rem accuratius*  
*describit auctor IVR. PROV. SAX. Lib. III. art. XC.*  
*Wird auch einem manne sein freund erschlagen, er*  
*mag ihn wol begraben, ob er wol weiß, wer ihn er-*  
*schlagen hab, er hab denn der klagen über jenem mit*  
*dem TODTEN COERPER ebe begunst vor gerichte, so*  
*muß er mit ihm auch vollklagen, vnd mag sein dann*  
*nicht begraben, obn des richters vrlaub, dieweil die*  
*klage vngeendet ist. Quae omnia mirifice expri-*  
*mi videmus ab AVCTORE des Reinecken, Cap. IV.*  
*V. Fingitur enim ibi gallos quosdam gallinaceos*  
*cum clamore ante regem, leonem, adducere ca-*  
*dauer occisae a vulpe gallinae, eorumque vnum*  
*accusare vulpeculam.*

*Der hennen broeder weren desse twee ,  
 Se repen beyde wrach vn wee  
 Vmme krassevoet , erer suster doet ,  
 Dreuen se ruwe vnd drouenyffe groot.  
 Noch weren twey ander , de drogen de boren ,  
 Men mochte ere drouenyffe vern boren.*

Postea mos inoleuit, loco cadaveris, quod oculos ac nares praesentium offendere videbatur, partem aliquam illius in iudicium ferre, quae vocabatur *das leibzeichen*. Explodit hunc morem, eumque nec vllius utilitatis, nec Saxonicus iuris esse, existimat KIL. KOENIG. in *Processu* p. 673. sed quod ad posterius attinet, in eo eum errare, vel solus locus, paullo ante ex iure Sax. provinciali adductus, argumento est. Attamen ipse pergit: *Will man aber ie darüber ein leibzeichen nehmen, das mag man der gewohnheit zu gefallen thun. Vnd wiewol man etwan hat ganze hände oder finger abgelöset: so nimmt man doch zu dieser zeit, an dem enden, da man der gewohnheit nach handeln will, gemeiniglich nicht mehr, denn irgend ein stük von dem kleide des entleibten, oder ein lock haars.* Similia reperias apud RAVCHDORN. *Pract. crim. Part. V. Cap. III.* CARPZ. *Part. III. quaest. CXXXVI. n. XCIX.* PAVLL. ZACHIAM *quaest. med. legal. Lib. V. tit. II. qu. VIII. n. 8. p. 387.* KEYSER in der *anweisung zum inquisition- vnd achts- process Cap. V. §. XIII. pag. 137.* vbi et sua aetate, (scripsit autem libellum anno MDCLXXVI.) in iudicio municipali Altenburgensi ritum hunc obseruatum esse, tradit. Similiter in aliis iudiciis publicis operam dabant accusatores, vt corpus delicti ante oculos esset. Nam et furis manifesti tergo res furtivae illigabantur, vt eas ad tribunal ferret, ceu constat ex GLPSSA ad *Weißbild. art. XXXVI.* et *auctore des RICHTSTEIGES Cap. XXXII. p. 34.*

## §. CCCXV.

Non multo aliter accusabatur reus, *ἢ* *αὐ-* Accusa-  
*τὴν* *φύσιν* deprehensus, sed qui tamen aufuge- tio rei  
 rat. Hunc enim accusator cum clamore depre-  
 sequebatur, persequentique ciues omnes hensi,  
 opem ferre et fugientem sistere tenebantur. sed aufu-  
 gientis.  
 Immo etsi reum in aliam ciuitatem fuga abstu-  
 lerat: ciues tamen illum exhibere cogeabantur  
 accusatori et iudici sub poena praescriptionis.  
 IVS PROV. SAX. *Lib. II. art. LXXI. sequ.* Sin,  
 qui deliquerat, ita aufugisset, vt non consta-  
 ret, vbinam gentium latitaret: accusator eum ni-  
 hilominus eodem die, antequam hesternum fie-  
 ret delictum, accusabat, et absente iudice coram  
 adparitore accusationem proferebat, eiusque  
 is effectus erat, vt absens ob delictum pro-  
 scriberetur. IVS PROV. SAX. *Lib. I. art. LXX.*

## §. CCCXVI.

Et talis quidem erat accusatio hominis fa- Itemque  
 cinorosi, in ipso delicto deprehensi. Si quis non de-  
 cautius mercatus ita deliquisset, vt in ipso fa- prehensi.  
 cinore non opprimeretur, is praesens accu-  
 satatur quidem cum clamore, \*) si speraret  
 accusator, se eum ferro conuicturum, sine cla-  
 more vero, si singulare certamen inire nollet.  
 IVS PROV. SAX. *Lib. II. art. XXXVI.* Etiam  
 hunc ritum accurate, vt solet, describit *auctor*  
*des RICHTSTEIGS Cap. XXXIII. Is dyn klage*  
*vernachtet, so hege der richter ein ding, als*  
*biervor gesecht is. So spreke des klegers vor-*  
*sprake afsus: Here her richter. N. de biddet*

eines ordels, wo he syne klage anstellen solle ouer einen synen vredebreker, etc. dat yt em tho syneme rechte hulplik sy. So vintme, he schole sy anstellen met syne geruchte, als be em vorwinnen wil. So vrage he vort, efft dat geruchte solle vor der klage gan, oder de klage vor deme geruchte? So vintme, dat geruchte scholle vorgaen, wente dat is der klage beginn. So biddet he, dat he yt schryen mute. So sprekt de richter: Ick gunnes wol, efft des em noth sy. So schrye de sackerweldige suluen ouer N. vnd ouer vnrechte wolt. Also do he anderwerff, vnde dritte werff.

\*) Clamorem ex his iudiciis plane exulare debuisse censet doctissimus THOMAS. de occas. concept. et intent. constit. crim. Carolinae §. XI. idque procul dubio collegit ex IVR. PROV. SAX. Lib. II. art. LXIV. Wo keine handhuffte that ist, da muß man ohne geruffte klagen, ob man es ohn schaden bleiben will. At auctor des RICHTSTEIGES diserte ait, in his quoque causis hesternis accusationem cum clamore esse proferendam. Immo et ipse REPOVIVS Lib. II. art. XXXVI. mentionem faciens iuristi nec manifesti, furem, si rem vltro reddere nolit, cum clamore esse accusandum, tradit: *Wiedert er des, so schreie er über ihn das geruffte.* Sed haec sibi inuicem non aduersantur. Clamorem enim et hoc casu utebantur, si in promptu essent ipsa rerum testimonia, et accusator ferro contendere vellet. Hinc verba iudicis: *He schole de klage anstellen met syne geruchte, als be em vorwinnen will:* id est, licere accusatori cum clamore accusare, si reum ferro a se vinci posse, speret. Quid si defugeret certamen? Tunc non sine periculo quis accusabat cum quiritatione: eoque pertinent verba SPECVLATORIS: *man muß ohne geruffte klagen, ob man es ohn schaden bleiben will.* Nam si deinde

deinde succubisset accusator, et multam et wer-  
geldum soluebat, vti obseruat ZOBELIUS in glossa.

### §. CCXVII.

An eadem omnia obseruarint Sueui: non An haec  
facile dixerim. Sane et horum ius aliquoties <sup>omnia et</sup>  
meminit *der hand-gethat*, veluti *Cap. CLXI.* <sup>Sueui</sup>  
*Wen man mit der handgethat begreiffet, den soll* <sup>obserua-</sup>  
*man für gericht führen.* Et *Cap. CV.* *Man* <sup>riant?</sup>  
*soll auch in gebundenen tagen wol richten, ob*  
*ein man begriffen wird mit der hand-gethat,*  
*denn den schirmen die gebunden tag nicht.* Sed  
non tam accurate in hoc iure agitur de cla-  
more ipsoque accusandi modo, nec reliqua,  
quae de more cadauera occisorum in iudi-  
cium ferendi diximus, in illo Sueuorum  
speculo reperi: vt adeo rem in medio relin-  
quere cogar.

### §. CCCXVIII.

Proximum est, vt et de CUSTODIA et EX-Custodia  
HIBITIONE REORVM quaedam disseramus. Et et satis-  
quidem apud veteres quoque Germanos car- datio  
ceri mancipatos esse reos, satis patet ex LE- reorum  
GE WISIG. *Lib. VII. tit. IV. §. IV.* vbi et de apud ve-  
*catenatico*, commentariensis commmodo, agi- teres.  
tur, EX LEGE LANGOB. *Lib. I. tit. XXV. §. LIV.*  
vbi carcerum subterraneorum fit mentio, in  
quos fures per aliquot annos poenae nomine  
detrudebantur, denique EX CAPTVLAR. *Lib.*  
*VI. §. CVI.* vbi Imperator tribus diebus festis  
maioribus reos, catenis constrictos, solui iubet,  
vt sacris interesse, et paullo lautius prandere  
possint.

possint. Attamen et fideiussores vel vades aliquando acceptos esse, iam supra observavimus.

### §. CCCXVIII.

Apud  
Saxones  
et Sue-  
vos.

Idem et medio aevo apud SAXONES et SVEVOS observatum video. His multum interesse videbatur, in ipso delicto capitali aliquis esset deprehensus, an postea demum eius suspicionem incurrerit, vel criminis levioris sit accusatus: Priore enim casu abscisse in vincula publica ducebatur, si vel maxime datis fideiussoribus de iudicio sisti cauere vellet: priore carcere liberabatur, si satisdaret. IVS PROV. SAX. *Lib. I. art. LXI. Wer keinen bür- gen haben mag, den soll man behalten in des richters gewalt, ob der da kein erb hat, vnder umb vngericht klaget, oder ob die klag auf ihn gehet. Add. Lib. III. art. XVII. IVS PROV. SVEV. Cap. CLIII. der richter soll keinen bür- gen ohn den kläger, da es umb einen todschlag ist, oder umb einen rechten strassen-raub. Denique IVS PROV. SAX. Lib. II. art. IX. Umb ei- nen gefangenen mann soll man bür- gen geben, er sey denn in der handhafften that begriffen. \*)*

\*) Sed quum plerumque de multa tantum et satisfactione securus esse deberet actor, si crimen non esset capitale: in tantum fideiussores spondebant, quanti esset wergeldum. IVS PROV. SAX. *Lib. III. art. XII. Wird auch die klage getaget, er bedarff nicht höher bür- gen setzen, dann für sein webrgeld, ob wol der klag en viel ist. Et Lib. II. art. X. Nie- mand ist pflichtig, höher bür- gen zu setzen fürs ge- richt, dann sein webrgeld stehet, es sey dann schuld,*  
die

*die er bekennet, oder die mit recht auff ihn gebracht wird.* Hinc liber etiam erat a satisfactione, si bona immobilia in ea iurisdictione possideret, quorum pretium wehrgeldi quantitatem superabat. IVS PROV. SAX. *Lib. I. art. LXI. et Lib. II. art. V.*

## §. CCCXX.

Ex quibus locis et hoc discimus, eandem Accusa- fuisse accusatoris ac accusati conditionem. tor quo- Vtrumque enim in carcere habitare oportebat, si fideiussores reperire non possent. que, non CAPITVL. *Lib. VII. §. CCCXXXVIII.* At in eo ta- fatidans, in men mitius agebatur cum accusatore, quod carcere se semper satisfactione a carcere liberare pos- habita- set, quum reo id non semper esset integrum, bat. si vel poena capitalis immineret, vel ille in ipso delicto esset deprehensus. Et id sibi volunt verba SPECVLATORIS SVEVI *ibid.* *Der richter soll keine bürgen nehmen ohne den kläger, da es umb einen todschlag ist, oder umb einen rechten strassenraub.*

## §. CCCXXI.

Fideiussores reum tenebantur iudici EXHIBERE. Id si non facerent, apud Sueuos eandem poenam subibant, quae subeunda fuisset ipsi reo, nisi hunc mors supplicio subtraxisset: IVS PROV. SVEV. *Cap. CLXI. §. II. et Cap. CCCXXVI. §. I. et II.* at apud Saxones soluto wehgeldo et multa, liberabantur, eamque debebant, etiam si reus soluendo esset, quia iudex et accusator eius fidem fuerant sequuti, uti recte obseruat GLOSSATOR. IVS PROV. SAX.

SAX. *Lib. III. art. XI.* Immo et tunc liberabantur vades, si quidem ipsi reum sistere et exhibere non possent, at ipse reus, fretus innocentia sua, ultro adesset. IVS PROV. SAX. *ibid.* *Wer aber bürge wird eines mannes für gericht, ihm fürzubringen, vnd kommt dann der mann selbst für, ohne seinen bürgen, vnd beut er sich vor gericht zu recht, vnd mag es darnach gezeugen, er hat seine bürgen damit gelledigt.*

§. CCCXXII.

Quomodo a commentariensi?

Multo magis ergo commentariensium erat, exhibere captiuos, ac eos ita curare in vinculis, vt exhiberi possent. Qua in re verbosus est SPECVLATOR SVEVVS, qui *Cap. CXX.* monet, non eidem carceri includendos esse masculum et feminam, ne in Venerem ruant: itemque diligenter custodire captiuos debere commentariensem, alias omne damnum pensaturum, si aufugientes e fuga retrahere nequeat. Quin in BERGERIANA *editione p. 363.* singulare occurrit caput sub rubrica: *aber von vanknuß*, quod in MEICHSNERIANA desideratur, quo cauetur, eos, quibus petentibus quis in vincula coniectus sit, ad alimenta illi constituenda esse obligatos, \*) ad eaque praestanda a iudice cogi debere. Si vero in mora sint, adeo, vt captiuus fame pereat, et iudicem, et eos, qui ad alimenta obstricti fuerint, tamquam homicidas inedia expiare delictum, et praeterea singulos regi exsoluere debere multam XX. librarum, (*ir yedweder mit tzwinzig pfunden irer lannd-phennig.*)

\*) Qui



Qui in causa fuerant, vt innocentes in vinculis publicis haberentur, eos in Saxonia ad iustitiam, quae ibi vocatur *emenda Saxonica*; (*sic Sachsenbusse*.) teneri, iam supra (Lib. II. Part. II. §. CCCLXV.) obseruauimus, quo nos referimus, id tantum iam obseruantes, leges ne eum quidem casum praeterire, si quis captiuum in ius vocatum vi eximisset. Eo enim pertinent verba *РЕРКОВИ Lib. III. art. IX. Welcher mann einen beklagten vmb vngericht gewaltiglichen dem gerichtte entfubret, wird er gefangen mit gerufft, er soll gleiche pein jenem leiden. Kommt er aber hinweg, man echtet ihn zu hand, also dass man ihn in der handbafften gesehen habe vnd beschrieen mit geruffte, vnd man des auch gezeugen mög.*

## §. CCCXXIII.

Accusatum reum, et in vincula ductum, *Defen-*  
*DEFENDERE* se oportebat. \*) Quemadmodum *sio rei*  
 vero iam olim Graecorum Romanorumque *quoru-*  
 rhetores obseruauerunt, quatuor generum esse *plex?*  
 reorum *αντιπροβολην*, dum aut negant id a se  
 factum, quod accusator intendit, aut, factum  
 illud a se esse, fatentur, sed illud in hoc deli-  
 ctum incidere negant, aut rei id se iure fecisse,  
 aut certe non tantam poenam commeruisse  
 contendunt: ita non est dubium quin eodem  
 modo apud Germanos aetoris intentionem depulerint  
 criminum rei. Plerumque tamen vel factum,  
 vt fit, *NEGABANT*, et tunc damnari non poterant,  
 nisi confessi aut conuicti: *CAPITVL. Lib. V. §. CLVI.* vel  
*EXCEPTIONIBVS* quibusdam, siue dilatorijs, siue  
 peremptorijs, sese tuebantur. Quae omnia  
 ex *auctore des RICHTSTEIGS* et medijs aevi legibus  
 rectius, quam ex antiquis, intelliguntur.

Eam

\*) Eam vero defensionem non ipse solus fuscipiebat, quum plerumque perturbatio animi et periculi magnitudo homines reddere soleat consilii inopes, sed adhibitis in consilium cognatis et amicis, qui eum comitabantur ad tribunal, dumne eorum plures essent, quam triginta. IVS PROV. SAX. *Lih. II. art. LXVII. Wer umb vngericht beklaget wird, der mag nicht mehr, dann dreyfig mann mit sich fubren für gerichte. Wann sie dann fürkommen, so sollen sie keine waffen tragen, ohne alleine schwerdt.*

### §. CCCXXIII.

Quomodo facta  
litis con-  
testatio?

Ex eo vero auctore laudatissimo patet, reum, audita accusatione, primum implorasse iustitiam, et petiisse defensorem, qui pro se verba faceret. Formulam habes *Cap. XXXII. Here her richter, ik bitte yw dorch GOtt vnd alle, die hier vmmie staen, dat yw nenes vnrecht an my staden, vnde myn blut nicht tho vnrecht gyten, vnd bidde eines mannes, de myn wort sprecke.* Datus aduocatus vel defensor litem contestabatur pro reo, si nulla exceptione dilatoria esset munitus, & ita quidem, vt modo iure id eum fecisse contenderet, e. g. *Here her richter, wil gy horen N. wort? N. biddet dat gy em laten daromme en recht ordel werden. Nademe dat he N. den vromen mann ny wedder dorch hat, noch dorch nener sacke wille, wenn dorch rechten notwere gevellet hefft, dat he bewysen will met synes sulues lyue, vnde met bedderuen luden, vnde wo he yth tho rechte bewysen schal? eff me ene dorch notwere mort moge ansprecken, oder wat dar en recht vmmie sy?* modo delictum negaret,  
et

et accusatoris probationem elideret, e. g. *Here, her richter, so steit hir N. de bedderue man, vnd biddet, dat gy sehen, vnde laten yw ontfarmen de nodt vnd de gewalt, de eme N. tho vnrechte anleget, (vnd wise denne de bende edder de wunden, vnde sprecke vort,) vnd bidde enes ordels. Nademe dat he eme tho eineme vredebrecker bereden wolde, vnde des nicht don ne mach, est he den vrede icht an em gebrocken hebbe, edder wat dar ein recht vmme sy?*

## §. CCCXXV.

Sæpe vero reus EXCEPTIONIBVS vel pe- Quales  
remtoriis, vel dilatoriis, quantum poterat, sese ab eo  
tuebatur. Sic enim aliquando accusatori opposi-  
obuertebatur exceptio inhabilitatis, veluti tae ex-  
quod sit proscriptus. *IVR. PROV. SAX. Lib. III.* ception-  
*art. XVI. SVEV. Cap. CXXIV.* aliquando litis nes?  
pendentis, veluti si quis a pluribus eiusdem  
criminis accusaretur, *IVR. PROV. SAX. Lib. III.*  
*art. XII.* aliquando reus praescriptione fori  
vtebatur, veluti si ingenuus accusatus prouo-  
cetur ad singulare certamen extra iurisdictionem,  
(*in einen außwärtigen gerichte, da sein handmal nicht innen lag:*) *IVR. PROV. SAX. Lib.*  
*III. art. XXVI.* aliquando exceptione non  
competentis actionis, veluti si filius ex delicto  
mortui parentis, *IBID. Lib. II. art. XVII.*  
*SVEV. Cap. CXVIII.* vel dominus ex delicto  
serui vel famuli conueniretur. *IBID. Lib. II. art.*  
*XXXII.* Passim etiam reorum defensores  
vfos esse animaduertimus aliis exceptionibus,  
quibus feralem sententiam vel amolirentur,  
vel

vel different, veluti linguae accusatoris sibi ignotae, *IB. Lib. III. art. LXXI. feriarum, \*) infantiae, furoris, imminenti partus, et similibus. RICHTSTEIG. Cap. XXXII. p. 36.*

\*) Neque tamen haec exceptio proderat reo, in flagranti delicto oppresso. *IVS PROV. SAX. Lib. II. art. X. et multo clarius IVS SVEV. Cap. CV. §. II. Man soll auch in gebundenen ragen wohl richten, ob ein manu begriffen wird mit der handgebat, dann den schirmen die gebundenen togen nicht. Hinc apud auctorem des RICHTSTEIGES *ibid.* defensore rei petente dilationem ob ferias, (nademe dat yt gebunden ryd were,) accusatoris aduocatus contradicit, et petit interloquutionem: *Nademe dat yt eine hanthaffte daet sy, est he. syn recht tho hant icht lyden schole?* Et additur: *So vintne, he schole.**

### §. CCCXXVI.

Absentes qui se non defendebant, proscribentur tum a veteribus.

Si fuga abstulisset reum, isque adeo se plane non defenderet, omnibus paene originis Germanicae gentibus sollemnis erat proscriptio. Quamvis enim ea essent aequitate, ut absentes accusari non paterentur: *LEG. SAL. tit. XX. §. I. et II. CAPITVL. Lib. V. §. CLIX. Lib. VI. §. CCLXXIX. Lib. VII. §. CXLV. CLIV. et CCLXXI. Addit. Ludovici Pii III. §. LXVII. et addit. IV. §. VII. id tamen de laudabili tantum absentia videtur intelligendum. Nam latrones fugitivi, aliique facinorosi homines, accusati absentes, et frustra quaesiti, legitimis demum citati edictis, proscribentur, quod veteribus erat *forbannire (verbannen. \*)* *LEG. RIPVAR. tit. LXXXVII. LEG. LANGOB. Lib. I. tit. XXV. §. LXII. sequ.**

CAPITVL

LIB. III. §. XLIX. sequi. Ex quibus  
 patet, simul patet, comitem de hac pro-  
 scriptione vicinos certiores facere, eosque  
 monere debuisse, ne proscriptis receptum da-  
 rent, eos vero, qui facerrimos istos homines  
 receperunt, certa pecuniae summa  
 multatos, vel flagris caesos esse.

¶ Dicitur hi proscripti sunt VARGI vel WARGI, de quo  
 vocabulo nos iam supra agere, meminimus (Lib.  
 II. Part. II. §. XLIX.) Attamen paulo satius pa-  
 tet hoc vocabulum, ut et eos, qui praesentes ob  
 delictum aliquod grauius in exilium agebantur,  
 comprehendat, ut discimus ex LEGE SAL. tit.  
 LVII. §. V. et RIPAR. tit. LXXXV. Nos iam  
 obseruamus, proscriptionem Francis duorum fuisse  
 generum, *maiorem*, qua quis toto imperio exesse  
 iubebatur, et *minorem*, qua intra territorii vel  
 iurisdictionis fines minus securus erat: quarum  
 illa IRBANN: haec MEZIBANN vocabatur, a *mez*, ter-  
 minus vel finis, vnde *geui meiz* pagi vel *gouee* fi-  
 nes, apud OTFRID. Lib. I. Cap. XX. v. 15. CAPITVLAR.  
 CAROLI M. I. tit. DCCCIX. §. XI. De MEZIBAN;  
*id est, de latrone forbannito. Us nonisquisque con-  
 mes alio mandet, ut nullas eum recipere audeat.*

### §. CCCXXVII.

¶ Iisdem postea moribus et SAXONES, et SVE-  
 VI viuebant, qui et ipsi proscribebant absen-  
 tes, et fugitiuos, tribus edictis citatos. IVS PROV.  
 SAX. Lib. I. art. LXVII. *Wen man vor gerich-  
 te beklagt, ist er da nicht gegenwärtig, man soll  
 ihn tage dingen bis zu dem nächsten dinge.  
 Wann man aber klaget umb VNGERICHT,  
 das nicht an den hals gehet, über den, der nicht  
 gegenwärtig ist, den soll man tage dingen drey-  
 mal, ja über vierzehñ nacht. Klagt man aber  
 (E. I. G. Tom. II.) V v über*

Tum a  
 Saxoni-  
 bus et  
 Suenis.

über einen schoeppenbar-freyen mann auferhalb  
 seinen dingstatt, das an seinen leib gehet, den  
 soll man tage dingen drey mal, immer über  
 sechs wochen. Wer nicht vorkommt zu dem  
 dritten dinge in peinlicher klage, den ächtiget  
 man. Umb anders keine klage soll man den  
 man ächtigen, ohne umb die, die an den leib,  
 oder an die hand gehet. Similia sunt in SPE-  
 CVLO SVEVICO Cap. XCI. §. I. II. nec non in  
 IVRE PROV. SAX. Lib. I. art. LXVI. LXVIII.  
 LXX.

## §. CCCXXVIII.

Proscri-  
 ptio  
 vel  
 MAIOR  
 quatuor-  
 plex?

Erat et ea tempore proscriptionis vel MINOR,  
 vel MAIOR, die acht oder verfestung vnd ober-  
 acht: quarum illa reo in territorio vel iu-  
 risdictione quadam particulari; haec in uni-  
 uerso imperio ius secure commorandi adime-  
 bat. Minorem proscriptionem passus capi ab  
 vnoquoque, & iudici exhiberi, at non occidi  
 poterat, nisi telo se defenderet. \*) IVS PROV.  
 SAX. Lib. I. art. LXVI. SPEC. SVEV. Cap. CLI.  
 maior vero proscriptionis etiam cum vitae pericu-  
 lo erat coniuncta, vti ostendit ZOBEL. *addit. ad*  
*Lib. III. art. XXXIV.* A iudice inferiore pro-  
 scriptus in contumacia perseverans, etiam a  
 comite proscribatur, si illi iudex inferior  
 proscriptionem, a se decretam, testibus  
 probasset: et denique ipsam maiorem proscrip-  
 tionem incurrebat. IVS PROV. SAX. Lib. I. art.  
 LXXI. *Wen der gebohrne gografe. oder be-*  
*lebnte richter verächtiget, zeuget er seine acht*  
*vor*

*vor des grafen , ex. gewinnet des grafen acht.*  
*Also gewinnet auch der grafe mit feiner acht*  
*des königs acht. conf. SPEC. SVEV. Cap. XCVIII.*  
 Contra a maiore proscriptus iudicio, semper  
 etiam a minore proscriptus censebatur. IVR.  
 PROV. SAX. Lib. II. art. XXIV.

¶ Hinc et eo tempore nemini licebat proscripto re-  
 ceptum dare, eique, qui id sciens dolo malo fe-  
 cerat, multa irrogabatur. IVS PROV. SAX. Lib. III.  
 art. XXIII. *Wer berberget oder speißt wißentlich*  
*einen geächten mann, er muß darum wetten. Wu-*  
*ße er aber nicht, daß er geächtet war, er entredet*  
*das mit feiner unſchuld.* At ſenior hic est SPECULA-  
 TOR SVEV. Cap. CL. qui proscriptum recipienti eam-  
 dem irrogatam vult poenam, quae ipsi proscripto  
 fuisset subeunda: immo et moenia eius urbis di-  
 rui iubet, in qua proscripto ius palam commo-  
 randi datum esset. Alibi tamen eum, qui pro-  
 scripto receptum dederit, manus amputatione  
 puniri, tradit. Cap. CLV.

### §. CCCXXVIII.

Quamvis vero satis atrox esset haec pro- Quo-  
 scriptionis poena: non tamen fraudi erat modo  
 innocenti, quippe cui integrum erat, se. exil- quis ea  
 la eximere, si fide publica euocatus, datis fi- exem-  
 de iussoribus, iudicio se sistebat, seque inson- tus fue-  
 tem esse demonstrabat. IVS PROV. SAX. Lib. rit?  
 III. art. XVII. et XVIII. Lib. II. art. IV. et  
 VII. Si in maiorem proscriptionem incidisset,  
 eodem modo sese eximebat, at iura sua  
 amissa non recuperabat, nisi Imperatori mili-  
 tasset: s. Lib. I. art. XXXVIII. Add. Lib.  
 III. art. XXXIV. Eximi proſcriptione inno-  
 cens solebat a iudice et plebe, (*vom land-*  
V v 2
volk)

volk) certo ritu, qui in IVRE PROV. *Lib. II. art. IV.* ita describitur: *so soll ihn der richter und das landvolk aus der acht lassen mit finger und mit zungen, denn man ihn auch so in die acht thät.* Quod procul dubio de sublati a plebè digitis, et de clamore eius, intelligendum est.

## §. CCCXXX.

Eius va- Si quis vero non daret operam, vt pro-  
rii effe- scriptione eximeretur: effectus eius erant va-  
ctus. rii. Nam 1) qui sex hebdomadas, vel, si la-  
trocinii causa in hanc poenam incidisset, XIV.  
dies in ea perseverauerat, ab episcopo etiam  
excommunicationis fulmine feriebatur. Si 2)  
in utroque banno latro alias sex hebdomadas,  
vel alius facinorosus annum et diem perse-  
uerabat, infamia notabatur, et bona eius  
omnia a fisco occupabantur. IVS PROV. SAX.  
*Lib. I. art. XXXVIII.* SVEV. *Cap. CLX. §. VIII. et*  
*CI XXVI. et XCVIII.* Praeterea 3) ei non  
proderant dies vel feriarum, vel induciarum,  
(*die gebundene tage,*) *IBID. Cap. IV. nec 4),* ei vel  
sententiam ferre vel 5) eandem reuocare, nec  
6) iurare in iudicio, nec 7) alium conuenire  
licebat. *IBID. Cap. CXIII. CXXIV.* IVS FEVD.  
ALAM: *Cap. XXVI.* IVS PROV. SAX. *Lib. III. art.*  
*XVI.* Denique 8) si proscrip- tus vel maxime  
proscriptione eximeretur, seque insontem esse  
ostenderet: omnibus tamen iudicibus, a qui-  
bus fuerat proscrip- tus, certam debebat mul-  
ctam, quae a SPECVLATORE SVEVO vocatur *Cap.*  
*XCVIII. XCIX. die achts-schätzung,* vbi addi-  
tur



*jur ratio: Das ist darumb gesetzt, daß man die  
echt fürchte, und schier davon komme.*

## §. CCCXXXI.

Iam porro incidit quaestio, quomodo Rei  
CONVINCI consueverit reus, qui factum nega- quibus  
rit. Et apud antiquos quidem dubium non modis  
est, quin TESTIBVS vel maxime vsi sint ad reos conui-  
conuincendos, aliquando tamen si magna et sti?  
iusta esset suspicio, DIRIS QVAESTIONIBVS subi-  
ciebant eos, aut si conuinci vel ad confessio-  
nem adigi nulla ratione possent, eos suspicio-  
nem vel IUREIVRANDO, vel PURGATIONE aliqua  
vulgari elidere cogebant. Enimuero quum  
de testibus, iureiurando, ipsisque purgationibus,  
(quae media eruendi veritatem publicis pri-  
uatisque iudiciis communia erant,) iam su-  
pra, quantum satis est, dixerimus: superest, vt  
de diris quaestionibus quaedam subiiciamus.

## §. CCCXXXII.

Non dubium est, quin lubricum illum et An et  
fragilem veritatem inuestigandi modum a diris  
Romanis didicerint gentes Germanicae. Eum quae-  
stioni-  
bus vsi  
fint ve-  
teres?  
enim vix ab vlla gente Germanica vsu rece-  
ptum fuisse, animaduertimus, quam a WISIGO-  
THIS, OSTROGOTHIS et FRANCIS. Et FRANCI qui-  
dem seruilis tantum conditionis homines di-  
ris quaestionibus subiiciebant, \*) apud eos-  
que valebat regula: *Si talis causa est, vnde  
ingenuus DC. denarios, qui faciunt solidos XV.  
componere debeat, seruus super scamno trusus  
CXX. ictus accipiat.* LEG. SAL. tit. XLIII. O-

STROGOTHI etiam non temere alios, quam seruos, torquebant. EDICT. THEOD. §. C. At wisigothi in caussis maiestatis, adulterii et homicidii etiam honestiores, in caussis furti, rapinae similibusque viliores tantum homines, quantumuis ingenuos, in equuleo extendebant, dummodo accusator inscripsisset in similitudinem poenae, et caussa quingentorum solidorum summam excederet. LEX WISIG. *Lib. VI. tit. I. §. II.* Quin iidem et seruos certis casibus in dominorum capita torquebant, puta in caussis adulterii, maiestatis, falsae monetae, homicidii, et maleficii. *IBID. §. IV.* Quae factis consentanea sunt legibus Romanis, veluti *l. 1. §. 5. sequ. ff. l. 1. C. de quaest. l. 1. ff. ad leg. Jul. arnon. l. 53. ff. de iudic.*

\*) At aliquando tamen et ingenuos, quin et in dignitate constitutos homines, diris quaestionibus subiiciebant, si quando crimen esset atrocius, vel ad ipsam regiam familiam pertineret. Sane ob calumnias Lendaustis ducis, quibus prosciderat Gregorium Turonensem, eumque in suspicionem stupri, ipsi reginae oblatis, adduxerat, a Riculfo presbytero et ecclesiae Turonensis archidiacono, confessionem dirissimis cruciatibus extortam esse, ipse refert GREG. TVRON. *Histor. Lib. V. Cap. XLIX.*

### §. CCCXXXIII.

Qualia fuerint tormenta legitima?

Qualia vero fuerint apud veteres legitima tormenta, partim ex LEGIS SALICAE *tit. XLIII. §. IV.* partim ex hoc ipso GREG. TVRONENSIS loco, quem paullo ante protulimus, patet. Ex priore enim discimus, seruum extensum in

in scamno, velequuleo, caelumque esse virgis, quae in similitudinem minimi digiti grossitudinem habebant. Quem modum torquendi EX ANT. GALLON. *de SS. martyr. cruciat.* p. 41. multis verbis illustrauit ECCARD. *ad Leg. Sal.* p. 79. sequ. Posterior vero tormenta, quibus Riculfo excruciatu fuerit, hunc in modum describit: *At Riculfo, clericus, ad interficiendum deputatur: pro cuius vita vix obtinui: tamen de tormentis excusare non potui. Nam nulla res, nullum metallum tanta verbera potuit sustinere, sicut hic miserrimus. Ab hora tertia diei, reuinctis post tergum manibus, suspensus ad arborem dependebat, ad horam vero nonam depositus, extensus ad trochleas, caedebatur fustibus, virgis, ac loris duplicibus, et non ab vno vel duobus, sed quot accedere circa miseros potuissent artus, tot caesores erant. Quum autem iam in discrimine esset, tunc aperuit veritatem, et arcana doli publice patefaciebat. Ex utroque ergo loco aliisque apud eundem GREG. TVRON. *Lib. VI. Cap. XXXV. et Lib. VII. Cap. XXXII.* colligimus, tormenta apud Francos potissimum in suspensione rei e manibus, in tergum reuinctis, extensione eiusdem in equuleo, denique in verberibus ac flagris consistisse.*

## §. CCCXXXIV.

Sed in quaestionibus de Riculfo habitis ipsa forte calumniae atrocitas in causa fuit, vt modum non tenerent iudices. Quis enim crediderit, reos omnes per tot horas tam di-

Poena  
eorum,  
qui mo-  
dum ex-  
cesse-  
rant.

ris modis fuisse excruciatos? Alioquin LEX WISIGOTHICA *Lib. VI. tit. I. §. V.* et accusatori et iudici moderationem vnice commendat, et vtrumque ad feruum eiusdem pretii reddendum condemnat, *si temperamentum in tormentis non tenuerint, et ita discretionem legis excefferint, ut is, qui quaestionatus est, mortem violenter incurrerit.*

§. CCCXXXV.

An et medio aeuo tormentis vsi sint Saxones et Sueui?

At haec reos tormentis excrucianti consuetudo medio aeuo paullatim exoleuisse videtur. Neque enim vllum illius vestigium in IVRE VEL SAXONICO, VEL SVÆVICO, deprehendimus, \*) et vtraque gens contenta fuisse videtur purgationibus vulgaribus, quas certius veritatem inuestigandi medium esse, iudicarunt, quam diras quaestiones. Hinc torturam demum cum iure Romano in fora Germanorum irrepisse, existimat SCHILTERVS *Exerc. XLIX. §. CLXIV.* contra multo ante id tempus illam inuexisse clerum, contra haereticos, magosque et sacrilegos faeuientem, et quidem loco purgationum vulgarium, quas Papae e foro proscripserant, existimant THOMAS, *ad tit. D. de quaestion. p. 371. sequ.* et GRIBNER. *diff. de repetit. tormentor. confessio infitiant. §. IV. p. 12. sequ.*

\*) Hinc tormenta et hodie ignorant allaram gentium leges, quibus sanctior mansit moris et iuris patrii custodia. Ignorat sane hanc lanienam Britannia, ex qua ideo multis verbis in eam inuehitur THOM. SMITH *de republ. Angl. Lib. II. Cap. XXVII.* Nec eam vinqum recepit Suecia, si credimus LOCCEN. *synops.*

*Synopsi. In. publ. Saccon. Dig. XXX. quæst. LXXII.*  
*P. 341. Deinde et de Arragonis. idem refert*  
 GOMEZ *var. resol. Tomo III. Cap. XIII.* Id vero  
 eo magis mirandum, quod olim in illo terrarum  
 tractu vigerunt leges Wifigothicæ, quas diras  
 quæstiones recepisse, paulo ante vidimus.

### §. CCCXXXVI.

Et sane acutum, vt solebat, hic vidisse ce-  
 leberrimum THOMASIVM, vel ex eo patet,  
 quod saeculo Christiano XIV, quum non-  
 dum Germanis innotuissent diras quæstio-  
 nes, iam in templarios vbique tormentis fa-  
 uretur, nec prius flammis absumerentur ma-  
 ferrimi homines, quam in equuleo extensi,  
 saeuissimisque tormentis excruciat, mortem  
 non vnam sensissent, vel *inducti comminatio-  
 ne, aut tormentorum adspectu, aut blandis  
 promissionibus illecti, aut carceris inedia crucia-  
 ti, enormissima quæuis de se confessi essent.*  
 CIVIL. DE NANGIACO *contin. ad ann. MCCCVII.*  
*sequ.* Quid mirum ergo, si clericos imitati  
 iudices et ipsi diras quæstiones de reis habe-  
 rent, eaque saeuitia ita glisceret, vt de eius fre-  
 quentia grauiter conqueratur IO. LVDOV. VI-  
 VES *in Comment. ad AVGVSTIN. de ciuit. Dei*  
*Lib. XIX. Cap. VI.*

Quando  
 dirae  
 quæ-  
 stiones  
 in Germ.  
 vsu ite-  
 rum re-  
 ceptae?

### §. CCCXXXVII.

Multo itaque aliter illo tempore rationes  
 inibant SAXONES et SVEVI, qui moris maio-  
 rum tenacissimi, non tormentis, sed vel te-  
 stibus, vel purgationibus, siue canonica, si-  
 ue vulgaribus, ad inuestigandam veritatem

Saxones  
 et Sueui  
 reum in  
 facinore  
 depre-

hentum  
septem  
testibus  
conuin-  
cebant.

utrebantur. Si quis enim in ipso facinore de-  
prehensus cum clamore fuisset accusatus, is-  
que factum negaret: accusator eum conuin-  
cebat suo et sex aliorum iureiurando. \*) IVS  
PROV. SAX. *Lib. I. art. LXVI.* *Wen man in  
bandhaffter that fahet, als er gefangen wird,  
soll man ihn nicht zu bürgen geben, sondern  
man soll ihn für gerichte bringen, vnd selb sie-  
bend soll man ihn überzeugen.* Eodem modo  
conuincebatur reus, ἐν αὐτοφώρῳ oppressus,  
si eum fuga aliquo abstulisset. IVS PROV. SAX.  
*Lib. I. art. LXX.* *Wer mit ungericht vor gericht  
beklagt wird mit geruffte, da er nicht gegen-  
wärtig ist, vnd ehe es übernächtig wird: mag  
der kläger das ungericht gezeügen selb siebend,  
man ächtet ienen, der es gethan hat, all zu  
band.*

\*) Et hunc ipsum esse probandi modum, quem ve-  
teres vocabant *das besiebenen*, iam supra vidimus.  
Addunt alii alterum, *das benufften*, veluti DATT.  
*de pace publ. Lib. I. Cap. I. n. LXVII.* Sed de  
eo THOMAS. *de occas. concept. ac intent. const. crim.  
Carol. §. XV. not. d.* *Benufften* nihil aliud est,  
quam cum clamore accusare reum, in facinore de-  
prehensum. Ergo non erat modus probandi, sed  
sollemnitatis in accusationibus eiusmodi facinorum ad-  
hibenda. Recte, quod ad rem ipsam; perperam,  
quod ad originem attinet. Nam *benufften* est a  
Germanico *nebmen*, adeoque significat in ipso de-  
licto capere, quemadmodum *notbnunfft* vel *notb-  
nunfft* est violenta prehensio vel oppressio, qualis  
fit in stupro violento. Vid. SCHILT. *in glossar. Ten-  
ton. vocibus notbnunfft et nunfft.*

## §. CCCXXXVIII.

Sin quis in ipso facinore non esset oppressus: non poterat per testes conuinci, sed, si integrae fama esset, iureiurando; sin infamis, vel ferro candente, vel aqua feruente, vel singulari certamine sese purgabat. *IVS PROV. SAX. Lib. I. art. XXXIX. Die ihr recht mit dieberey, oder mitraub verlohren haben, ob man sie dieberey oder raubes anderweit beschuldiget, sie mögen mit ihrem eyde nicht unschuldig werden: sondern sie sollen haben dreyerley wahl: das heisse eisen zu tragen für ihre unschuld, oder aber in einen wallenden kessel zu greiffen bis an den elenbogen: oder mit kämpffen sich zu erwehren.*

Non deprehen-  
sus si in-  
tegrae  
famae  
esset, iu-  
re iuran-  
do; sin  
infamis,  
vulgari  
purga-  
tione  
inno-  
centiam  
proba-  
bat.

## §. CCCXXXIX.

Iam nihil supererat, quam SENTENTIA, et ab-  
solutoria quidem, si se purgasset reus, *condemna-  
toria*, si conuictus esset facinoris. Et priore  
quidem casu, postulante rei aduocato, pro-  
nunciabatur, *dat de beschuldigte man ledig  
wade loß sy, nademe dat klager in neuer vndaet  
ene vorwinnen mögen. AVCT. des richtsteiges  
Cap. XXXII. p. 35. Posteriore, postulante ac-  
cusatore: est he yennen der sacke verwunnen  
hebbe, als he tho rechte scholle? pronuncia-  
tur, eum illum rite conuicisse. Pergente ac-  
cusatore: wat des ouerwinnen mannes rechte  
sy? sententia sequebatur; me schalle en enthou-  
ueden: IBID. Cap. XXXV. Et sic actum erat de  
reo, neque quidquam supererat, quam vt  
exsequutioni mandaretur sententia. Id quod*

Senten-  
tia defi-  
nitua  
quoru-  
plex?

mo-

modo ab occisi cognatis, modo ab aliquo scabino, modo ab adparitore, (*dem frobbothen*), factum esse, iam supra monuimus. \*)

\*) Attamen hic iungenda sunt, quae ea de re disse-ruit KRESSIVS *ad constit. crim. art. XCV. sequ. §. II. not. \*\* p. 227.* ubi erudite ostendit, rem non semper ita sese habuisse, sed veteres etiam aliquando vfos esse opera carnificis, nisi locis illis, ex antiquitate Germanica adductis, ipse adparitor, *der frobboose*, sub nomine carnificis latitet.

### §. CCCXL.

Varia,  
quae  
suppli-  
cium an-  
tecede-  
bant.

At priusquam a reo sumebatur supplicium: plura more maiorum erant obseruanda. Nam primo baculus confringebatur, quem ritum satis antiquum esse, ex auctore FLETAE eleganter ostendit KRESS. *ibid. §. I. not. \* p. 220.* ubi *fractio baculi signum iudicii finiti* esse dicitur. Deinde condemnati aduocatus reo petebat honestam sepulturam, cuius petitionis formulam debemus AVCTORI *des richtsteiges Cap. XXXV. p. 44.* \*) Denique carnifex procul dubio securitatem sibi stipulabatur, si forte res male cederet. Saltim ipsa *CONSTIT. CRIM. art. XCVII.* hanc carnificis petitionem, tamquam ritum, iam antea receptum, commen-  
dat.

\*) Hic quoque ipsa auctoris illius verba legi merentur, quae ita se habent? *So vrage denne noch syn vorsprake: Nadenne dat eme syne vordynde pyne tho geordelt is, est me yennige andere pyne em andon mute? So vintme: men we mute. Wenn be de geleden best, so hidde me eme enes vreden. Den schall me en wercken, vp dat, dat me deme doden licham*



lycham negnen laster mer ne byde. So bidde syn  
 vorssprake den lycham vnde den kerkhoff, tho deme  
 werliken vnde geistliken richter, des scholen en de  
 papen staden, yt et sye, dat he tho banne sy, vnde  
 de werlike richter schal des den vorsspraken twiden.  
 Addit auctor elegans epiphonema, ad defensoris  
 officium pertinens: Sus schal en de vorssprake truwe  
 bewysen an dem dode, als an dem levende, an de  
 me he mach.

§. CCCXLI.

Haec vero ad decollationis potissimum  
 poenam pertinuisse videntur. Qui enim ad  
 rotam, vel furcam condemnabantur, iis non  
 concessa videtur sepultura. Semper enim in  
 furcam actos, vel rotas illigatos ibi reperisse  
 sepulturam, iam supra exemplis satis antiquis  
 demonstrauimus. Id vero minus laudari  
 dum, quod maiores nostri, damnatis nullas  
 poene inducias concederent, sed saepe illos  
 eodem die, quo deliquerant accusati que sae,  
 rent, gladio percuterent. Hinc vs. PROV. SAE  
 Lib. I. art. LV. Die sollen die that eilend rich-  
 ten. Et art. LVII. de gograuio electo: Das  
 ist geredet von dem gograffen, den man wehlet  
 an einem rengerichte, allein in bandhaffter that  
 dasselbigen toges zu richten.

sepi-  
 tura non  
 semper  
 conces-  
 sa reis,  
 immo  
 ne prae-  
 paratio  
 quidem  
 ad mor-  
 tem.

Luc. 8.

Exemplum, quod Budstadium, vrbis Thuringiae, vi-  
 dit, habes apud MILLER. *annal. Saxon. ad ann.*  
 MCCCCLXX de eoque iam supra quaedam vo-  
 cidere meminimus. Eodem pertinet, quod ad  
 d. Lib. I. art. LV. adnotat ZOEGERVS, ex eoque ad-  
 ducit THOMAS. *de occas. concept. et intent. conf.*  
*crim. Card. §. VIII. not. 2. p. 73.* Nota, in qua  
 tum hoc statutum vult, quod flagrans delictum cog-  
 nat

*beat ILLICO puniri. Vidi sic obseruatum, quod uterque, tam occisus, quam homicida, eodem sepulcro sunt tumulati.*

### §. CCCXLH.

Paena  
accusa-  
toris ca-  
lumni-  
antis  
apud ve-  
teres.

Et haec quidem obseruabantur, quoties a capitis damnato fuebatur supplicium. Quid, si reus sese purgasset, vel accusator ita defecisset in probatione, vt absolutoriam ferri sententiam oporteret? Tunc accusatorem, tamquam calumniae reum, apud veteres iustas dedisse poenas, eo minus dubitandum est, quo certius ex eorum legibus probauimus, eos non admisisse quemquam ad accusandum, nisi qui in inscriptione sese obligasset ad similitudinem supplicii. Hinc GREG. TVR. *Lib. V. art. XLIX.* tam prolixè refert, quem exitum habuerit Leudastis, Ducis, et Riculfi presbyteri calumnia, quorum ille vagus ac extorris triste exsilium in Britannia inuenit, hic tortus atque excruciat, supremo supplicio vix Gregorii Turonensis precibus exemptus est.

### §. CCCXLIII.

Apud  
Saxones  
et Sue-  
nos.

At apud SAXONES multum intererat, vtrum accusator ab accusatione publica in vniuersum desisteret, an in probatione deficeret, vel ipse reus ita se purgaret, vt absoluendus videretur. Desistens ab accusatione et reo, et iudici, multam soluere cogebatur. IVS PROV. SAX. *Lib. II. art. VIII.* Qui in probatione defecerat, is si reus iureiurando sese purgauerat, impune ferebat accusationem; sin-  
singul-

singulari certamine rem commisit accusator, reusque ex illo victor excessisset, tamen et reo, et iudici mulctam pendebat. *IBID. et Lib. I. art. LXII. et LXIII.* Unico casu, si quis alteri violatae pacis dicam scripseret, et in probatione defecisset, iuri talionis erat locus, ita ut ipsi accusatori violatae pacis poena esset subeunda. *IBID. Lib. I. art. L. et LXXIX.* Cuius rei exemplum ex *AUCTORE des richtsteiges Cap. XXXII. p. 35.* iam supra dedimus.

#### §. CCCXLIV.

Talia erant apud Germanos iudicia publi-  
ca. Si vero, quae diximus, omnia cum *CONSTITUTIONE CRIMINALI CAROLINA* moribusque hodiernis contendamus: manifestum futurum speramus, et I) circa *ACCUSATIONES*, et II) circa *CVSTODIAM* et exhibitionem reorum, et III) circa eorum *DEFENSIONEM* et IV) circa *CONVICTIONEM* eorundem, et denique V) circa *POENAM* et *SENTENTIAM* definitivam permulta superesse antiqui moris vestigia. Quamvis enim id egisse dicatur Carolus V. Imp. ut, in iuncta inquisitione, vetus litigandi modus accusatorius in exilium ageretur: *THOMAS de occas. concept. ac intens. const. crim. §. XXXVI.* res ipsa tamen docet, eum consuetudines veteres plerasque, quae non plane rectae rationi aduersabantur, ratas habuisse, adeoque totum processum criminalem, hodiernum, (si ea, quae ad inquisitionem pertinent, excepteris,)

ceperis,) paene eundem esse cum veteri illo, quem adhuc descripsimus.

§. CCCXLV.

In pro-  
cessu ac-  
cusato-  
rio.

Primo itaque, quod ad ACCUSATIONES at-  
tinet, satis certum est, 1) eas non plane abole-  
uisse Carolus V, quamuis, 2) simul magistra-  
tibus facultatem dederit, ex officio perfequenti-  
di crimina: *CONSTIT. CRIM. art. VI. quin 3)*  
quaestiones illae de criminibus iam multo ante  
haec tempora inotescere paullatim coepe-  
rint in Germania. *KRESS. ad constit. crim. art.*  
*VI. §. V. p. 29. sequ.* adeoque 4) eas magis re-  
tinendas putarit Carolus V. quam in Germa-  
niam inuexerit. Certum quoque est, 5) sua  
magis sponte homines abhorre coepisse ab  
accusando, quam ob constitutionis Carolinae  
seueritatem, ac proinde 6) ipsam necessita-  
tem subegisse iudices, vt vel ex officio facino-  
rosos homines perfequerentur, vel 7) eosdem  
per procuratores fisci accusandos curarent.  
Quod 8) et iis locis, vbi alioquin constitu-  
tionis Carolinae nulla est auctoritas, obserua-  
tur, veluti in Frisia. *HVBER. praelect. ad pand.*  
*Lib. XLVIII. tit. II. §. III.*

§. CCCXLVI.

Et accu-  
satione.

Ex eodem iure Germanico est, 9) quod  
accusator aut carceri includendus, aut 10) ad  
praestandam cautionem de profequenda lite  
restituendisque impensis et indemnitate, adi-  
gendus dicitur: *CONST. CRIM. art. XII. sequ. II)*  
quod

quod accusationem et hodie passim proferre solent cum clamore et quiritatione, et hoc diserte permittit CONST. CRIM. art. LXXXVII. *Mit dem beschreiben der übelthaeter soll es in selbem stük auf gegenwärtigkeit vnd begehrt des anklägers nach jedes gericht's guter geuonheit gehalten vverden; ac proinde 12) et Halae nostrae in postremo iudicio, (in dem peinlichen kalsgerichte,) adhiberi solet clamator, quem vocant den bluth-schreyer. LVD OV. ad Const. crim. art. p. 109. 13) Quod accusatori non minus, ac reo, conceditur orator, ein fursprecher aus dem gericht. CONST. CRIM. art. LXXXVIII. \*)*

\*) Procuratoribus sanè locum non esse iure Romano in caussis criminalibus, eumque nec accusatori, nec reo, concedi, ne dupondii quidem ignorant. l. 13. §. 1. ff. de iudic. publ. Nec ignotum cuiquam est, solis illustribus et superillustribus id priuilegium esse datum, vt iniurias criminaliter persequi possint per procuratorem. l. ult. C. de in iur. Iam equidem is, qui accusatoris nomine postulat, non est proprie procurator, sed orator, et hinc recte obseruat KRESSIVS ad const. crim. art. LXXVIII. §. I. not. \* I. tales et Latium in iudiciis publicis ab omni aeuo admisisse. At negari tamen non potest, oratores hos, quorum mentionem facit CONST. CRIM. multum differre ab oratoribus Romanis, nec eorundem vsum Romanis debuisse Germanos, sed maioribus nostris, apud quos prima accusatoris postulatio erat: *Eya bere ber richter, ick bidde dorch Got eines mannes, de myn wort sprecke. AUCT. des richtssteiges über dat laudrecht Cap. XXXI.*

## §. CCCXLVII.

In discrimine der *handhaf-*  
*ten vnd über-*  
*nächtigen thaten.* His iuris antiqui reliquiis merito addimus et illas, 14) quod nec hodie plane ignotum est discrimen facinorum, in quibus reus deprehensus est, (*handhaffter thaten,*) et hesternorum, (*übernächtiger thaten:*) sed 15) illius vestigium superest non modo in processu proscriptiois, (*im achts-process,*) vbi in criminibus prioris generis citatio rei ad domum sine dilatione; in posterioris edictalis, et ter quidem, interiecta semper dilatione Saxonica, repetenda, requiritur: KEYSER *anvveis. zum inquis. vnd achts process. Cap. XI. §. IX. p. 321. sequ.* CARPZ. *vom inquis. vnd achts process. tit. XI. art. V. sequ.* verum etiám 16) in ipso processu inquisitorio, siquidem IVRE HAMB. *Part. IV. artic. XLV.* pluribus describitur, quid sit *eine handhafftige that*, et *art. XLIV.* sancitur, vt in *αυτοφώγω* deprehensi nec datis fideiusforibus, nec vlla cautione a carcere liberentur. Quae omnia ex iure Germanico esse, nemo non animaduertit.

## §. CCCXLVIII.

In corpore delicti indagando. At quamvis rarissimae sint in Germania accusationes, a priuatis institutae, earumque in locum vel accusationes procuratorum fisci, vel inquisitiones magistratuum, successerint: (§. CCCXLV.) tamen 17) et in inquisitione illa

illa quaedam deprehendes prisca moris vestigia, in primis vero 18) illud, quod ei locus non est, nisi saltem in delictis permanentibus de corpore delicti satis constet. \*) Et hinc 19) in crimine homicidii sectio cadaueris, sollempniter facta, in furto rerum ablatarum designatio, et possessoris iusiurandum requiritur. CONST. CRIM. art. VI. ibique KRESS. in Comment. §. VIII. p. 31.

\*) Equidem et huius rei originem ex iure Romano nonnulli repetunt, eamque in rem proferunt locum l. 1. §. 24. ff. ad SC. Silan. vbi diserte negatur, habendam esse de familia quaestionem, nisi constet, aliquem esse occisum, liquere igitur debere, sceleris interentiam, ut SCo locus sit. At quum Germani iam ante, quam iuris Romani usum aliquem habere coepissent, cadauer occisi, vel saltem membrum aliquod abscissum, vel res furtiuas, in iudicium attulerint, ne de corpore delicti dubitari posset: quis negauerit, iuris Germanici potius, quam Romani, esse hoc iurisprudentialis criminis caput de corpore delicti?

### §. CCCXLIX.

Deinde 20) etiam ea, quae circa CUSTODIAM et EXHIBITIONEM reorum obseruantur, non demum a Romanis, sed a maioribus per manus tradita accepimus, veluti, quod 21) fugitiuos persequamur circummissis litteris patentibus, (*durch Steckbriefe*) quale quid et

Francos fecisse, nouimus: (Lib. II. Part. II. §. CCCLVIII.) 22) quod non committuntur fideiussoribus criminis capitalis rei, sed 23) ii, qui vel ob leuius delictum carceri mancipati, vel 24) in grauiore tam multa, quae pro se allegent, habent, vt non verendum sit capitale supplicium: in primis vero 25) qui fide publica, quam *saluum conductum* vocant, euocantur. Nam et haec omnia fieri consueuiffe apud veteres, adeoque ex moribus Germanicis iura haec omnia repetenda esse, nemo, credo, facile dubitauerit. \*)

\*) Negari equidem nequit, Romanos etiam eos, qui ob periculum aliquod fugerant, fide publica euocasse, vel fide publica dicere iussisse: at id tum demum fiebat, si quando index aliquis haberet, quod ad salutem reipublicae pericillere videretur. Fides tunc publica dabatur a Consule iussu senatus, eiusque rei exempla, vt alia nunc praetermittamus, existant apud SALLYST. *Catilia. Cap. XLVII. et XLVIII. cic. Catilia. III. Cap. IV.* Quumque in ipso iure Romano eius rei non esset vestigium: ipsumque vocabulum *sicher geleite* mores Germanicos redoleat: quis dubitet, quin hunc morem fide publica euocandi reos potius maioribus suis debeant Germani, quam Romanis? Et sane iam supra obseruauimus, ipsos proscriptos, si satisdissent, accepisse securitatem facultatemque in loco iudicii demonstrandi innocentiam; et ex proscriptorum numero eluctandi. *IVS PROV. SAX. Wer sich aus der acht ziehet, den soll der richter FRIED WVRCKEN vorzukommen, ob man es seinet halben begehret. Et quibusdam interiectis: Auch soll man ihm alsdenn friede wvrcken, vnd so soll er dann bürgen setzen vorzukommen vor gericht, zu dreyen dingen, ob man ihn beiscbet.*



*beisbet.* Vbi GLOSSA id recte exponit de saluo conductu. Similia habes in IVR. PROV. SVEV. *Cap. XCIX. et CLIII.* ex quibus etiam discimus, eum, qui saluum conductum, quem vocant, impetrasset, iurare debuisse, se pacem publicam non violaturum. En verba: *Er soll den fried schweren, ob ein fried geschworen ist* (nam aduerbium *nicht*, quod hic habet MEICHSNERIANA editio, omittit BERGERIANA p. 149.) *und ist kein fried geschworen, er soll den Gottes-fried schweren.* Ex quibus simul patet, cur saluo conductui, quem vocant, inferi soleat clausula: *iedoch daß er sich auch geleitlich verhalte.* En veram fidei illius publicae, vel salui conductus originem, cuius in foro hodie vsus est frequentissimus.

## §. CCCL.

Eiusdem originis est 26) poena talionis, <sup>In poe-  
na com-  
menta-  
rienfis  
reum di-  
mitten-  
tis.</sup> quam commentariensibus, reum dolo malo dimittentibus, irrogari iubet CAROLVS V. *con-stit. crim. art. CLXXX.* *Daß er dieselbige peinliche straffe an statt des vbelthäters, den er ausgelassen, verwircket habe.* Nam eadem reperias in IVRE PROV. SVEV. *Cap. CXX.* *Wer sich der gefangnen leute vnterwindet, daß er ihr hüten soll, vnd hüten will, vnd entrinnen sie ihm, er soll sie wieder suchen, vnd fahen, ob er mag, vnd mag er ihr nicht wieder antworten, er soll allen den schaden, vnd alle die buß leiden, die jener leiden solt, der ihm entrunnen ist.* In eo tamen mitior est Nemesis Carolina, quod eos tantum commentarienses, qui scientes, dolo malo, captiuos dimise-

runt, hac poena plecti iubet, quum inter dolum et culpam vix distinguere videatur IUS SVEVICVM. \*) Quare hunc articulum ex l. 4. C. de custod. reor. interpolatum esse a constitutionis criminalis auctoribus, non negaverim.

\*) Enimvero uti ius talionis, quantumvis aequissimum, vix tamen in ipsis obtinet rerum argumentis, quia difficillimum est; in interroganda poena servare aequalitatem: GELL. *Noct. Attic. Lib. XX. Cap. I.* ita et hoc casu, si commentariensis dimiserit reum, iuri talionis vix locus esse potest, nisi dimissus sit reus iam damnatus. Antea enim vix constare potest, quam captivus poenam meruisset. Immo quum et damnato reo integrum sit, oblata nova defensione, experiri fortunam, et vel absolutionem, vel mitiorem saltem poenam sperare: etiam lata ferali sententia, adhuc incertum est, quam poenam daturus fuerit reus, qui ope ac consilio commentariensis auferat. Et hinc plerique iurisprudentiae criminalis interpretes huius articuli constitutionis Carolinae usum aliquem esse, plane negant, veluti CARPZ. *quaest. CXI. n. VII.* CLASEN *ad d. art. CLXXX. STRYV. Exerc. XLIX. §. XIV. et alij.* Immo et ii, qui aliquem huius talionis usum esse posse statuunt, tot limitibus hanc thesin suam circumscribunt, ut raro existere possit casus, quo huiusmodi exemplum fieri possit. Vid: STRYK. *de carc. ad custod. Cap. V. num. II.* KRESS. *ad const. crimin. d. art. CLXXX. §. I. not. \* I.*

## §. CCCLI.

Quod ad DEFENSIONEM attinet, non est In de-  
 dubium, quin ea omnia, quae olim reis pro- fensione  
 derant, et hodie iisdem profint. Quemad- reorum.  
 modum enim 27) olim litis contestatione  
 opus erat: ita eandem et hodie exigunt le-  
 ges criminales, et quidem 28) ita, vt vel ex  
 accusatoris libello, vel ex testium, qui, gene-  
 rali inquisitione instituta, auditi sunt, deposi-  
 tione certi articuli concipiantur, ad eosque  
 respondere cogatur reus, ita tamen vt 29)  
 ei liceat exceptiones quascumque, quae ad  
 eius defensionem pertinere videantur, sub-  
 nectere, CARPZ. *Prax. crim. Part. III. quæst.*  
*CVI. n. LXVIII.* vel 30) sed et easdem postea  
 opponere, quin 31) et praemittere litis contesta-  
 tioni, vel, quod idem est, petere facultatem  
 offerendi defensionem pro auertenda in-  
 quisi-tione, quippe quae viri honesti pudorem  
 laedere, famamque fugillare censetur.  
 CARPZ. *qu. CXV. n. XXIV. MEV. Part. VI.*  
*Decis. DCLIII.*

## §. CCCLII.

Quamuis vero proscrip-tio absentium, se- In ab-  
 que non defendentium, multis locis exoleue- sentium  
 rit, ea tamen 32) adhuc obtinet in Saxonia, proscri-  
 in ptione.

in eaque 33) et hodie ea fere omnia obtinent, quae supra obseruauimus. Nam 34) et hodie distinguunt inter crimina manifesta et nec manifesta, (*handhaffte vnd übernächtige thaten*;) et hodie 35) ista proscriptio fit praeuia citatione, et instituto iudicio publico, (*nach gehogtem peinlichen halsgerichte*;) et hodie 36) proscriptio est vel inferior vel superior, quamuis vtraque alicubi simul decernitur: ERNESTI PII *Duc. Sax. gerichtsvnd process-ordn. Part. III. Cap. X.* Et hodie 37) proscripto licet sese proscriptione eximere, Quae omnia pluribus explicant iureconfulti Saxonici, et maxime CARPZ. et KEYSERVS, qui singulares libros *vom inquisitions-vnd achts-process* scripserunt.

### §. CCCLIII.

Eius  
quis hodie  
effectus?

Quamuis vero 38) sententiae, quibus vel inferior, vel superior proscriptio decernitur, verbis durissimis concipi soleat: \*) non tamen 39) eius hodie is effectus est, vt proscriptum vnusquisque occidere possit, sed 40) vt proscriptus pro confesso et conuicto habeatur, et 41) si superior accesserit proscriptio, infamia notetur, bonaque eius, si se proscriptione non eximat, salua tamen vxori dote liberisque legitima, a fisco vindicentur,

tur, ac demum, 42) publicata in tribus territoriis proscriptio, vnusquisque proscriptum capere, et iudici exhibere possit. Vid. Fridrici Guilielmi et Ernesti, Ducum Sax. rescripta ad scabinatum Ienensem apud KEYSER. vom Inquis. vnd achts-proceß. p. 403. sequ.

\*) Sententia proscriptionis apud KEYSER. *ibid.* p. 393. hic verbis concepta est nomine *des fürstlichen landrichters*: Solchem gesprochenen vrtbeil nach will ich tragenden amts vnd gerichtts wegen den flüchtigen mordthaater N. hiermit in die acht vnd verfestung erklären, also, daß er aus dem frieden in den vnfrieden gesetzt, vnd sein leben, als eines vogels in der lufft, iedermann in diesen fürstlichen amts-gerichten erlaubet sey, daß er den ohne alle straffe entleiben, vnd vom leben zum tode bringen mag, welches männiglichen hiermit erlaubet seyn soll. Will auch allen des amts Altenburg vnterthanen vnd männiglichen in diesen gerichten aufferleyet haben, ibn nicht etzen auch träncken, nicht behausen oder beherbergen, noch vorschub rath oder hülffe thun wollen, vnd die sich solchtes vnterfangen, sollen am leib vnd gut gestrafft werden, darnach sich ein ieder zu achten. Apud EVMDEM p. 394. occurrit sententia, qua superior proscriptio hac formula decernitur: Daß anklager angeklagten wegen seines vngheorsamen ausbleibens biß auf die oberacht erstanden vnd erlangt, derwegen über die vorige zu recht erkante vnd ergangene achts-erklärung, darinnen angeklagter aus dem frieden in vnfrieden gesetzt, auch männiglich mit ihm gemeinschaft zu haben verboten, vnd sein leib binnen selbigen gerichten ieder-

*mann erlaubet worden, angeklagtens ehre, leib vnd gutb, als anrücklich, recht vnd friedlos verurthelet, vnd iedermann an allen orten wieder ihn peinlich zu klagen verstatet vnd nachgelassen, vnd angeklagter also, vnd auff diese masse in die oberacht würcklich erkläret, solche oberachts-erklärung auch darauff durch öffentlichen anschlag zu S. H. vnd S. an welchen orten angeklagter zuuor durch öffentliche edicta citiret vnd geladen worden, iedermann notificiret, kund vnd zu wissen gcthan wird. V. R. W.*

## §. CCCLIV.

In con-  
uictione  
reorum, **Quamuis porro, quod ad rei CONVICTIONE-**  
**NEM attinet, tantum non omnia, quae olim**  
**obseruata esse in iudiciis publicis diximus, ab**  
**vsu recesserint, et loco purgationum vulga-**  
**rium per singulare certamen, ferrum can-**  
**dens, aquam feruentem vel frigidam, alia-**  
**rumque eius generis, dirae quaestiones inue-**  
**ctae sint, denique nec septem amplius testi-**  
**bus ad conuincendum reum opus sit: man-**  
**fit tamen 43) id veteris moris vestigium, vt**  
**si testium depositionibus conuinci reus non**  
**potuerit, neque indicia diris quaestionibus**  
**decernendis sufficiant, ei iusiurandum pur-**  
**gatorium deferatur, sollempniter, et adhibi-**  
**tis aliquando ecclesiae ministris, praestan-**  
**dum. \*)**

\*) Id

\*) Id quoque iurandum alii ex iure civili deri-  
uant, alii ex iure canonico. Illud probant ex  
*l. 31. ff. de iureiur. l. 3. et l. 12. C. eod.* hoc ex  
*tit. X. de purg. canon.* Sed quemadmodum ex  
nullo eorum locorum, quos ex iure civili ad-  
ferunt, probari potest, in persecutionibus cri-  
minum usum aliquem fuisse iurisiurandi purga-  
torii, nec umquam Romanos reorum conscien-  
tia rem commississe legimus: ita iam supra de-  
monstratum est, multo ante, quam Germani iuris  
vel Romani, vel canonici, notitiam aliquam habe-  
re coeperunt, apud eos locum fuisse iurando  
purgatorio, si facinus nec manifestum, reus vero  
integrae esset famae atque existimationis. Quid  
opus vero est, ut rem, iam antiquissimis tempo-  
ribus domi receptissimam, et in foris nostris  
quotidianam, ex iure peregrino arcessere velis?

### §. CCCLV.

Neque tamen negari potest, 44) ali-  
qua, quae ius canonicum de iureiurando  
purgatorio praecipit, et in fora Germanica  
penetrasse, veluti, 45) quod purgatorium  
non decernitur, ubi vel testibus conuinci  
potest reus, vel ii saltem ita depositionibus  
suis illum onerarunt, ut indicia ad diras  
quaestiones sufficiant, dummodo crimen sit,  
tale, ut supplicium supremum, vel poenam  
acriorem corporis adflictivam, mereatur.  
Item 46) quod, qui se iureiurando  
purgavit, absolendus quidem sit, sed 47)  
ad

Et iureiurando  
purgatorio.

ad expensas nihilominus obligatus esse censetur, quia is, contra quem militant iudicia, causam inquisitioni dedisse videatur. c. 8. X. de purg. can.

### §. CCCLVI.

Denique in sententia eiusque executione, quam praecedit iudicium publicum.

Supereft, vt de SENTENTIA et POENAE executione quaedam subiiciamus. Ad hanc vero vbi res redit, & quidem ad poenam capitalem, omnia more maiorum solent explicari. Hinc 48) non sufficit, sententiam reo intra praetorii parietes esse praelectam, sed 49) citandus est ad iudicium publicum sollemne, (*vor das hochnothpeinliche Halsgerichte* : ) idque 50) die constituto sollemniter auspiciatur iudex, adhibitis scabinis, et praemissa de eorum decreto sanctione de securitate publica, (*es wird das hochnothpeinliche Halsgericht gegeben.* ) Eo rite facto, 51) vel accusator, vel carnifex, qui alicubi eius vice fungitur, reum praesentem criminis vel cum clamore, vel sine eo, accusat, 52) reus ad paucos articulos, qui factum complectuntur, denuo respondet, editaque iterum confessione, vel reo ex actis de confessione sua conuicto, (*wann er auff dieser seiner bekänntniß vor gebegtem peinlichen Halsgericht beharren, oder def-*



dessen, wie recht, überführet würde,) audire iubetur sententiam.

- \*) Hanc citationem alicubi fieri vidi per adparitorem, in carcerem missum, pridie diei, quo exsecutio fieri debebat, et quidem formula: *Die berren lassen dich N. hiermit citiren vnd vorladen, morgen, zu rechter früber tages zeit, vor dem hochnotzpeinlichen halß-gerichte zu erscheinen, dein vrtheil anzuhören, vnd dessen vollziehung zu erwarten.* At alicubi realem citationem sufficere existimant. Nam, adpetente die et hora, reus de supplicio praemonitus, et ad mortem oppetendam praeparatus a ministris ecclesiae, his committatus in iudicium publicum ducitur, ibique, iam antea damnatus, iterum sollempniter condemnatur.

### §. CCCLVII.

Quamuis vero 53) iam antea dicta Et rei publicataque sit sententia, a collegio quo conde-dam iuridico concepta: vidi tamen, scabinos mnatio. a iudice in suffragia mitti, verbis: *So stehet auff, vnd beredet euch eines vrtheils.* Paulo post, 54) locum suum iterum occupantibus scabinis, iudex reum adloquitur: *kniece nieder, befiehl deine seele GOTT, vnd höre dein vrtheil.* Quod tamen alicubi omittitur, vbi sufficere creditur publicatio sententiae, a collegio iuridico conceptae, stanti reo facta. Demum 55) ipsa publicata sententia

tia, iudex confringit baculum, et 56) reum tradit carnifici vinciendum, et ad locum supplicii trahendum.

### §. CGCLVIII.

Iudicii  
dissolu-  
tio.

Antequam porro iudicium dissoluatur, 57) carnifex petere solet saluum conductum, quem vocant, si forte male functus sit officio, eamque impetrat facile. Hinc porro 58) adparitor iudicis iussu exclamat: *Hat iemand mehr vor diesem hochnothpeinlichen halß - gericht zu klagen, der mag es thun, sonst wollen die herren das gericht auffgeben.* 59) Eo ter repetito, et nemine accedente ad tribunal, ex ultimo scabino quaerit, ob das hochnothpeinliche halß - gerichte auffzugeben? responsumque fert: *Herr richter, dieweil niemand mehr vorhanden ist, der auff dießmahl zu klagen bedacht, so möget ihr das hochnoth-peinliche halß-gericht auffgeben.* Denique 60) iudex ait: *So gebe ich dieses hochnoth-peinliche halß-*

*halß-gericht auff, im nahmen des Vaters, und des Sohnes, und des heiligen Geistes, amen.*  
 CARPZ. vom Inquis. und achts-process. tit. X.  
 art. III. p. 176. sequ.

## §. CCCLIX.

Sunt et alia, quae ex moribus Germanicis supersunt in huiusmodi iudiciis, veluti 61) quod illud plerumque sub dio haberi solet, mensa et scamnis in medio foro, vel ad statuam Rolandinam positis, locoque hominibus armatis circumdato: 62) quod alicubi signum dari solet campanae pulsu, id quod vocant *das gericht besäuten*. 63) Quod iudex vna cum scabinis reum sequi solent ad locum supplicii, vt coram videant, omnia ex praescripto sententiae fieri. 64) Quod carnifex ex iudice, quaerit, an bene functus sit officio? responsumque fert a iudice, ita eum egisse, vti agere sententia iusserit. 65) Quod iudex de sepeliendo cadauere, vel eodem medicis ad anatomen concedendo, statuit, quamuis posterius fieri non possit regulariter sine praescitu

Alii ritus miscellanei.

prin-

principis: Tam verum est, pleraque, quas  
in his iudiciis hodie observantur, ex anti-  
quis Germanorum moribus, tamquam  
fractas e naufragio tabulas,  
superesse.

F I N I S.



INDEX

# INDEX I AVCTORVM.

- A**bbatis Vrspergensis *Chronicon.*  
*Acta iudicialia varia.*  
 Adami Bremensis *Historia ecclesiastica.*  
 Adreualdus Floriacensis *de miraculis S. Benedicti.*  
 Adelboldi *Vita Henrici II.*  
 Adlrzeiter (Io. de) *Annales Boici.*  
 Agathias *de rebus gestis Iustinianiani.*  
 Agobardi *Opera.*  
 Aimonias *de gestis Francorum.*  
 Alberici *Chronicon.*  
 Alberti Argentinenfis *Chronicon apud Vrsifium.*  
 Alberti Stadenfis *Chronicon.*  
 Albini (Io.) *Chronicon Misnicum.*  
 Alciati (Andr.) *Opera.*  
 Alfredi *Vita Ludgeri apud Leibnitium.*  
 Alzeudo (Alfonsi de) *Commentarius ad regias constitutiones Hispanicas.*  
 Ambrōsij *Opera.*  
 Ammiani Marcellini *Historiae.*  
 Andegauenses *formulae apud Mabillonium.*  
 Andler (Francisc. Frider. ab) *Iurisprudentia qua publica, qua priuata.*  
 Anglebermaei (Pyrrhi) *Consuetudines Aurelianenses.*  
*Annales Bertiniani.*  
 • *Colmarienses apud Vrsifium.*  
 • *Francici apud Pithoeum.*  
 • *Fuldenses apud Freberum.*
- Annales Hildesenses apud Leibnitium.*  
 • *Lambeoiani.*  
 • *Metenses.*  
 • *Mosfiacenses.*  
 • *Pithoeani.*  
 • *Reuberiani.*  
 Antonii (Gothofredi) *Disputationes feudales.*  
 Antoninus (M. Aurel.) *Εἰς ἑαυτὸν.*  
 Appiani *Opera.*  
 Argentraei (Bertrandi) *Commentarius ad consuetudines ducatus Britannici.*  
 Aristotelis *Opera.*  
 Arnkielii (Trogilli) *Alte Cimbrische heydentümer.*  
 Arnobius *aduersus gentes.*  
 Arnoldi Lubecensis *Chronicon Sclauorum.*  
 Arumaei (Dominici) *Decisiones.*  
 Attaliatae (Mich.) *Synopsis Basilicorum.*  
 Auctor *de gestis Dagoberti regis.*  
 • *Operis imperfecti in Mathaeum.*  
 • *Vitae Ludouici.*  
 • *Vitae Pipini apud De Chesne.*  
 • *des richte-steiges.*  
 Audoeni *Vita S. Eligii.*  
 Auentini (Io.) *Annales Boici.*  
 Augustinus *de doctrina Christiana.*  
 • *eiusd. Epistolae.*  
 Aurea *Bulla Caroli III.*

# INDEX I

**Autumni (Bernardi) Censura Gallica in ius civile Romanorum.**

## B.

**Baldi Opera.**

**Balthazar (Io. Francisc.) de operis subditorum.**

- eiusd. *Resolutiones iuris civilis et Bauarici.*

**Baluzii (Srephani) Capitularia regum Francorum.**

- *Comment. ad Reginonem.*

**Bangerti (Henrici) Adnotationes ad Helmoldi Chronicon Sclavorum.**

**Baronii Annales ecclesiastici.**

**Barthius (Christian.) in Raphaelis Seileri Cammergerichts - vrtheile vnd bescheide.**

**Bartholinus (Thom.) de causis contemptae a Danis mortis.**

**Barulo (Andr. de) ad Leges Langobardorum.**

**Bayerische malefiz-ordnung.**

**Bechmanni (Io. Volckm.) in Pandectas.**

**Beckii (Casp. Achat.) Dissertatio de fractione baculi in executione sententiae.**

**Beieri (Adriani) Opuscula varia de iure opificum.**

**Beka (Io. de) Chronicon episcoporum Ultraiebensium et comitum Hollandiae.**

**Bergeri (Io. Henr.) Dissertatio de discrimine bonorum uxoris.**

- eiusd. *Electa disceptationum forensium.*

**Bergeri (Io. Henr.) Electa iuris prudentiae criminalis.**

- eiusd. *Oeconomia iuris.*

**Berlichii (Matthiae) Conclusiones practicabiles.**

- *Decisiones aureae.*

**Bernardi Epistolae.**

**Berneggerus (Matthias) ad Tacitum.**

**Bertachini (Io.) Repertorium iuris.**

**Bertholdi Constantiensis Chronicon.**

**Befoldus (Christophorus) de successione, quae fit regni iure et electione regia.**

- eiusd. *Thesaurus practicus.*

**Betsius (Nicol.) de consuetudinibus illustrium familiarum.**

**Beuft (Ioachimus a) de iure connubiorum et dotium.**

**Beyeri (Georgii) Delineationes iuris civilis.**

- *Dissertationes variae.*

- *Specimen iuris Germanici.*

**Bignonius (Hieron.) ad Marculphi formulas.**

**Bitschii (Calparis) Commentarius in Vfus feudorum.**

**Blondelli (Dauidis) Genealogiae Francicae plenior adsertio.**

**Blumblacherus (Christoph) über die peinliche balt-gericht-ordnung Caroli V.**

**Bocharti (Sam.) Geographia sacra.**

**Bodinus (Ioannes) de republica.**

**Boecleri (Io. Henric.) Notitia sacri Romani Imperii.**

**Boehmeri**

Boehmeri (Iust. Henning.) *Dissertationes variae.*  
 - *Ius ecclesiasticum protestantium.*  
 Boerii (Nicol.) *Decisiones Burdigallenses.*  
 - *Glossae ad leges Langobardorum.*  
 Bonifacii *Epistolae.*  
 Bornii (Io. Iac.) *Dissertationes.*  
 Bothonis (Conradi) *Chronicon picturatum apud Leibnizium.*  
 Bretti (Caroll) *Ordo perantiquus iudiciorum civilium.*  
 Brissonius (Barnabas) *de formulis et solemnibus populi Romani verbis.*  
 - *de regno Persarum.*  
 - *de ritu nuptiarum.*  
 - *de verborum, quae ad ius pertinent, significatione.*  
 Brouweri (Christoph.) *Antiquitates Fuldenenses.*  
 - *Annales Treuirenses.*  
 - (Henr.) *de iure connubiorum.*  
 Brummerus (Fridericus) *de scabinis.*  
 Brunnemanni (Ioann.) *Commentarius ad Digesta:*  
